UAB
Biblioteca de Ciències Socials

25
Complet

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

D. GABRIELIS ALVAREZ

DE VELASCO

VALLISOLETANI,

DE PRIVILEGIIS PAVPERVM.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB Biblioteca de Ciències Socials

D. GABRIELIS ALVAREZ

DE VELASCO

VALLISOLETANI,

Noui Regni Granatensis Senatoris;

DE PRIVILEGIIS PAVPERVM

ET MISERABILIVM PERSONARVM

AD LEGEM VNICAM:

COD. QVANDO IMPERATOR INTER

Pupillos, & Viduas, aliásque miserabiles
Personas cognoscat:

TRACTATVS IN DVAS PARTES DISTRIBVTVS,

Iuris Studiosis, & in Foro versantibus omnino necessarius, Bonarum literarum Sectatoribus accommodatissimus;

EDITIO SECVNDA.

LVGDVNI,

Sumptibus HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXIII.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

ILLVSTRISSIMO, REVERENDISSIMOQVE D. D.

LVDOVICO FORBINIO
ELECTO TOLONENSIVM
EPISCOPO.

EX Hiſpaniæ finibus aduectum hoſpitem, tibi ſiſtimus PRÆSVL ILLVSTRISSIME: Tuæ certè Humanitati, nec quòd Caſtellanus ſit, nec quòd *pauperculum* munus afferat, ingratum vt opinor, futurum. Audiuit ſcilicet ille, quod à maioribus fando accepimus, te per clariſſimam Parentem tuam, à regio quondam Caſtellanorum ſanguine originem traxiſſe, cui Paterni ſtemmatis gloria decuſque minimè concedit: nec dubitauit, quin eam quæ tota hac lucubratione ſuſcepta eſt, *Pauperum cauſam* prolixâ voluntate complectereris, qui & naturæ propenſione, & officio ipſo cui modò præfectus es, incenſo erga miſeros amore ac caritate totus exardeſcas. Tradita eſt tibi ab vtroque deceſſore laudatiſſimo ea prouincia, quam eorum alter quidem, aſſiduo Religioſæ pietatis ac continentis orationis ſtudio; proximus, indefeſsâ erga tenuioris affligtæque fortunæ mortales curâ, ita celebrem effecerunt, vt fatale videatur *Tolonenſi Sedi*, ſpectatæ virtutis, vitæque Sanctiſſimæ Præſules à Regibus Chriſtianiſſimis accipere. Cùm enim inſignia erga Galliarum regnum nobiliſſimæ familiæ tuæ merita, nouis in dies cumulata fidelibus obſequiis probè cognouiſſet LVDOVICVS XIV. non modò germanum tuum, domus inclytæ columen, ſupremi Salyorum Senatûs principem eſſe iuſſit, alterúmque fratrem inter Melitenſes Equites à puero religioſa merentem ſtipendia, trierarchæ in regia claſſe munere decoratum voluit; ſed veluti defutura ſibi tantus Rex paria tantis virtutibus præmia dubitaret, moræ impatiens, miſſo in anteceſſum regio diplomate, ſedem in vicinis circùm prouinciis illam cui primùm Paſtor deeſſet, à te illicò implendam decreuit. Nec ſpe falſus eſt Princeps ſapientiſſimus, dum non ſine numine, virtutum omnium cumulo laudúmque ſingularium concentu ornatum Pontificem, Tolonenſium Eccleſiæ repræſentauit. Non abs re igitur liber hic *de Priuilegiis Pauperum & Miſerabilium Perſonarum*, fauſto omine tuo, prodibit in lucem ANTISTES NOBILISSIME, quem (vt ex his quæ priuatus

agere cæpisti, certæ coniecturæ locus est) breui pauperum parentem, tutamen pupillorum, viduarum præsidium demirabimur. Exorietur aliquando (te Pastore) exoptata miseris fausta dies, eritque, ad diuitum inuidiam, felix tandem calamitosorum conditio, quos ex miserabilibus præstare fortunatos, cælestis ac diuinæ naturæ quid simile est. Nempe vt cecinit Ouidius.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis,
Conuenit & tanto, quantus es ipse, viro.
Fortunam decet hoc istam, quæ maxima cùm sit,
Esse potest animo vix tamen æqua tuo.
Hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est
A Superis ortæ nobilitatis opus.

At nos terque quaterque beati, iure meritissimo incedemus omnibus lætitiis, quibus tam clarus illuxit, Typographici laboris nostri Patronus ac Defensor; Portus erit, tuus *Telo Martius* ad quem *Carinam Librorum nostrorum tesseram*, velut in stationem fidissimam appellemus, securi posthac procellarum ac tempestatum, dum apud omnes audiamus.

ILLVSTRISSIMÆ DOMINATIONIS TVÆ.

Deditissimi serui,

HORATIVS BOISSAT, & GEORGIVS REMEVS
Lugdunenses Bibliopolæ.

PRÆFATIO.

ALIQVOS hac de re ſcriptitaſſe [1] ſcio: *Cornelium* præſertim *Beninc acciam*, qui integrum *de Paupertate* tractatum edidit, elegantem quidem & eruditum: breuiſſimis tamen cancellis ſe continuit, multaquè ſuo tempore memoranda omiſit: multa poſtmodum (omnino ſcitu digna, huicque rei neceſſaria ex *Sacri Concilij Tridentini*, Regiarumquè legum diſpoſitione, quæ nec præuidere potuit) accreuêre. Poterat autem de recenti editus liber (ſi eius inſcriptioni reſponderent ſcripta) vel ex toto laborem noſtrum ſupplere: vel magna ſaltem ex parte leuare. Auctor eſt *Lucas Matthæ. Apicella*, libro qui nomen *Tutamen Pauperum* indidit. Generalior tamen titulus nigro. Quatuor enim tantùm quæſtionum complexus eſt materiam. *De Quinquennali* nempè *Dilatione*, *De Moratorio Principis*, *De Remiſſione debitorum*, & *De Ceſſione bonorum*. Cætera Nobis, multaquè etiam in his dicenda reliquit. Quare ab incepto opere non deſiſtere conueniens Nobis non ſolùm viſum eſt; ſed etiam maiori illud fore conatu proſequendum. Cum & materiam tantis viris dignam perſpexerimus, totque in ea omiſſa: vtquè facundiſſimi *Andreæ Tyraquelli* (etiam mortui) deſiderio (cuius in *Epiſtola ad Lectorem* mentionem fecimus) pro viribus ſatisfieret. Curabimus autem nec dicta tranſcribere, nec omittere neceſſaria: ita breuitati conſulendo, vt non obſcuritas generetur: ita operi, vt non defectu doleat: Nec ex abundanti copia, parca nimis, nec rurſus auida manu, ſed quod magis vtilitati, ac deſiderio ſatisfaciat, quàm facietati abundet, hauriemus; modum quoad fieri poterit, ſeruando, [2] iuxta vulgatum illud *Horatij*, *lib.* 1. *Sermon. ſaty.* 1.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra, citróque nequit conſiſtere rectum.

Et Senec. lib. 2. de benefic. *Et cum ſit vbiquè virtutis modus æquè peccat quod excedit, quàm quod deficit.* Pliniique Minoris ſententiam *epiſtolarum lib.* 1. *epiſtola ad Cornelium Tacitum. Optimus tamen modus eſt* (inquit ipſe) *quis negat?* *Non magis ſeruat modum, qui infrà rem, quàm qui ſupra, qui aſtrictiùs, quàm qui effuſiùs dicit.*

Vt autem verbo promiſſa, opere incipiamus implere; vtquè multa, quæ huic tractatui accommodari poſſent, omittamus: ſupponendum erit, priuilegia piis cauſis conceſſa, Pauperibus quoque conceſſa videri, [3] in eorumquè cauſis locum habere, cum & ipſæ piæ ſint, vt plenè oſtendit *Cornel. Beninc. de Paupert. quæſt.* 5. *princip.* præſertim ex *n.* 40. *vſque ad fin.* vbi poſt argumenta pro vtraque parte adducta, Pauperum cauſam piam eſſe, gaudereque per conſequens omnibus priuilegiis, immunitatibus, & ſpecialibus piis cauſis conceſſis concludit: firmant etiam *Andre. Tyraquel. de priuil. pia cauſ. in præfat. n.* 9. *&* 23. *Emman. Coſta in capit. Si pater, verb. Pauperes, num.* 9. *de teſtam. lib.* 6. *Ioan. Maria Nouar. in praxi electionis, & variationis fori, quæſt.* 16. *n.* 2. *ſect.* 1. *Franciſc. Viui. deciſ.* 222. *num.* 2. *lib.* 2. *Sigiſmund. Scacci. de iudic. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 44. *Sebaſt. de Medic. in tract. de caſib. fortuit.* 2. *par. quæſt.* 4. *num.* 49. *P. Ferdinand. Rebello de oblig. iuſtitiæ*, 2. *par. lib.* 18. *de promiſſione, & donatione, quæſt.* 7. *num.* 1.

Quare omnia à *Tyraquello in d. tractatu de priuileg. piæ cauſ.* congeſta (quæ hùc etiam ſpectare videbantur) omiſſa facimus, licèt quandoquè in eum incidamus neceſſe ſit. Sic & multa alia adducta per *Petr. Surd.* in ſuo eleganti, copioſoquè *de alimentis tractatu* (cuius pleraque ex dictis præcipuè *in tituli primi quæſtionibus*, cum alimenta non tam ſui ipſorum priuilegia contineant ratione: quàm quòd pauperi debeantur, vt ſuo loco Nobis latiùs erit agendum) data opera prætermittimus. Neque piæ cauſæ proſequimur nunc priuilegia, vt ea Pauperibus referamus. Illud ſolùm (vt dictis firmitatem addamus) in præſenti deducimus: Pauperum cauſam verè, & propriè, non lato, ſed exacto modo piam [4] dici: vt firmat, defenditque *P. Ferdin. Rebell. ſuprà, num.* 3. vbi inquit, donationem pauperibus

[1] *Qui hâc de re egerint Auctores.*

Breuitati qualiter ſit conſulendū.

[2] *Modus ſeruandus.*

[3] *Priuilegia piis cauſis conceſſa, Pauperibus conceſſa videntur.*

[4] *Pauperum cauſa verè & propriè, non lato, ſed exacto modo pia dicitur.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Donatio excessiua, omniumque etiã bonorũ pauperibus facta insinuatione non eget.

ribus factam, licèt excessiua sit, ac terminum quingentorum solidorum *à lege pen. C. de Donat.* præfinitum excedat; insinuatione non solùm non egere; validamque absque illa esse ex communi sententia; sed etiamsi omnium bonorum 5 facta sit, iuxta illud Dominicum *Matthæi 19. Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Respondetque ad *text. in l. Sancimus, 34. C. de Don.* correctum esse, tum per contrariam consuetudinem, tum per *d. leg. penult.* Illamque loqui in causis non omnino piis, licèt aliquo modo pietatem continentes, ad hasque insinuatione opus esse: non ad illas: hancque dicit ibi communem sententiam, *n. 4. vers. Rationabilis.* De qua re latè ante eum *Tiraq. de pia caus. priuil. 124.*

L. Sancimus, 34. & l. pen. C. de donat. interpretatur.

Adeo autem suprà dicta procedunt, vt non solùm Pauperum causa verè, ac propriè pia sit, aliorumque piarum causarum priuilegio gaudeat, & earum appellatione, nomineque contineatur: sed etiam è conuerso, vt Pauperum appellatione veniant quæuis opera pia, 6 ita (post *Martin. Nauar.* quem refert) obseruat *P. Leonard. Lessius de iustit. & iure, lib. 2. cap. 14. dub. 6. num. 54.*

6 *Appellatione pauperũ veniunt quæuis opera pia.*

Huius tractatus materiam in duas diuisimus partes, quarum prima hæc, in Electionibus, in Ecclesiasticis, Ciuilibusque Iudiciis, necnon & in Contractibus priuilegia continet. In vltimis Voluntatibus, in Delictisque specialia (quibus vltimam iam fere manum imposuimus) continebit secunda.

Tractatus huius ordo, ac diuisio.

Aduertendum deinde, miserabilium omnium personarum Nos in præsenti sigillatim non prosequi materiam: tum quia Pauperum nomine inscriptis quæstionibus inest: tum quia de Pauperibus (vt de miserabilioribus) est præcipuus sermo noster, in illisque miserabilitatis ratione disposita, in aliis quoque actu saltem, & habitu miserabilibus locum habent, iuxta notata à Nobis *quæst. 52. num. 31. & seqq.* Nominatim autem de Infirmis, & Valetudinariis *quæst. 36.* egimus, de Pupillis, Orphanis, & Viduis *d. quæst. 52.* Multæ præterea aliæ Iudicis arbitrio 7 (demptis his, quæ in specie miserabiles à lege designantur) dicuntur personæ, quas (post *Henr. Bouh. in cap. Ex ratione, 11. num. 4. & 5. de foro compet. Petr. Rebuf. 1. tomo ad constit. Gallic. tit. de sentent. prouisional. art. 3. glos. vlt. per tot. Didac. Couar. pract. cap. 6. num. 3.* multosque alios ab eo relatos) recensent plenissimè *Mascard. de probat. concl. 165. per tot. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 66. per tot.* Nosque alios 8 etiam adduximus, *quæst. 4. num. 77.* Inrer quas meretricem 8 quoque miserabilem iudicari, forique priuilegio gaudere: ex plurium tradidimus sententia, *d. quæst. 52. num. 9.* Idemque in Virgine, 9 Cælibe, Vxorata inutilem maritum habente, Cæco, Captiuo, Sene, Membris mutilato, aliisque firmat *Menoch. suprà*, quorum multos ab eo relatos omittimus, & quia ibi poterunt videri; & quia de veritate inibi positarum assertionum dubitamus, vt in Vniuersitate, vel etiam Ecclesia Rusticis, 10 & aliis personis, quæ ex ipsarum sola conditione, nisi alia adiungatur causa miserabiles dici non posse videntur, iuxta dicta à Nobis repetita *quæst. 52. num. 31. & seqq.* Cum tamen eas indistinctè miserabiles dicat *Menoch. suprà*, easdem etiam nouissimè recensent *Bernard. Græua. conclus. pract. Camer. Imper. conclus. 1. consider. 1. num. 3. & seqq. lib. 1. & Doctor Marta in summa successionis legalis, 4. part. quæst. 18. art. 4. num. 18. & 19.* vbi declarat, & obiectioni proximè oppositæ satisfacere videtur, cuius Nos sententiam de verbo ad verbum *in 2. huius tractatus parte in specialibus extra quæstiones in vltimis voluntatibus, num. 20.* recitamus. Quod ne forsan quisquam in limine (vt aiunt) impingat, adnotare obiter libuit.

ELENCHVS QVÆSTIONVM IN HAC Prima Parte Contentarum.

QVÆSTIO I.

NOMEN hoc Paupertas, vel Pauper vnde descendat? dequè aliorum consimilium Nominum naturâ & differentiâ ad moltorum iurium intellectum. pag. 1. col. 2.

II.

Quotuplex sit paupertas, quotuplicésque sint pauperes? pag. 5. col. 2.

III.

Quo iure sit introducta Paupertas? pag. 6. col. 2.

IV.

Quid sit Paupertas, quisque Pauper dicatur? pag. 7. col. 1.

§. I.

Vtrum Pauper dicatur Dominus vtilis tantum nec alia habens bona? pag. 19. col. 1.

§. II.

Vtrum pauper sit, qui secundum conditionem suam sufficientia bona non habet, debitis tamen multis implicatus est, Quivè debitores, aut debitorum iura habet? pag. 20. col. 2.

§. III.

Vtrum Pauper sit qui artem vel officium habet, ex quo alimenta, vitæque necessaria percipere potest, qui alium sibi obligatum habet vt præbeat alimenta? pag. 25. col. 1.

§. IV.

Vtrum pauper sit, qui plura, magnæquè æstimationis bona habet, non tamen ex ijs sufficientes redditus percipit, de quibus se, familiamque alat; ac decenter pro conditione sua viuere possit? pag. 29. col. 1.

§. V.

Vtrum pauper sit, qui bonis externis abundat, internis tamen, & animi caret? & an pauperum Priuilegiis & fauoribus gaudeat? pag. 31. col. 2.

QVÆST. V.

Paupertas quomodo probetur? pag. 33. c. 1.

VI.

Vtrum ad honores, & Reip. Officia admiti, vel etiam diuitibus præferri possit & debeat pauper? pag. 38. col. 2.

VII.

Vtrum admitti, elegiuè ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas, aut etiam diuiti vel minus pauperi digniori præferri pauper debeat? pag. 55. col. 2.

VIII.

Vtrum Clericus pauper negotiator, vel mercaturam exercens, pœnas contrà clericos mercatores à iure impositas incurrat? pag. 60. col. 1.

IX.

Vtrum Clericus pauper etiam coram iudice seculari & in secularibus causis Aduocati vel procuratoris officium exercere possit? pag. 63. col. 1.

X.

Vtrum Clericus Pauper, Tabellionis vel Notariatus Officium coram iudice Ecclesiastico, vel etiam seculari, quin ob id pœnam incurrat, exercere valeat? pag. 68. col. 1.

XI.

Vtrum parentum Paupertas impediat filio Religionis ingressum siue ad eam voto adstrictus sit, siue non? Et an post professionem filium egredi compellat? Et quidni parentibus circa filios, vel fratribus circa fratres, vel sorores Pauperes. Pag. 69. cap. 2.

XII.

Vtrum, & quando propter paupertatem fieri possit, vel debeat beneficiorum, aut dignitatum vnio? Et an ob eam tam ex dispensatione, quàm sine illâ, plura quis possit beneficia obtinere. Pag. 73. c. 2.

XIII.

Vtrum coniunctus pro coniuncto paupere, absquè Mandato in Beneficialibus admittatur? Pag. 78. c. 2.

XIV.

Vtrum sponsalia de futuro, propter superuenientem alterius ex sponsis paupertatem dissoluantur? Pag. 79. c. 1.

Elenchus.

XV.

Vtrum pater Naturalis filiam Naturalem pauperem dotare teneatur? Pag. 82. c. 2.

XVI.

Vtrum filiam semel dotatam, quæ dotem amisit, iterum dotare, alereuè cui alimenta iam dederat teneatur Pater & quid in Fratre circà sororem. Pag. 87. c. 1.

XVII.

Vtrum filia pauperis etiam maior XXV. annis, quæ in corpus suum peccauit, vel matrimonium sine Patris consensu contraxit dote, vel legitimâ priuari possit? Pag. 91. cap. 2.

XVIII.

Vtrum vltra decimam bonorum suorum partem quæ promissionis tempore habebat possit hodie promittere pauper Arrhas? Pag. 100. c. 1.

XIX.

Vtrum acquisita constante Matrimonio communicari, ac dividi inter Virum & vxorem debeant? licet alter coniugum inops esset, nullâque aut inæqualia ad matrimonium attulisset bona. pag. ibidem c. 2.

XX.

Vtrum certitudo vitiet actum, etiam vbi Paupertatis fauor adest, aut eius causâ sustineatur? pag. 101. c. 2.

XXI.

Vtrum Paupertas Donationem presumi faciat? ibidem.

XXII.

Vtrum prohibita alienari propter Paupertatem alienari possint? pag. 102. c. 2.

XXIII.

Vtrum pauper cui res vendita, non tamen tradita fuit ei, cui tradita fuit & tradita præferatur? pag. 113. c. 1.

XXIV.

Vtrum diuites necessaria pauperibus vendere compellantur. pag. 114. c. 2.

XXV.

Vtrum debitor pauperis in mora etiam ante interpellationem constituatur. pag. 115. c. 2.

XXVI.

Vtrum ad interresse damni emergentis, vel lucri cessantis teneatur pauper. pag. 118. cap. 1.

XXVII.

Vtrum & quando ad restitutionem teneatur pauper. pag. 125. c. 2.

XXVIII.

Vtrum à solutione mercedis vel salarij alias debiti excuset paupertas. pag. 129. cap. 1.

XXIX.

Vtrum merces, vel salarium in Principio vel in fine Operis pauperibus soluendum sit? pag. 139. c. 2.

XXX.

Vtrum paupertas iusta restitutionis in integrum sit causa, & an casu quo iusta restitutionis causa sit, iure minorum, vel Ecclesiam an verò maiorum ex causa generali si qua mihi &c. competat? pag. 141. capit. 2.

XXXI.

Vtrum contra pauperem non appellantem, appellationemvè non prosequentem currat tempus? pag. 142. c. 2.

XXXII.

Vtrum præscriptio decennalis, vicenalis, vel tricenalis contra pauperem currat? pag. 146. c. 2.

XXXIII.

Vtrum pauper biennio vel triennio pensionem Emphyteusis soluere cessans, à iure suo in commissumquè cadat? pagin. 148. capit. 2.

XXXIV.

Vtrum contra diuitem vt sibi subueniat agere possit pauper. pag. 153. c. 2.

XXXV.

Vtrum Iudex possit vel debeat impartiri officium suum non requisitus, vel partes ad concordiam reducere, vbi causa pauperis vel miserabilis personæ vertitur? pag. 154. cap. 1.

XXXVI.

Vtrum à comparendo coram iudice excuset paupertas, debeatquè pro iureiurando à pauperibns recipiendo ire, mittereuè Iudex? pag. 155. c. 2.

XXXVII.

Vtrum à decimarum protestatione Deo, hominibusue debitarum excuset paupertas? pag. 159. c. 1.

XXXVIII.

Vtrum propter paupertatam Gabellum, Podagium, vectigal seu Tributum imponere liceat? pag. 161. c. 2.

XXXIX.

Vtrum pauperi litiganti sit à collitigante præstanda Alimenta ad viuendum & ad litigandum? pag. 165. c. 2.

XXXX.

Vtrum venditor qui scit litem motam pauperi imptori etiam absque denunciatione defendere eum debeat, de euictione neque teneatur si non defendat? pag. 177. c. 2.

XLI.

Vtrum solutione expensarum & meliora-

mentorum

mentorum quæ bonæ fidei possessor, vtilisve dominus in re bona fide possessa, vel in qua dominium aliquod habebat fecit, excuset paupertas? p.180.col.1.

XLII.

Vtrum ab ingratitudine paupertas excuset. pag. 193. c. 2.

XLIII.

Vtrum creditor pauper, possit ante diem debitorem suum conuenire? pag. 196. c. 1.

XLIV.

Vtrum debitor ex propria confessione, sententia, quæ transiuit in rem iudicatam instrumento guarentigio, similivè causa ad solutionem statim post condemnationem, vel terminum sit compellendus si pauper sit; debeatque illi si petatur concedi dilatio? & quæ pag. 197. c. 1.

XLV.

Vtrum paupertas impediat actionem nasci contra pauperem, vel obligationis saltem executionem, etiam hodiè donec melior debitori superueniat conditio soluerequè possit, diferat? pag. 214. c. 2.

XLVI.

Vtrum spoliatus ante omnia sit restituendus, vbi quis spoliauit pauper est? pag. 220. col. 1.

XLVII.

Vtrum exemptus priuilegio exemptionis aduersus pauperem gaudeat? pag. 221. cap. 2.

XLVIII.

Vtrum actio personalis contra tertium non contrahentem vbi saltem debitor principalis pauper est nec soluendo detur? pag. 222. c. 2.

XLIX.

Vtrum pauper aliud pro alio invito creditore soluere possit. pag. 224. c. 2.

L.

Vtrum sententia alimentorum quoad effectum saltem suspensiuum in fauorem pauperum lata, vel à sententia Mercedis eiusque taxatione appellari possit? pag. 227. c. 2.

LI.

Vtrum absque mandato pro paupere non appellante etiam in causa Ciuili liceat quilibet appellare? pag. 230. c. 2.

LII.

Vtrum Pauper possit laicum coram iudice Ecclesiastico, etiam hodiè iuris Regij dispositione stante, conuenire? pag. 235. c. 1.

LIII.

Vtrum pauper qui satisdare non potest, nec fideiussorem inuenit, quando satis datio requiritur iuratoriam cautionem præstando satisfaciat? pag. 243. c. 2.

LIV.

Vtrum paupertas in quam quis sua culpa incidit, excuset? pauperique prosit? pag. 250. c. 1.

LV.

Vtrum Pauperes, miserabilesquè personæ Diuitibus in iudiciis præferantur, miserabiliumquè causæ priuilegiatæ, quatenus existant? pag. 255. c. 1.

LVI.

Vtrum coniux pauper, consanguineis prædefunctis vel legitima etiam sobole existentibus coniugi diuiti præmortuo succedat & in qua parte? pag. 261. c. 1.

LVII.

Vtrum pendente confectione inuentarij possit pauper hæredem pro hæreditariis actionibus conuenire? pag. 176. c. 1.

LVIII.

Vtrum adiens hæreditatem inuentario non confecto, elapsoque inuentarij conficiendi tempore, propter paupertatem excusetur, ne vltra hæreditatis vires teneatur, & quid si pauperi succedat? pag. 279. c. 1.

LIX.

Vtrum filij vel descendentes pauperes teneantur cum fratribus vel aliis descendentibus bona, quæ pro suis necessitatibus consumpserunt conferre, aut in legitimam imputare? pag. 283. c. 2.

LX.

Vtrum mater ad secundas nuptias conuolans antequam rationem tutelæ gestæ reddat, reliqua soluat, tutoremquè filio assignari faciat, propter paupertatem excusetur pag. 283. c. 2.

LXI.

Vtrum Clericus in Sacris constitutus, possit, vel etiam compellatur pro pauperibus, ac miserabilibus tutor, aut curator existere? p. 290. col. 1.

LXII.

Vtrum executor testamenti, ad distribuendum bona inter pauperes nominatus, possit testatoris consanguineos, ipsiusvemet filios aut se ipsum, si pauperes sint eligere? p. 291. c. 2.

LXIII.

Vtrum executor Testamenti conuenire, vel conueniri possit, pro testatoris adimplenda voluntute, vbi saltem ad distributionem inter pauperes, Miserabilesve personas faciendam nominatus est p. 297. c. 1.

LXIV.

Vtrum conditio, si nupserit, *limitatum habeat tempus intra quod debeat impleri, & quid si pauperi adiecta sit, vel si intra certum tempus, matrimonium contrahere iussus,*

ob paupertatem non contrahat, legatum amittat vel hæreditatem? pagin. 298. col. 1.

LXV.

Vtrum id delictis ab eorum pœna & infamia aliàs incurrenda excuſet paupertas? p. 303. c. 2.

§. I.

Vtrum à contumacia excuſet paupertas? pag. 314. colona 2.

§. II.

Exponentes Infantes quibus plectantur pœnis? & an ab eis excuſet paupertas? p. 220. col. 1.

LXVI.

Vtrum Reo pauperi, vel miſerabili perſonæ, etiam non petenti actorum proceſſus & iudiciorum ſit danda copia? p. 223. c. 1.

Alia miserabilium personarum Priuilegia huic primæ Parti pertinentia adiecimus, sub nomine specialium, subsequentes quæstiones continentia. Pag.258.col.2.

I. CEssio bonorum an in pauperum fluxerit fauorem, quíque de materia hac egerint. Pag.258.c.2.n.1.

II. An creditori chyrographario pauperi aliis etiam instantibus si debitoris bona omnibus non sufficiant, liceat per gratificationem satisfacere, integrumque, tam in foro exteriori, quam interiori persoluere debitum? ibid. num2. 9. & 10.

III. An persona miserabilis possit suo priuilegio renunciare & an renunciatio ei facta noceat? ibid. num.11.

IV. Vtrum pauperes hæredes hæreditatem vendentes creditoribus hæreditariis respondere teneantur? ibid. num.12.

V. Vtrum pauperi mutuans, aliquid vltrà sortem etiam nomine pœnæ accipere possit? ibid. num.7.8.9.& 10.

VI. An procurator generalis cum *plena* & *libera* ius Domini donare, aut remittere pauperi saltem possit? ibid.num.11.& 12.

Alia

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Alia Specialia Pauperum, & Miserabilium personarum Priuilegia circa vltimas voluntates per subsequentes quæstiones continentia.

I. VTrum in conditione de nubendo certæ, & determinatæ personæ aliqua in conditione appositarum personarum ante conditionis implementum decedente legatum corruat? Et quid si pauperi conditio apposita sit, n. 1. & 2. p. 301. col. 1.

II. Vtrum conditio *si sine liberis decesserit*, tacitè à lege subintellecta cùm fideicommissum vniuersale à filio post ipsius mortem relinquitur, si pauperibus relinquatur, subintelligatur? ibid: num. 3. & seqq. vsque ad n. 8.

III. Vtrum tacita pupillaris substitutio matrem pupilli excludat? Et quid si pauperes substituti sint? ibidem à num. 8. vsque ad n. 12. excluſiuè.

IV. Vtrum pupillaris expressa matrem excludat? Et quid si mater pauper sit? ibid. n. 12. 13. 14.

V. Vtrum legatum consanguineis Pauperibus factum pietatis ratione, an sanguinis factum præsumatur. ibid. n. 16.

VI. Vtrum dispositio in fauorem pauperum, miserabiliúmque personarum de prima tantum vice intelligatur? ibidem n. 17. 18. 21. & 22.

ELENCHVS.

ELENCHVS

Quæstionum in Secundâ Parte contentarum.

QVÆST. I.

Nomina hæc, Miser, Miserabilis, & Miserandus, quid significent? & an, & quatenus interse differant? pag. 10. col. 1.

II.

Miserabilis, vnde & quis dicatur? pag. 11. col. 2.

III.

Vtrum viduæ pupilli debiles, aut diuturno morbo fatigati Miserabiles *sint; possintquè aduersarios suos in prima causæ cognitione ad principem trahere inuitos? ab aliis autem ipsi trahi nequeant? quatenusquè priuilegiati existant? pag. 17. c. 2.*

IV.

Vtrum Orphani miserabiles sint, legisquè nostræ vnicæ priuilegio gaudeant? Pag. 52. col. 2.

V.

Vtrum minores Miserabiles sint, legis nostræ vnicæ fori priuilegio vtantur, quatenusquè priuilegiati existant? pag. 54. c. 1.

VI.

Vtrum Virgines, calibemquè vitam agentes Miserabiles sint & quomodo legis nostræ vnicæ Priuilegio gaudeant? pag. 65. c. 1.

VII.

Vtrum Nupta inutilem Maritum habens legis nostræ vnicæ fori Priuilegio gaudeat? pag. 70. c. 1.

VIII.

Vtrum Ecclesia inter Miserabiles personas contineatur, legis nostræ vnicæ favore vtatur; quatenusque priuilegiata existat? pag. 72. col. 1.

XI.

Vtrum clerici & Ecclesiasticæ personæ, quas Doctores nominant, Ecclesiæ nempe seruientes, in ea manumissi, illius Officiales Rustici, vel Coloni, publicæ penitentes, aut nouiter ad fidem catholicam conuersi, miserabiles dicantur, legis nostræ priuilegio gaudeant? quibusque aliis? pag. 117. c. 2.

X.

Vtrum Vniversitas Miserabilis persona dicatur, priuilegio legis nostræ vnicæ gaudeat, & quatenus priuilegiata existat? pag. 125. c. 2.

XI.

Vtrum Carcerati Miserabiles dicantur, fori electionem iuxta legem nostram vnicam habeant; quibusquè aliis priuilegiis fruantur? pag. 136. c. 1.

XII.

Vtrum Scholastici Miserabiles sint personæ, & legis nostræ vnicæ priuilegio gaudeant? pag. 143. c. 1.

XIII.

Vtrum Agricola sit persona Miserabilis, & legis nostræ vnicæ priuilegio gaudeat? pag. 147. c. 2.

XIV.

Vtrum Mercator sit Miserabilis personæ & legis nostræ vnicæ sicut prædicti, priuilegio gaudeat? pag. 159. c. 1.

XV.

Vtrum Peregrini, & Aduenæ Miserabiles personæ sint, & legis nostræ vnicæ Priuilegio donati sint? pag. 163. c. 1.

XVI.

Vtrum Captiui Miserabiles sint personæ & legis nostræ priuilegio vtantur, & quatenus? pag. 170. c. 2.

XVII.

Vtrum Milites, Miserabiles sint personæ, vtque Miserabiles legis nostræ vnicæ priuilegiis gaudeant, quibusque aliis fruantur? pag. 180. c. 1.

XVIII.

Vtrum Senex miserabilis sit persona, & legis nostræ vnicæ dispositione comprehendatur; quibusque aliis priuilegiis gaudeat. pag. 200. c. 1.

XIX.

Vtrum prodigus, aut Auarus Miserabilis sit persona, fori electione, aut aliis quibusque priuilegiis gaudeat? pagin. 214. col. 1.

XX.

Vtrum cupidineo amore captus Miserabilis sit persona fori priuilegio, aliisve gaudeat? pag. 217. c. 1.

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

APPROBATIONES DOCTORVM.

CLariſſimus Dominus Gabriel Aluarez de Velaſco ſic graphicè iuſta, ac numeris omnibus abſoluta *Pauperum ac miſerabilium perſonarum priuilegia*, hoc in ſuo opere depinxit, vt nemo ſit qui illa non approbet, laudet, & prælo digna æſtimet; ſic nos infrà ſcripti Doctores Theologi Pariſienſes ſcripſimus, Lugduni hac die vltima menſis Decembris anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi primi.

Fr. IOANNES ROBE', Ordinis Prædicatorum.
Fr. CYRILLVS MOREL, Ordinis Carmelitarum Lugdunenſium Prior.

VIſa Approbatione Doctorum, hoc Opus, cuius Titulus eſt *De Priuilegiis Pauperum & aliarum Miſererabil. perſonar. à D. Gabr. Aluarez de Velaſco conſcriptum*, Nos quoque prælo digniſſimum cenſemus Lugduni die 7. Ianuarij 1662.

DE NEVF-VILLE, Vic. Generalis.

Conſenſus Procuratoris Regij.

NOn intercedo Regis causâ, ne Liber cuius Titulus eſt, *De Priuilegijs Pauperum & aliarum Miſerabil. perſonar. à D. Gabr. Aluarez de Velaſco conſcriptus*, imprimatur, & in lucem edatur ab Horatio Boiſſat, & Georgio Remeus, huiuſce Ciuitatis Bibliopolis, cum prohibitionibus aliis omnibus Bibliopolis in hoc caſu fieri ſolitis. Lugduni die 10. Ianuarij 1662.

VIDAVD.

Licentia.

FIat iuxta Conſenſum Procuratoris Regij, die 11. Ianuarij 1662.

SEVE.

NOMEN HOC PAVPERTAS, VEL PAVPER, VNDE DESCENDAT? DEQVE ALIORVM CONSIMILIVM NOMINVM NATVRA, ET DIFFERENTIA, AD MVLTORVM iurium intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Nominis origo in primis cognoscenda.*
2 *Omnis scientia incipit à cognitione vocabulorum.*
3 Paupertas *dicitur à parua potentia*, & Pauper, *qui parum, non qui nihil habet.*
4 *Vel à parua pecunia, paruo are, parua pecunia possessione vè parua.*
5 Paupertate *relicta venit hæreditas tota, etiamsi magna sit.*
6 *Intellectus ad* text. in l. Lucius Titius 78. §. Hæredum, D. ad S.C. Trebell.
Testatores abusiuè sæpè loquuntur, ibi.
Veritas, testatorisquè mens, & intentio attendi debet, ibid.
7 *Peculium quandoque pro patrimonio sumitur.*
8 *Auarus semper eget.*
9 *Negligitur quod communiter possidetur, nihilquè habere arbitratur, qui totum non habet.*
10 *In statutis, verba propriè, & strictè intelligenda sunt.*
11 *Proprietas verbi in dubio attendi debet.*
Et accipi secundum grammaticalem sensum, ibid.
12 Pauperies *nomen pro paupertate apud bonos authores sumitur.*
13 *In iure, quid significet?*
14 Paupertas, & inopia, *sine* pauper, & inops, *an differant? & in quo?* & numer. 19. & 24.
15 Inopia *vnde dicatur?*
16 *Argumentum ab etymologia vocabuli, frequens est.*
17 *Dictio*, Et, *ponitur inter diuersa.*
18 *Et quid si inter duo idem significantia apponatur?*
20 *Vocabulum*, vel *nomen*, *quandoque largè, quandoquè strictè in iure accipitur.*
21 Significare, *quid sit?*
22 *Impropria locutio non dicitur significatio. Et qua dicatur significatio impropria?* ibid.
23 *Verbi improprietas toleranda est, vbi lex tolerat.*
25 Mendicus, *quis, & vnde dicatur? Et an à* Paupere *differat?* & num. 26.
27 *Verbum* Mendicitas, *vel* Mendicus, *quibus modis sumatur?* remissiuè.
28 Pauper, & egenus, *an differant?* & numero 29. 30. & 31.
29 *Intellectus nouus ad* text. in l. 3. D. de testib. Paupertas *non debilitat testimonium, sed* egestas, *ibid.*
30 Egenus *dicitur qui soluendo non est, & ille cui nihil satis est*, & nu. 31.
32 Penuria *vnde dicatur, Et an à* paupertate *differat?*
33 Penu *appellatione quid veniat*, remissiuè.
34 *Quid veniat in alimentis relictis* sine penuria? *remissiuè.*

QVÆSTIO I.

DE iure acturus *Vlpianus* sic *in l. 1. D. de iustitia & iure* exordiatur. *Iuri operam daturum, prius nosce oportet, vnde nomen iuris descendat.* Regulam quippè nobis tradens, in cuiusque rei, de qua agitur materia, eius in primis nominis † cognoscendam originem. Quare accuratissimi *Vlpiani* vestigia sequutus, vnde paupertatis, pauperumque nomen descendat, discutere, à consimilibúsque aliis secernere nominibus, necessarium ante omnia duxi. Omnis enim scientia † (teste *Baldo in l. liberti, num. 9. C. de oper. libert.*) à cognitione incipit vocabulorum. 1 2

Paupertas igitur, secundum *Marcum varronem, de lingua Latina*, dicitur à parua potentia, notante Archidiacon. *in cap. quo iure* 8. *dist.* Franciscus Ripa *in l. si constante, num. 26. D. solut. matrim.* Cornel. Benint. *de paupertate, quæst. 1. num. 8. cum seqq.* Martin. Nauarr. *in tract. de regular. comment. 1. numero* 16. Sicque & pauper, qui parum habet. Constat ex *Cicerone ad Herenni. Manilius* (inquit ipse) *pauper fuit, habuit enim ædiculas in carinis, & fundum in Lauicano.* Non enim pauper, qui nihil habet, dicitur. Facetè Martial. *epigram. lib. 11. ep. 17. alias 33. in Nestorem.*

Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus.
Nec tibi de bibula sarta palude teges;
Nec puer, aut senior, nulla est ancilla nec infans,
Nec sera, nec clauis, nec canis, atque calix.
Tu tamen affectas, Nestor, dici, atque videri
Pauper, & in populo quaris habere locum;
Mentiris, uanoque tibi blandiris honore,
Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

Aliam etiam similem, nec incongruam *paupertatis* denominationem assignari posse, mihi
4 videor. Scilicet à *parua, pecunia,* † *paruo ære,* vel *parua penu à paruaque possessione* paupertatem dici, apud *Senecam* reperio *epistolar. lib. 13 epistol. 88. Ego* (inquit) *non video, quid aliud sit paupertas, quam parui possessio.*

In offendiculum tamen contra hæc sese offert *text. in l. Lutius 78. §. Hæredum, D. ad SC. Trebell.* vbi *paupertate relicta,* venit hæreditas † to-
5 ta, etiamsi testator ditissimus sit, & ita per eum text. tenet Bald. *in rubr. C. de verbor. signific. num. 9.* proque singulari notat Francisc. Crem. *notab. 24. incip. Quidam ditissimus,* sequitur Ias. *in d. l. si constante, numero 152. Digestis solut. matrim.* Andr. Alciat. *in leg. 2. numero 17. D. de verbor. signific.* Dionys. Gothofred. *in dict. §. Hæredum, verb. Paupertas, lit. H. & in leg. Cogi 16. verb. Peculium, lit. B. D. ad SC. Trebell.* Cardin. Franciſc. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 1. numer. 6.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. art. 5. num. 5.*

Non igitur à parua, cum etiam magna paupertatis nomine veniat potentia, eius prouenit denominatio.

Veram nihilominus traditam esse, farendum est. *Consultus* enim in *d. §. hæredum,* non tam de
6 præfati verbi denominatione; quàm de testatoris voluntate deprehendẽda † agit. Quæ cum vniuersam hæreditatem, eiusque distributionem respiciat; quo verbo testator vsus sit, non interest, nec an propriè, abusiuè, simulatè, vel fictè. Quod loquendi genus sæpè testatores vsurpant, teste *Marcello in l. non aliter 67. §. Titius, D. de leg. 3.* ibi: *Non enim in causa testatorum ad verborum definitionem vtique descendendum est, cum plerumque abusiuè loquantur, nec propriis nominibus, ac vocabulis semper vtantur.* Vnde veritas potius, testatorisque mens attendi debet, *toto tit. C. plus valere quod agitur quam quod simulatè concip. l. 2. Cod. de constitut. pecun. l. Quoniam indignum 15. Cod. de testam. l. 2. C. commun. de legat. d. § Titius in d. l. non aliter, cum similibus,* bonus ad propositum *text. in d. l. Cogi 16. D. ad S. C. Trebell.* ibi: *Et si peculium meum testator dixerit, quia plerumque diminutiuè patrimonium suum*
7 *peculium dicunt.* † *De successione enim sua & hic rogauit.* Sic enim auaritia tenentur, diuitiarumque multitudini inhiant; vt nec ipso quidem mortis articulo ab eatum desiderio liberi existant, opulentamque hæreditatem paupertatem
8 iudicent, † iuxta *Horatij* sententiam *epistolarum lib. 1. epist. ad Aristum.*

Semper auarus eget.

Quinimò ita natura comparatum est, vt plu-
9 rimi desiderata, possessa, parui fiant † vt eleganter inquit Imperator Theodosius *in leg. 2. Cod. quando, & quib. quart. pars debeatur, lib. 10.* ibi: *naturale quippè vitium est, negligi quod communiter possidetur, vtque se nihil habere, qui non totum habet, arbitretur.* Similiter & Seneca *de vita breuitate. Præcipitat quisque* (inquit) *vitare suam, & futuri desiderio laborat præsentium tædio.* Et *de benefic. libro 3. quidquid enim domi est, vile est.* Et ibi: *Quandiu nobis placebant ea, quæ consequuti sumus, deinde irrumpit animum aliorum admiratio, & ad ea impetus factus est, vti mortalibus mos est, ex magnis maiora cupiendi.* Aut ex animi magnitudine, diuitiarumque contemptu *in d. §. Hæredum* specie, testatorem eo dicendi modo vsum fuisse (ne in malum, cum in bonum verti possit) dicere quoque congruit.

Hæc quoad primam quæstionis partẽ. Quoad secundam verò dicendum est, nonnulla esse consimilia nomina, quæ idem quod verbum hoc *Paupertas* importare videntur: cum tamen eorum sit diuersa significatio. Hæc sunt *Pauperies, Inopia, Mendicitas, Penuria, Egestas.* Quorum naturæ, proprijque significati cognitio ad multorum iurium conducet intellectum, vt ex infrà dicendis apparebit. Non solumque pro statutis (in quibus propriè, & strictè verba intelligenda † sunt, vulgaris *text. in l. 3. §. hæc verba. D. de negot. gest.* Bald. *consil. 2. numer. 6. lib. 2.* 10
multos congerens Francis. Becci. *cons. 53. num. 4.* latè Petr. Surd. plures in huius rei confirmationem casus adducens *cons. 425. num. 21. cum seqq.* Barnab. Cornazan. *decis. 10. num. 15.*) Sed quia regulariter in dubio verbi proprietas attendi
† debet, *l. 1. §. Sed si is qui nauem, vers. In re igi-* 11
tur dubia, D. de exercit. actione, leg. Quidquid astringendæ 99. D. de verbor. obligatio. d. leg. non aliter 69. D. de legat. 3. l. Prospexit in princi. vers. Ipsa ergo, D. qui, & à quibus manumiss. liberi non fiant, Aym. Crauet. *consil. 288. numero 3. ex vers. Itaque* Francis. Beccius *cons. 21. numero 13.* Petrus Surd. *cons. 315. numero 18. & cons. 369. num. 5.* Neuizan. *consil. 92. num. 11.* Stephan. Gratianus *decis. 43. num. 12.* debet secundum Grammaticalem sensum vt *Neuizan.* & alij suprà citati notant accipi. Vt itaque per ordinem exequar, *Pauperies,* nomen, licèt pro paupertate † 12
passim assumatur: vt pet Horatium *lib. 1. Epistolar. Epistol. prima.*

Per mare pauperiem fugiens, &c.

Et *ibidem Epistola ad Fuscum Aristum.*

Sic, qui pauperiem veritus potiore metallis
Libertate caret.

Et *lib. 2. Epistola ad Iulium Florum.*

Pauperies immunda domus procul absit.

Et *Carminum lib. 3. oda 29.*

Probamque.
Pauperiem sine dote quæro.

Et alibi sæpè; frequenterque apud bonos authores pro paupertate indistinctè accipiatur. In 13
iure tamen † diuersa huius nominis significatio *Vlpiano* testante *lib. 18. ad edictum in leg. 1. D. si quadrup. pauperiem fecisse dicatur. Pauperiem esse damnum sine iniuria facientis datum.* Iustinianoque Imperatore *in §. Pauperies, Instit. eodem titulo.*

Vnde nomen hoc legibus subiectæ materiæ inseruiet, secundumque eam, pro paupertate, vel damno accipi licebit. Nec circa hanc rem amplius (cùm non multum illius interfit cognitio) insistimus, vtque ad *Paupertatis,* & *Inopiæ* inuestigandam naturam, & (si quæ sit) differentiam transitum faciamus. Quæ multos torsit dubitatio, cum ex eius vera cognitione plurium iu-

rium

iurium putent intellectum pendere, & pendeat.

* Alij igitur inter *Paupertatem*, & *Inopiam*,
14 nullam, alij differentiam constituunt, † asserentes, *Inopiam*, omnimodam esse paupertatem, extremamque indigentiam; *Paupertatem* verò, non omnimodam, aut extremam necessitatem appellari. Ita vt *Pauper* dicatur, qui parum, *Inops*, qui nihil habet. Quam agnouit differentiam Ripa *in d. l. si constante, numero 26. D. solut. matrimo.* Archidiaco. *in d.c. Quo iure, 8. dist.* Paul. Castrens. *in l. Id, quod panperibus, num. 3. C. de Episco. & cleric.* Socin. *consil. 121. num. 45. lib.* 4. Fabian. *de* Pepe *in authent. Præterea, num. 19. C. vnde vir. & vxor.* Cornelius Benincatia *de paupertate, quæst. 1. num.* 39. Lucas de Penna *in leg. 1. Meminimus, num. 16. C. quando, & quibus quarta pars debeatur. lib.* 10. Petrus Rebuffus *de priuileg. scholasticorum, priuileg. 90. num. 19.* Matthe. de Afflict. *decis. 179. num. 2.* Petrus Surd. *decis. 61. num. 10.* Antoni. à Ouesada *in suis quæstionib. iuris, cap. 31. num. 25. vers. vnum tamen aduerto.* Francisc. Marc. *decis. Delphinat. 596. num. 3. part. 2.* Ioseph. de Rusticis *in l. Cùm auus, libro 2. cap. 1. num. 28.* Federic. Scot. *consil. 5. num. 12. & 19. tom. 1. lib. 3.* Ioan. Antonius Mangilius *in tractatu de imputationibus, quæst. 138. num. 1.* Rota Roman. *diuersor. 2. part. decis. 202. num. 8.* Sebastian. *de Medicis in tractat. mors omnia soluit, 1. part. num. 103. pag. 2. prope med.* Statili. Pacific. *decis. Roma. 174. num. 23.* (quas post eius tractatum de Saluia non interdicto locauit) Cæsar. *de* Grassis *decis. 162. num. 10. titulo de successionibus ab intestato.* Diony. Gothofred. *in sua prax. lib. 1. tit. 5. de statu hominum, cap. quis dines, quis pauper, quis inops dicatur? Vers. sic dicas,*

Hanc tamen differentiam impugnat Martin. Nauarrus *in tractat. de regularibus, comment. 1. numero 16.* mouetur. Tùm, *quia Franciscani dicuntur pauperes, cap. Exijt de verbor. sig. in 6. & clem. Exiui eodem titulo, cum tamen nihil habeant:* Tùm, *quia pro eodem ponuntur in Psalm. 24.* ibi: *Quia inops, & pauper sum ego.* Et Psal. 11. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum,* Tùm, *quia est contra legem si creditores 15. §. fin. D. de priuileg. creditor.* Et alia, quæ citat Alexand. *in l. si vero, §. si pro rei qualitate. D. qui satisdar. cogantur.* Cui sententiæ accedit Ioan. Andr. *in c. Qua in Ecclesiarum in princ. extrà, de constit.* Decius *in c. ex ratione, n. 21. de appellation.* nulloque iure suprà dictam differentiam probari, testatur *ibidem, & in d. cap. qua in Ecclesiarum numero 5.* Iason. *in d. l. si constante, numer. 144. D solut. matrim. & in l. si ab arbitrio, numer. 13. D. qui satisd. cogan.* Laurentius Syluan. *consil. 69. numero 18. part. 2.* in quam etiam (sub dubio tamen) inclinat Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 65. num. 9.*

Firmatúrque hæc pars (præter suprà dicta) ex *textu in l. fin. D. de in ius vocand.* vbi, qui non habet in bonis quinquaginta aureos, inops dicitur; cum & idem pauper dicatur *in l. Nonnulli 10. D. de accusation. gloss. etiam in dict. cap. quo iure, & ibi* Archidiacon. *8. distinct.* firmatur quoque ex *text. in l. si procuratorem 8. §. Quod & ad actionem. D. mandat.* ibi: *Quid tamen si paupertas eis non permisit? excusata est eorum inopia.* Similis *text. in cap. Quod super his, 8. extrà de voto, & voti redemptione.* Conducit illud *Ouidij lib. 1. fastor.* qui *de Romulo, & Remo* loquens in exordio imperij sui, vocat eos *inopes*, cum tamen plura, licèt non regali sufficientia fastigio possiderent.

Spernebant generos inopes vicinia dines.

Primam nihilominus sententiam strictè, & propriè loquendo, veram omninò iudico. Pro qua facit *text. in l. si instituta, 27. §. de in officioso, D. de inofficios. testam.* ibi: *Placuit interim propter inopiam pupilli, &c.* iuncta *lege fin. C. de ordin. cognit.* ibi: *si aliqua alia facultas esse non possit.* necnon & *text. in l. quæ legatorum, 14. D. vt in possess. legator. in fin.* ibi: *Nec suum quidquam habeat.* Et licèt contrariam sententiam tenuerit Alexand. *in dict. §. si pro rei qualitate,* suprà proximè relato: idem tamen ipse *in additionibus ad Bartol. in dict. l. qui accusare verbo, Pauper. D. de accusation.* prædictam approbat differentiam; quam etiam tenet, & sequitur *Ioann. Baptista Valençuela Velazquez consil. 10. n. 16.* quem post huius sententiæ sequaces reperi, pro ea adducentem *Aristophonem in Plauto, actu.* 4. in hæc verba: *Mendici quidem vita, quam tu dicis, est, viuere nihil habentem; pauperis autem, viuere parcentem, & operibus attendentem.* Vltrà quæ omnia, hanc ego irrefragabilibus authoritatibus confirmo partem, quam fulcitam apud graues, & probatos Authores inuenio. Quorum alter *Valerius Maximus*; alter *Sueton. Tranquil.* eam indubitabilem reddunt. Ille. *libro quarto de liberalitate, cap. 12. in fine*, ibi, *Fauius in honorem patriæ, paupertatem inopia mutauit*: Hic, in tractatu, quem *de illustribus Grammaticis* edidit (de *Valerio Catone* loquens) hæc adijcit. *Vixit ad extremam senectam, sed in summa paupertate, & penè inopia.* Nec ex sacris literis ad huius rei confirmationem deest authoritas. Constat ex *Ecclesiastic. cap. 31.* vbi dicitur, *Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit.* Mirorque tot, tantosque iuris professores hac de re agentes (quos saltem viderim, quosque supra adduximus) hæc latuisse.

Ex ipsius præterea nominis *inopiæ* etymologia, denominationeque hæc eadem roboratur sententia. Dicitur † enim (si Sipontano credimus 15
in suo alphabeto) ab, *in* & *ops*, id est, *sine opibus*, quem refert, & sequitur *Rebuff. de priuileg. Scholast. priuilegio 90. numero 19.* reprobans Iasonis sententiam, dicentis, *inopem*, ab, *in*, & *opus*, quasi sine opere, *in d. l. si ab arbitro in fin. D. qui satisd. cog.* Cuius argumentandi ratione † sæpè *Iu-* 16
reconsulti vtuntur, vt constat ex Paul. *in l. 1. D. de tutel. & in l. 1. D. de acqu. poss. & in l. 1. D. de furt. ex* Vlpian. *in l. 1. D. de pact.* eodemque Paulo *in l. Mutuum. 2. §. Appellata, D. de reb. credit. ex Dino item* Hieronymo *ad Nepotianum*, habeturque *in cap. si Clericus, 5. 12. q. 1.* qui elegans est ad propositum text. *& in cap. Forus, 10. de verbor. significat. & in cap. Cùm secundum Apostolum, 16. de præb. & dig. in l. Tugurij appellatione, 180. l. pupillus, 259. Vrbs, cum duobus seqq. de verb. sig. §. 1. Serui autem, inst. de iur. person.* Quem argumentandi modum, probabilem, vtilem, multumque frequentem dicit *Euerard. in locis legalibus, loco 4. ab etymologia*, vbi latè *Antonius* quoque *Pichard. in disputatione de mora, nu. 4. 5. & 6.* quem sæpè vsurpauit *Ouid. Fastor. lib. 3.*

Nomine ab Authoris ducunt libamina nomen.

Et lib. 6.

Stat vi terra sua, vi stando, Vesta vocatur.

Et ibi.

At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Neque adducta per *Martinum Nauar.* de *Psalm.*
17 11.& 24.superioribus obstant.Dictio enim, *Et*, † inter diuersa ponitur, iuxtà *rubricam*, *glossam*, *& communem ibi*, *D. de iuris*, *& facti ignor.rubric.de perpet.& temporalib. action.instit.de vsucap.& longi tempor.prascrip. gloss. vltim.in cap. Cùm olim*, 34. *extra de testib.* Petr. Cened. *sing.* 50.*numero* 4.& 5.Iacob.Menoch.*de recuper.possess.remed.* 8. *numero* 84. plures referens Augustin.Barbosa *de dictionib.dictione*,&,93.*num.*14. Ioan.Petr.Surdus *consil.* 315.*num.* 17. Stephan. Gratian.*decis.*175.*n.*8.

Verum tamen est,quòd si prædicta dictio,&,
18 inter duo idem significantia apponatur: † nec diuersitatem inducit; nec inter diuersa poni dicitur. Petr.Cenedo *d.sing.*50.*num.*5.Petrus Surd. *d.cons.*315. *num.*19. Caued.*decis.*117.*num.*3.August. Barbosa, alios adducens, *vbi suprà*, *dict. num.*14.

Vnde,vt vnico verbo his,& aliis suprà oppositis aptè responderi possit, dicendum est, propriè, &
19 strictè loquendo,† *Paupertatem*,ab *inopia* differre; latè tamen, & minus propriè sumpto vocabulo, vnum pro alio quandoque sumi.
20 Quod frequenter in iure fieri assolet, † text. *in* §.*Item Serbiana instit. de actio. l. Plebs.* 237. §. *Pignus*, *D.de verbor. signific.* & ibi per Scrib.*l. Mulieris appellatione*, 13.*D.eod.tit.l.Seruis*,81. aliàs 79.*verb.Virgines*,*l.*1.*D.vnde legis.in* §.*Mulieres*, *D.de leg.* 3.*l.Quæritur*, 14.§.*Mulierem. D.de edilit.edict.l.Humilem*,7.*C.de incesti.nupt. l.Illicitas*, 6.§. *Ne potentiores*,*vbi not.gloss.*1.*D. de offic.præsid.* notat *gloss. in l. non putauit*, 8. §. *non quauis*, *verbo Rite*, *D. de bonor.possess.contra tabul.gloss.in leg.* 2. §.*Et neminem*, *verbo pecunia nomen*,*C.de constit.pecun.* est etiam text.*in cap.*1. *quid sit inuestitura*, *lib.*2. *feudor.* quo etiam distinctionis modo ad constituendam, vel non inter iniquitatem, & peccatum differentiam, vsus est *Turrecr. in cap. Ille Rex.de pœnit. dist.* 3. *numer.*6.

Licèt enim vbi de nominis significatione red-
21 denda agitur, propria † reddenda significatio sit: (significare enim nihil aliud est, quàm propriè, & verè exprimere, notificare, designare,vt formaliter inquit *Bald. in l.liberti.*10.*numero* 9. *Cod. de oper. libertor.*Impropria enim loquutio,
22 non dicitur significatio † eodem *Bald.* vbi suprà teste, & *in l.fin.ex numero* 9. *cum sequentibus*,*C. de haredib.instit.*vbi latè,quæ dicatur impropria significatio.) Tolerandam tamen verbi impro-
23 prietatem vbi † lex tolerat, inquit idem *ipse Bald. in dict. leg.fin.num.* 35. vt in casibus accidit,de quibus suprà *num.*14.*in d. nempè lege fin. D. de in ius vocand.* & *d.l. Nonnulli de accusation.*& alijs,& in specie, prædicta nomina, *Pau-*
24 *pertas*,*& inopia*, sæpè confundi; † promiscuumque eorum in iure esse vsum, docent Alexand. *in authent.Praterea num.* 7. *C.vnde vir & vxor.* & pluribus relatis Cornel.Beninc.*quæst.*1.*nn.*44. Antonius *à* Quesada *in suis quæstionibus iuris*, *cap.*31. *num.* 25. *versic.vnum tamen aduerto* Petrus Surdus *decisione* 61.*numero* 11.Sebastian.*de* Medic.*in tract.de casib. fortuit.* 2. *part.quæst.* 4. *n.*4.Francisc.Marc.*decis. Delphinat.* 596. *nu.* 3. *part.*2. Ioann.Anton. Mangil. *in tract.de imputationib.quæstione* 138.*n.*1. Statil. Pacific. *decis.* 174.*nu.*24.

25 Ita quoque de paupertate, & mendicitate † dicendum est.Licèt enim strictè,& propriè, qui ostiatim victum quærit, dicatur mendicus; *de mendicantib. valid. lib.*11.*in rubro*, *& nigro*, vbi *Lucas de Penna numero* 2. & alij ibidem:Quasi *manu dicens*; vt notatur in *cap. Volo*,12.*quæst.*1. vel à *manè*, id est, *defectus*, & *dico*, *dicis*, quasi suos defectus petendo dicat; vt obseruat Archidiacon.*in cap. Quorumdam de elect. verb. Mendicantium*, *& in cap. Diaconi*, *verb. Mendicat infœlix.*93.*distinct.* Alberi.*de* Rosat. *in suo Dictionario*, *verbo Mendicantis conditio.* vbi hæc *Mendicantis conditio prorsus miserabilis est. Nam si petit*,*rubore consumitur*;*& vt petat necessitate compellitur:*Latè tamen, etiam pro paupere non mendicante accipi poterit. Imò sic accipiendum suadet alia eius nominis tradita etymologia per *Diuum Isidorum*, relatum ab *Archidiacono* vbi suprà. Vt mendicus dicatur † minùs habens, quàm sua conditio deposcit. Ita etiam *Lucas de Penna in d. l. vnic.num.* 1. *C. de mendic. valid.lib.*11. Quæ quidem mendicitatis denominatio, siuè etymologia quantam cum paupertatis nomine fraternitatem habeat; haud dubiè constat ex iam dictis, infràque paupertatis assignanda definitione apparebit apertiùs. 26

Aliis etiam modis verbum hoc,† *Mendicitas*, 27
vel *Mendicus* sumitur, de quibus per suprà proximè relatos,& per *Cardin.in cap.Religionum de Religios.domib.in* 6.videre est.

Eandem sibi in stricta significatione naturam
induit verbum *Egenus*, quàm *Mendicus*, & 28
inops. † Licèt enim minùs propriè,latoque sumpto vocabulo, pauper, & egenus pro eodem sumantur, promiscuusque horum nominum in iure sit vsus; vt pluribus relatis, hanc sequitur *Cornel. Beninca.* sententiam *in tract. de paupert. quæst.* 1. *num.*44. *&* 45.colligiturque *Prouerbior. cap.*6. *Paululum dormies*, *paululum dormitabis*, *paululum conseres manus vt dormias*, *& veniet tibi*, *quasi viator egestas*, *& paupertas quasi vir armatus*, & *cap.*10. *Egestatem operata est manus remissa*; *manus autem fortium diuitias parat.* & *capite vigesimoprimo. Qui diligit epulas*, *in egestate erit*, *& qui amat vinum*, *& pinguia*,*non ditabitur.* multisque aliis: quos omissos facimus locis. Probatur etiam ex *text. in leg.* Priuilegia, 12. *paragrapho fin. Cod. de sacros. Eccles.*ibi, *Et quia humanitatis nostra est*, *egenis prospicere*, *ac dare operam*, *vt pauperibus alimenta non desint*: Bonus *text.in leg. Quisquis*, §.*filij verò*, ibi,*sint perpetuo egentes*,*& pauperes*,*Cod ad leg.Iul.Maiestat.*

Ingenuè tamen ex horum verborum vi, & proprietate, inter paupertatem,& egestatem differentiam esse, siuè inter pauperem, & egenum, iuris, bonisque profitentur Authores. Vt pauper, qui victum, licèt non secundùm *eius conditionem*; egenus autem, vel mendicus, qui nec victum habet, dicatur. Constat ex eloquentiæ fontè *Marco Tullio Ciceronе in Paradox.* sic dicente. *Itaque istam paupertatem tuam*, *vel potiùs egestatem*; *ac mendicitatem nunquam obscurè tulisti.*ex text. etiam *in l.si longius*,18.§.*penul.in fin.D.de iudicijs*, ibi, *Ne si ei non dederimus actionem*, *futurum sit*, *vt impunè fraudem patiatur*, *& egestate Romæ laboret*, *viatículo suo non recepto*, ex *l. inter eos*, §. *fin. D. de re iudic in leg. In condemnatione*, 173.

D.de

D. de reg. iur. in l. ſiquis ad declinandam, 49. verſ. ſin autem nullus (ibi. *Et ſine Falcidiæ ratione pauperibus, qui in ciuitate ſunt, vel penitus mendicantibus, vel alia ſuſtentatione egentibus, eadem pecunia diſtribuantur*) *C. de Epiſcop. & Cleric. glo. in l. Maritum, decima-tertia, verb. Poteſt. D. ſolut. matrim.* Corn. Beninc. *d. qu. 1. num. 42.* Alex. *conſ. 91. numero quarto lib. 7.* Petr. Surd. *deciſ. 61. num. 14.* Hieron Magon. *deciſ. Florent. 50. numero vigeſimo-octauo*, Ioſeph. de Ruſtic. *ad leg. Cùm auus, D. de cond. & demonſt. libro ſecundo cap. 3. numero vigeſimo-octauo.* Quam etiam differentiam confirmat *Seneca* dictum *epiſtolar. lib. 8. ep. 59.* cui his fecit initium verbis, *Quanta nobis verborum paupertas, imò egeſtas ſit, nunquam magis, quam hodierno die intellexit.* Et *de vita beata. Quia virtus* (inquit) *ſæpè caret, nunquam indiget.*

Ex qua quidem differentia (inter alia, quæ ex locis, authoritatibuſque præcitatis, licet colligere) vnum ſatis notabile, frequens, & neceſſarium adnotare obiter libet. *Egeſtatem* nempè eſſe, quæ
29 teſtimonium † debilitat, non *paupertatem*, ſicque voluiſſe *Iureconſult. Caliſtrat. in l. 3. D. de teſtib.* ibi, *Et an locuples, vel egens ſit.* In eoque ſenſu intelligendum (licèt ad pauperis teſtimonium debilitandum, ſæpiùs, perperam tamen allegetur) teſtatur ex prædicta differentia *Ioſeph. de Ruſtic. vbi ſup.* Qua de re latiùs à nobis, Deo dante, alibi agendum erit.

30 Egenus item dicitur, qui ſoluendo non eſt, † *tex. in §. 1. inſt. ex quib. cauſ. manumit. non lic.* Alex. *d. conſil. 91. n. 4. lib. 2.*

31 Et ille, qui ſatis non habet, † etiam cui nihil ſatis eſt, ſecundùm *Tullium lib. 4. Rhetoric. Egenus eſt* (inquit) *qui non ſatis habet, & cui nihil ſatis eſſe poteſt.* Conducitque *Horatij* (quam ſuprà *num.* 8. retulimus) ſententia.

Penuria autem, & paupertas idem importare,
32 † ex eodemque videntur fonte deſcendere, ſcilicet à parua penu, parua pecunia, vel paruo ære. In quam ſententiam, *Penuriæque* nominis deductionem venit, *Ambroſ. Calep. in ſuo Dictionar. verb. penuria*, à penu deſcendere dicens, Omniumque rerum, earum præſertim, quæ ad penum pertinent, hoc eſt ad victum, carentiam ſignificare, *Vigilio 7. Æneid.*

Conſumptis hic fortè aliis, vt vertere morſus
Exiguam in cererem penuria adegit edendi.

Aliiſque ibi adductis authoritatibus. Qua de re, & quæ appellatione *penu* † veninant? apud *Vlpian.*
33 *in l. 3. D. de penu legat.* aliiſque eiuſdem tituli legibus videre eſt.

Et quid in alimentis *ſine penuria* relictis †
34 veniat? vide Cord. à Lara *in l. ſiquis à liberis, paragrapho Sed ſi filius, numero octuageſimo-primo, & ſeq. D. de liber. agnoſc. &* Petr. Surd. *de aliment. tit. 4. quæſtio. 18. num. 6. & 7.* ab aliiſque relatos.

His igitur & nos in huius tractatus proſecutione promiſcuè quandoque vtemur nominibus. Vtque cum *Ouid. Faſt. lib. 1.* loquar.

Hæc tibi dicta ſemel, totis hærentia faſtis,
Nè ſeriem rerum ſcindere cogar, erunt.

QVOTVPLEX SIT PAVpertas? Quotupliceſque ſint pauperes?

SVMMARIVM.

1 *Paupertas ſecundum Theologos triplex.*
2 *Paupertas alia voluntaria, alia inuoluntaria, ſiuè neceſſaria.*
3 *Alia interior, & alia exterior.*
4 *Paupertas interior quotuplex ſit?*
5 *Et quotuplex paupertas exterior?*
Coacta meritoria non eſt, num. 6.
6 *Qui aliquid coactus facit, præmium non meretur.*
7 *Præmium ordinatum capienti bannitum, non debetur poteſtati, cum ad id ex officio teneatur: niſi de officiali nominatim ſtatutum loquatur.*
8 *Paupertas exterior, ſuo genere, neque bona, neque mala eſt, ſed indifferens*, & numer. ſeq.
9 *Neque diuitiæ bona, aut malæ per ſe ſunt.*

QVÆSTIO II.

MVltiplex eſt *Paupertas.* Vnde antequam ad definitionem deſcendamus; quotuplex ſit, neceſſariò ſciendum eſt, vt earum vnaquaque cognita, aptiùs cuiuſque definitio conſtitui poſſit.

Triplicem igitur *Paupertatem*, † triplicemque 1
pauperum ſpecies eſſe, colligitur ex Theologis. Secundum quos, alij pauperes ſpiritu, alij corpore, & ſpiritu dicuntur. Spiritu pauperes ſunt, qui licèt temporalibus abundent bonis; in eis tamen non confidunt, neque alia concupiſcunt. De quibus *Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu.* Corpore tantùm pauperes ſunt, qui bona non habent, ea tamen habere concupiſcunt, quorum plenus eſt mundus. Corpore, & ſpiritu; qui nec temporalia bona habent; nec habere volunt. de quibus Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* fusè per Cornel. Beninc. *d. tract. quæſt. 2. n. 1.* cum ſeqq. Qui tamen *nu. 9.* ex mente *D. Thomæ 2. 2. quæſt. 186. artic. 3.* duas † tantùm *paupertatis* 2
eſſe ſpecies concludit. Aliam ſcilicet voluntariam, quæ ab animo, & voluntate: aliam neceſſariam, quæ à fortunæ arbitrio pendet, vel quomodocunque inuoluntaria, & coacta: exornat, latéque *Idem ipſe* proſequitur *num. ſeqq.* Ita etiam ex *D. Thoma contra gent. lib. 3. c. 134.* tenet Guillielm. Rouille *in tract. de iuſtitia, & iniuſtitia, lib. 1. quæſt. 8. n. 1.*

Alij in interiorem, & exteriorem, † *Paupertatem* diuidunt. Cuius plures conſtituunt ſpecies. Ipſamque exteriorem, in neceſſariam, & voluntariam ſecant. 3

Interioris paupertatis, triplicem † ſpeciem 4
aſſignant. *Primam* dicunt carentiam voluntatis quærendi, vel retinendi iniuſtè aliquod pecuniarium ius. Quæ de præcepto eſt, quippè quæ *decimo Decalogi* continetur, & *Exod. capite 20.*

Secundam, carentiam voluntatis habendi, vel retinendi aliquid, etiam iuſtè niſi quatenùs eſt inſtrumentum virtutis. Quæ de conſilio eſt, iuxta illud 1. *ad Corinth. cap. 3. qui habent, tanquam non habentes, &c.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Tertiam, carentiam voluntatis habendi vllo modo pro ſuo, etiam iuſtè, & etiam quatenùs eſt inſtrumentum virtutis. Quæ de conſilio quoque eſt, & magis, quàm ſecunda proximè dicta, iuxta illud *Matt. 19. ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Ita diſtinguit Martin. Nauar. *in tract. de regularib. commento 1. num. 17.* Qui ibidem *verſicul. Vigeſimum-primum*, paupertatem exteriorem duplicem † conſtituit. Alteram voluntariam; verò coactam, vti ſuprà tetigimus. 5

Voluntariam dicit, quam quis ſua ſponte conſequitur. Qualis fuit *Cratis Tebani*, de qua *Diuus Hieronymus in c. gloria Epiſcopi, 12. qu. 2.* & qualis apud *Matth. d. c. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c.*

Quam rursùs multiplicem dicit, *Aliam* nihil habentis, neque habere potentis, quippè facti ad id incapacis propter votum ſolemne. *Aliam* ſe contentum victu honeſto facientis. *Aliam* nihil habentis, ſed ad habendum capacis, quippè cui non eſt votum ſolemne paupertatis, licèt omnia ſua reliquerit.

Paupertatem verò exteriorem coactam, eam eſſe conſtat, quam quis nolens ſuffert; taliſque 6 paupertas ſui natura meritoria nequaquam eſt: † vt enim inquit *text. in c. Si enim de pœnit. diſtin. 2. vbi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt.* Ita in ſpecie, & terminis noſtris tenet ibid. *gloſ. verb. neceſſitas.* & Cornel. Benine. *de paupert. d. q. 2. num. 17.* Qui enim aliquid coactus facit, præmium non meretur, *text. in l. 3. §. Vtrùm, D. ad S. C. Syllan. l. 1. C. de oper. libert. vbi not. Bald. n. 1. & 2.* præmium ordinatum capienti bannitos; 7 non deberi poteſtati, † qui illud ex officij neceſſitate facere tenetur, niſi nominatim de officiali loquatur ſtatutum, idque *in eius addit. not. ibid.* Andr. Barbat. *lit. A.* firmantque ſuprà dictam aſſertionem *text. in l. Nam quod decima-quarta, paragrapho qui compulſus, Digeſtis ad S. C. Trebell. qui compulſus adit hæreditatem* (inquit text.) *ſicut cæteris commodis' caret, ita hoc quoque caſu careat, ne poſſit pœnitendo quartam retinere.* text. etiam *in l. Ita tamen, 27. §. qui ſuſpectam, D. eod. tit. tex. in l. Rem legatam, 19. D. de adim. leg. text. in l. Vnum ex familia, 69. §. 1. D. de leg. 2. text. in l. Proximè, 50. D. de ritu nup.* Ioſeph. Maſcard. *de probat. quæſtione 5. nu. 21.*

Sicque huiuſmodi inuoluntaria paupertas 8 ſuo genere neque bona, neque mala eſt, † ſed indifferens, vt (prætet iam relatos) firmat Martin. Nauar. *dict. tract. de regul. comment. 1. n. 17.* latè etiam Fului. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 54. n. 2. & ſeqq. vſque ad 8.*

Idemque de diuitijs † dicendum, iuxtà *Horatij* 9 ſententiam *epiſtolar. lib. 1. epiſt. ad Fuſcum Ariſtum.*

Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuique.

Plura in confirmationem addicit Annæus Robertus, *rerum indic. libro 2. cap. 2. folio mihi 327.* & Pacian. *vbi ſup.* quibus etiam addendum, quòd ſcriptura dicit *Eccleſiaſt. cap. 13. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impij.* & Seneca *de diuina prouident. Non ſunt diuitiæ bonum.* & *in Prouerbijs* ipſius: *Pecunia ſi vti ſcias, ancilla eſt; ſi neſcias, domina eſt:* Et *epiſtolar. lib. 12. epiſtol. 83.* ibi: *Tanquam indifferentia eſſe dico, id eſt, nec bona, nec mala; morbum, dolorem, paupertatem, &c.* proſequiturque latiſſimè *lib. 13. epiſtol. 88. & lib. 21. epiſtol. 118. Indifferens* (inquit) *vocamus, quod tam malo contingere, quàm bono poteſt, tanquam pecunia, forma, nobilitas.* Et *de vita beata: Diuitias nego bonas eſſe, nam ſi bonæ eſſent, bonos facerent.* Et paulò inferiùs: *Diuitiæ autem apud ſapientem virum in ſeruitute ſunt; apud ſtultum in imperio.*

QVO IVRE SIT INTRODucta paupertas?

SVMMARIVM.

1 *Ex ſententia Cornelij Beninc. à iure naturali deſcendit paupertas.*

2 *A iure diuino ex ſententia Sigiſmundi Scacciæ.*

3 *A iure gentium ex Authoris ſententia.*

QVÆSTIO III.

HVius quæſtionis diſputationem (cum magis ad materiæ, tractatúſque ornatum, quàm ad vtilitatem, quàm quærimus, pertineat) omittere, forſitan nobis in mentem venit: & quia Cornel. Benincac. *in tract. de paupert. quæſt. 3.* latiſſimè hanc per quadraginta quatuor numeros (aptè quidem, fuſiùs tamen quàm neceſſitas, vtilitaſque poſtulabat) diſſeruit quæſtionem, eo ſolo, *rei originem ſpectandam*, fundamento nixus, parum immorabimur.

Multis igitur hinc inde argumentis adductis, à iure naturali † introductam, originemque tra- 1 xiſſe *Paupertatem*, concludit.

A iure autem diuino † contendi. *Sigiſmund.* 2 *Scaccia in tract. de commercijs, quæſt. 1. §. 1. numer. 43.*

Quod tamen à iure gentium † (vt noſtram 3 quoque interponamus ſententiam) deuenerit *Paupertas:* probatur, quia à principio de iure naturæ omnia communia erant, nec quidquam aliquis inſolidum poſſidebat, ſed omnes in communi domini rerum omnium erant, *Paupertaſque* tunc per conſequens ignota. Ex quo autem ſibi quiſque proprium retinere, rerumque ſibi præcipuum voluit adſcribi dominium, atque adiudicati; cœpit indigentia, in dieſque *Paupertas* creuit. Quam duo illa pronomina *Meum*, & *Tuum* induxiſſe videntur. De quibus eleganter Guilliel. Rouil. *in tract. de iuſtit. & iniuſtitia, lib. 2. cap. 1.* & Seneca *in proverb.* ibi, *Principium diſcordiæ eſt, aliquid ex communi proprium facere.* & ibi. *Quietiſſimè viuerent homines in terris, ſi duo verba tollerentur, ſcilicet Meum, & Tuum.* Firmat *text. in capit. 2. 12. quæſt. 1.* ibi: *Communis enim vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo omnibus eſſe hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc ſuum eſſe dixit, & alius illud, & ſic inter mortales facta diuiſio eſt.* Antequam enim ex illa immani bellua *Apocalypſis cap. 12. & 13.* hæc duo pronomia naſcerentur (vt per *Guiliel. Rouill. vbi ſuprà*) paupertati in mundo erat aditus interdictus. Conſtat. *Actuum Apoſtolor. capite quarto. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Neque quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.* & ibi: *Neque enim quiſquam egens erat inter illos.*

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Nlos & capit. 2. prope finem, capit. Dilectissimis, 12. quæst. 1. ibi: *Vndè (vt benè nostris, erat multitudinis cor vnum, & anima vna. Nequè quisquam eorum, aut nostrum, de his, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis, & nobis erant communia. Neque quisquam egens erat inter nos.* Quod & sic à principio ius constituit naturæ; & per consequens, nequaquam ex eo fuisse *paupertatem* inductam videtur dicendum, nullumquè tunc pauperem esse: diuites omnes, cum omnium rerum Domini in communi, proquè indiuiso (vt sic dicamus) existerent. Accedat in hanc rem *Horatij* sententia *lib. Sermonum, Satyra 2.*

Nam propria telluris herum natura neque illum,
Nec me, neque quemquam statuit. Nos expulit ille,
Illum, aut nequities, aut vafri inscitia iuris.
Postremo expellet certe viuatior hæres.

Ouidiiquè *Metamorphos. lib. 1.*

Communemquè prius, ceu lumina solis, & auræ,
Cautus humum longo signauit limite mensor,
Nec tantum segetes, alimentaquè debita diues
Poscebatur humus.

Argumentis autem Beninc. & Scacciæ facillimè responderi posset, nobis sat dicta.

QVID SIT PAVPERTAS? quisquè Pauper dicatur?

SVMMARIVM.

1 Paupertas *interior quid sit?*
2 Paupertas *exterior, quid ex Nauarri sententia, quæ improbatur.*
3 *Bona definitio debet conuerti cum suo definito, nec aliis à diffinito competere.*
4 *Alia* paupertatis *diffinitio.*
5 Victus *appellatione, quæ contineantur?* & num. 7.
6 *Bona definitio omnem naturam, & essentiam rei definitæ comprehendere debet.*
8 *Alia* paupertatis *definitio ex Cornelio Beninca.*
9 *Vera* paupertatis *definitio secundum Authorẽ.*
10 Pecuniæ *appellatione omnis substantia, vel res, quæ sunt, aut esse possunt in patrimonio continentur.*
Pecunia *vnde dicta?* ibidem.
Et vnde locuples? *ibid. circa fin.*
11 *Pauper dici potest, quis, eisdem facultatibus, quibus alius diues, vel è contra.*
12 *Vestire non omnes debent æqualiter.*
13 *Veste relicta, præstanda est, secundum conditionem personæ.*
14 *Pauperes, & rustici, non delicatis cibis, sed grossis, & vilibus vti debent.*
15 *Delicioſa cibaria pauperibus præparans venialiter peccat.*
16 *Pauper sumptuosè viuens, apud Corinthios puniebatur.*
17 *Nobiles grossis, aut vilibus cibis vti non debent.*
18 *Pauper, & rusticus pedestris, nobilis, eques debet ambulare.*
19 *In taxatione expensarum testium, quid attendendum? & qualiter taxanda?*
20 *Causa, vel quantitas magna, vel parua, quæ dicatur, ex personarum conditione perpenditur.*
21 *Furtum magnum, vel paruum, ex personarum quoquè conditione reputatur.*
22 *Furtum magnum, mortis vindicatur pœna.*
23 *Alimenta præstanda sunt, attenta conditione, & qualitate personæ.*
24 *In legato alimentorum, continetur etiã equus, si legatarij cõditio id deposcat, vel etiã currus.*
25 *Alimenta non solùm præstanda sunt attenta alimentandi persona; sed etiam pro familia, & ministris, secundũ eius qualitatẽ,* & n. 30.
26 *Pater tenetur alere non tantùm filium, sed etiam eius vxorem, & ministros, si aliundè non habeat.*
27 *Maritus pro vxore, & eius seruientibus, & pedisequis alimenta præstare debet.*
28 *Alimentare obligatus, etiam ad famulorum alimenta tenetur.*
29 *Marito, & aliis, qui in id, quod facere possunt conueniuntur, tantum relinquendum est, quantum sufficiens sit, ad vitam decenter transigendam, eorum conditione attenta.*
30 *Patronus, & eius ministri ab ecclesia, vel liberto sunt alendi.*
31 *Qui alium alere tenetur, non satisfacit obligationi, si eum faciat recipi in aliquo hospitali, si id illi indecorum sit.*
32 *In alimentorum præstatione, non solum spectanda est qualitas à natura proueniens: sed etiam ex accidenti, ratione literarum, officij, vel dignitatis adepta. Amplia* num. 39.
33 *Scientia reddit quem nobilem,* & n. 35.
34 *Nobilitas ex scientia proueniens, nobilitati sanguinis, & generis præualet.*
36 *Aduocatus dicitur persona egregia, sicut doctor.*
37 *Officium nobilitat.*
38 *Doctor non est persona indigna, cui Comitissa possit nubere.*
39 *Pauper an dicatur, consanguineus eius, qui ad aliquam magnam dignitatem euectus est, si ante illius adeptionem sufficientia bona habebat? ex eoquè lautiora consequi possit alimenta?*
Intellectus text. in c. Est probanda 86. dist. & Concilij Trid. sess. 25. cap. 1. de reform. *ibidem.*
40 *Pauper dicitur, qui licèt satis bonorum habeat vnde viuere possit; non tamen secundum conditionem suam, vt & familiam decenter possit alere, dequè necessariis prouidere.*
41 *Cui bonorum distributio inter pauperes commissa est, poterit distributionem alicui nobili facere, qui licèt vnde se alere possit habeat; non tamen pro suæ conditionis, status, & generis, ratione, limita, vt numer. 48. si patrimonium testatoris, qui illud inter pauperes distribui iussit, esset paruum.*
42 *Facere etiam poterit distributionem, in suprà dicto casu, ei qui licèt ad victum necessaria habeat, non tamen pro puellis (quas maritare tenetur) dotandis, quamuis de dote nulla à testatore sit facta mentio.*
43 *Pauper dicitur puella, quæ licèt sufficiens victum habet, non tamen sufficientem pro conditione dotem.*
44 *Pauper dicitur pater, qui filias pro conditione maritare non valet.*

45 Dos,

45 *Dos, vel legatum relictum habenti victum, non tamen decentem, congruamvè dotem, etiam stricto modo dicitur causa pia, vel in causam piam relictum.*

46 *Executor testamenti, cui bonorum distributio inter pauperes commissa est, poterit, non solùm inter extraneos, sed etiam sibi ipsi, vel filiis, aut filiabus, alimenta, dotemvè congruam non habentibus distribuere.*

47 *Qui tenetur restituere malè ablata arbitrio Prelati, vel Confessoris, propter suam necessitatem, vel quia filias habet, poterit sibi, vel filiarum dotibus dicta bona applicare.*

49 *Executor testamenti, cui distributio inter pauperes commissa est, potest distributionem facere monasterio habenti vnde monachos, vel moniales sustineat; si vltrà victum, vel alimenta, non supersit, vnde ipsius fabrica subueniatur.*

50 *Pauper dicitur beneficiarius, vel beneficium pauper, & tenuis, cuius redditus, licèt ad eius victum alimentaque sufficiant: non tamen pro se, suisque, & familia pro sua conditione.*

51 *Et qui dicantur sui in hac materia?* & numer. 52.

53 *Pauper dicitur pater, qui necessaria habet ad vitam decenter degendam, ad filiorum tamen alimenta sufficientia, & ad expensas in studio faciendas, bona non habet,* & numer. 62.

Et quid in auo, & aliis ascendentibus, in his & similibus superioribus casibus? n. 63.

54 *Pater tenetur ad sumptus, & expensas pro primis filiarum rudimentis.*

55 *Et quid pro legali scientia medicina, & similibus addiscendis?* remissiuè.

56 *Alimentorum appellatione, expensa quoquè studiorum continentur,* & nu. 57.

57 *Et idem relicta sustentatione, necessitate, vel victu.*

58 *Promittens aliquem vt filium tractare, tenetur, ei ministrare expensas, vt discat legere, scribere, & Grammaticam, si id eius exposcat conditio.*

59 *Pater, quantumcumque infimæ conditionis sit, tenetur filio expensas præstare, vt discat legere, scribere, artemque post hac quæstuariam eum docere.*

60 *Sicut pater tenetur dotare filiam, & dare donationem filio propter nuptias: ita & eum docere artem, ex qua viuere possit.*

Causa studij, & dotis à pari procedit, ibid. & num. 62.

61 *Filius an teneatur subuenire patri egeno, qui eum artem, ex qua viuere posset, docere contempsit?*

64 *Pater, vel ascendentes, non solùm legitimos, & naturales descendentes alere, & dotare tenentur: sed etiam naturales tantum, & spurios.*

65 *Filiis naturalibus, vel spuriis tantùm, an debeantur alimenta à patre, vel ascendentibus, pro necessitate solum, vel etiam pro dignitate præstanda sint?*

66 *Et quid de iure regio, ex quo, vltrà quintum eis relinquere pater prohibetur?*

67 *Alimenta, qua miserationis causa dantur, an secundum necessitatem, vel dignitatem præstanda sint?*

68 *Pauper dicitur pater, qui licèt habeat victum pro se, non tamen pro filiis naturalibus tantùm, vel etiam spuriis: & idem in descendentibus ascendentium respectu,* n. 69.

Pater tenetur alere filios naturales, & spurios, etiam in foro seculari: & de iure regio. Idque in filiis Presbyterorum, etiam post Pij V. extrauagantem procedit, ibid. nu. 68.

70 *Filij, vel descendentes illegitimi, aut spurij, an ascendentibus alimenta pro dignitate, vel necessitate debeant præstare?* remissiuè.

71 *Pauper dicitur quis attenta negotij qualitate.*

72 *Qui non habet tantum in bonis, quantum continet debitum cuius respectu contenditur, pauper ea ratione dicitur.*

73 *Quotiescumquè quæritur de paupertate respectiuè ad aliquid, semper metimur paupertatem respectiuè ad illud.*

74 *Vt testis idoneus sit, tanti bona debet habere valoris, quanti est causa super qua deponit.*

75 *Iudicis arbitrio relinquitur, quis pauper dicatur.*

76 *Et quis inops.*

77 *Et qua miserabilis persona.*

78 *Fallit vbi à lege, vel statuto certa patrimonij quantitas determinata est. Quo casu nulla sunt iudicis partes in arbitrando, vel si miserabilem personam lex designet.*

79 *Iudex non potest admittere ad accusandum non habentem quinquaginta in bonis, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur. Et in aliis similibus casibus.*

80 *Pauper quando possit facere casum curiæ de iure regio, vel communi?*

81 *Paupertas in specie probanda est, quando quantitas à lege taxatur, vel vbi agitur ad certum, & determinatum effectum.*

QVÆSTIO IV.

DEuenimus ad *paupertatis* definitionem, quam suprà, *quæst.* 2. duplicem esse diximus. Interiorem scilicèt, & exteriorem. Interiorem (ex sententia Martin. Nauarr. *de regular. commento* 1. *numero* 17. *fol. mihi* 98.) esse † *Carentiam voluntatis habendi pecuniam.* In cuius comprobatione verba non facimus, quia ad exteriorem principaliter nostra conuertitur oratio. Quam siue voluntatiam, siue inuoluntariam, & coactam, sic ipsemet definit *Nauarr. eod. nu.* 17. vt sit † *Carentia realis pecuniæ.* Quæ (tanti viri reuerentia) sustineri, nullomodo potest. Quippè, quæ non conuertitur cum suo definito † contrà tegulam *text. in l.* 1. §. *Dolum, D. de dolo,* vbi Bart. *not. & in l.* 1. *D. de testam. & in l.* 1. *D. de tutel. & in l. Imperium in princ. D. de iurisd. omn. iud. glos.* & *DD. in rubric. Cod. de Summa Trinit. & fide Cathol.* Paul. Castr. Iaf. Alexand. & alij, quos refert, & sequitur Cornel. Beninc. *tractat. de paupert. quæst.* 1. *num.* 17. Dec. *in l. Omnis diffinitio.* 101. *num.* 2. *D. de regul. iur.* adducit *text. in l. mortis causa capitur* 3 *quæ est in ordine* 31. *D. de donatio. caus. mort. & in l. Quintus la* 2. 29. *in ordine,* §. *Cum autem, D. de auro, & argento legato.* Non enim carentia pecuniæ, paupertas est, Cùm *pecuniæ* verbum quàm latissimè pateat, vt dicemus infrà. Aliisquè etiam à diffinitis competat, vtpotè, quæ etiam diuites, inopem,

1 2 3

inopem, mendicum, & eum, qui nihil omnino habet, extremam, omnimodamquè carentiam, necessitatem, ac in digentiam comprehendat.

4 Sic igitur forsitam definiri † posset. *Paupertas est carentia victus secundum cuiusq; conditionem*, vt *Carentia* stet loco generis; cætera speciei. *Victus* ideo, quia *victus* appellatione † ea omnia continentur, quæ ad vitam hominis necessaria sunt, *text. in l. Verbo victus*, 43. *& seqq. D. de verbo. signific. l. Quos nos*, 234. *§. Verbum viuere, D. eod. l. Legatis* 6. *l. fin. D. de aliment. & cibar. leg. glos. verb. Victus, in cap. Episcopus* 10. *q.* 2. Ias. *in l. Cum ij. § Qui transigit. numer.* 2. *& 3. C. de transactionib.* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 2. *num.* 11. *&* 12. Confirmaturquè ex *Salomone Prouerbiorum cap.* 30. *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi Domine, sed tribue victui meo necessaria.*

Secundum cuiusquè conditionem, ad excludendum mendicitatem, & inopiam, omnimodam vè necessitatem. Vndè qui victu pro eius conditione caruerit pauper dicetur; non qui victum habeat.

Adhùc tamen non integram, ex omnibusquè suis partibus perfectam huiusmodi diffinitionem iudico, cum per eam non omnino rei diffinitæ natura, & essentia videatur comprehen-
6 di; contra bonæ diffinitionis regulas, † ex Bart. *in l.* 1. *D. de appellationib.* Portio. P. Andr. Gamar. & aliis relatis à Cornel. Beninca. *supr. quæst.* 1. *num.* 4. ita etiam Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *D. de testament.* Decius *in d. l. omnis diffinitio, num.* 1. *D. de reg. iur.*

Victus enim appellatione, ea tantùm veniunt,
7 † quæ ad vitam ttansigendam necessaria omninò sunt, sine quibus minimè vita degi posset, dictis iuribus suprà *num* 5. & latiùs infrà. Nec enim familia, vel serui veniunt cùm ad vitam omnino necessarij non sint, dictis iuribus, & ibi notatur.

Nec etiam *stramentum* vel *stragula* venit, *l. in strato*, 45. *D. de verbor. signif.* (si de non omninò ad vitam necessariis saltem intelligamus) vt de tapetibus, cultricibus, muliebribusquè stramentis, sine quibus tamen pauper dici quis potest, eius attenta conditione, vt infrà apparebit. Et quòd prædicta victus appellatione non veniant, notat etiam *Ioan. Garcia de expensis, capit.* 3. *num.* 40. *&* 41.

Neque qualitas illa, *secundum cuiusquè conditionem*, quidquam propriæ significationi, & naturæ verbi, *victus*, addere, quoad hoc videtur, vt alias res extrà ipsius verbi significationem includat, licèt latiores habenas, intra ipsius verbi sensum protenderet, vt nempè lautiùs ad vitam necessaria præstentur; non quæ extra ipsammet viuendi necessitatem. Cùm ea verbo, *victus*, nequaquam comprehendantur, vt prædiximus. Et præter iura relata, est etiam *text. in l. Si quis à liberis*, 5. §. *Non tantum, iuncta glos. verb. Cætera quoque, D. de liber. agnosc.* Bart. *in tractat. de aliment. num.* 1. *& seqq* Petr. Surd. *eodem tractat. de aliment. tit.* 4. *q.* 6. *num.* 6. Francisc. viuius *decis.* 523. *num.* 20. Marc. Anton. Peregrin. *cons.* 81. *num.* 15 *lib.* 3. Iacob. Menoch. *cons.* 1219. *à numero* 14. *& præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 157. *à numer.* 13. Hercules Marescot. Vincent. *de* Franco. Seraphin. camill. Borellus, & alij propè infiniti congesti per copiosissimum Marium Giurbam *in consuetudinibus Senatus Mesanensis, c.* 7. *glos.* 15. *numer.* 2. *par.* 1.

Aliam assignat definitionem *Cornel. Beincatia quæst.* 1. *numer.* 38. sic: *Paupertas est* † *rei* 8
ad rectè viuendum pertinentis necessitas. Quæ licèt sustineri possit, & aliis à definitione competere (cum necessitatis paupertas species sit, vt in 1. huius tractatus parte Deo dante dicemus) & paupertatem in omni casu non comprehendere videtur. Vndè vt omnis cesset difficultas, sic posse diffiniri mihi videor. † *Pau-* 9
pertas est carentia pecuniæ, secundum personæ, vel etiam negotij qualitatem. Quæ omnibus suis partibus constat, genere nempè, & differentia. *Carentia* enim stat loco generis; cætera speciei. Omnem substantiam, & qualitates rei definitæ demonstrat, nec ahjs à definito competit, cum eoquè tam affirmatiuè, quàm negatiuè conuertitur. Quis enim neget talem *Carentiam*, & personæ, & negotij respectu, paupertatem esse? vel non esse, vbi abest?

Diximus in definitione, *carentia pecuniæ.* 10
Pecunia enim appellatione † omnis res, quæ in patrimonio est, vel esse potest, continetur *text. in c. Totum*, 1. *q.* 3. *Totum quidquid homines habent in terra* (inquit textus) *pecunia vocatur seruus, vas, ager, arbor, pecus, quidquid horum est, pecunia dicitur, l. Pecuniæ appellatione* 4. *& l. sequenti, l. Pecuniæ verb.* 178. *l. Pecuniæ nomine*, 222. *D. de verb. signific. l.* 1. §. *fin. & l.* 2. *D. de calumniatorib. l.* 2. §. *Et neminẽ, C. de cõst. pecun.*

Idquè vel ex eo, quia antiquitùs pecudis effigies in moneta cudebatur; teste Plinio *lib.* 18. *naturalis historiæ, capit.* 3. *& lib* 33. *c.* 3. Christophor. *de* Paz *in legib. styli, in l.* 78. *numero* 9. Catellian. Cotta *in memorabilibus iuris, verbo, Pecunia*: vel quia de pecorum coriis nummi excudebantur, posteaque à Saturno æreus nummus inuentus est, vt notat Lucas *de* Penna *in l. Chartulas, num.* 4. *C. de conueniend. fisci debit. lib.* 10. Vel quia antiquitus omnis substantia in pecoribus consistebat, *tex. in dict. cap. Totum*, ibi, *Ideò omnem pecuniam vocata est, quia antiqui, quod habebant, in pecoribus habebant. dict. l.* 1. §. *vltimo, & l.* 2. *D. de calumniate. dict. l.* 1. §. *Et neminem, C. de constit. pecun.* & aliis iuribus supra, Lucas *de* Penna *in l. Domini, numer.* 2. *C. de agricol. & cens. lib.* 11. Catallian. Cotta *loco iam relato.* Idque testatur Ouidius (cuius alij non meminerunt) *Fastorum lib.* 5.

Aut pecus, aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.

Addidimus in diffinitione, *secundùm personæ qualitatem.* Tùm ad excludendam inopiam, mendicitatem, vel egestatem; tùm, quia personarum conditio efficit, vt eisdem facultatibus alter pauper: † alter diues dici possit. *Text. est in* 11
l. Sed etsi, 52. §. *Sed etsi proponas, D. de iudicijs vbi glossa verbo Modica, & notat ibi* Paulus Castrens. *num.* 3. *glossa in l. Illicitas*, 6. §. *Ne potentiores, verbo Lumine, D. de officio præsidis*, Socin. Iunior. *consilio* 60. *numero* 51. *libro* 3. Marius Giurba *in consuetudinib. Senat. Mesanens. capite* 2. *glossa* 6. *numero* 23. *pars. prima* vbi quòd *paruum*, vel *magnum* dicitur relatiuè ad res, & personas, quia quod dicitur

magnum reſpectu vnius, paruum erit reſpectu alterius, *gloſſa* etiam *in cap. 1. verbo Neceſſitatem, 21. q. 1.*

Nobilis enim, & qui operari neſcit, non dicetur diues eo, quo ruſticus dici poſſet, ita Iacob. Butr. *in authen. Preterea, C. vndè vir, & vxor*, quem refert, & ſequitur Ioann. Lupus de Palac. Rubeo *in repetit. rubric. de donationib. inter virum, & vxorem*, §. 11. *incipit. Predicta, num.* 11. *Bartol. in l. Si conſtante, numero* 14. *D. ſolut. matrimon.* Socin. *conſilio* 30. *numero* 2. *libro* 4. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 20. *numero* 156. *& ſequent.* Petrus Roizius Maureus *deciſione Lituanica* 4. *nu.* 233. plures referens Maſcard. *de probationib. concluſione* 1159. *numero* 14. Didacus Perez *in leg.* 1. *titulo* 1. *libro* 3. Ordinam, *verbo Pobres, column.* 1. *propè finem*, Petrus Surdus *dè aliment. titulo* 4. *quæſtione* 18. *numero* 8. Iacob. Meno. *de arbitrar. libro* 2. *caſu* 65. *numero* 8. *centur.* 1. Petrus Auguſtin. Morla. *in emporio iuris, quæſtione vltima, numero* 6. *verſic. Illud tamen meminiſſe*, Anton. Heringius *de fideiuſſorib. cap.* 8. *numero* 98. Rota Roman. *diuerſor.* 2. *part. deciſione* 202. *numero* 4. Cæſar *de* Graſis *deciſione* 162. *numero* 3. *titulo de ſucceſſione. ab inteſtat.* vbi quòd ruſticus dicitur diues, ſi habeat centum ſcuta; cum nobilis, etiamſi mille habeat, pauper dicatur Fului. Pacianus *de probation. lib.* 1. *cap.* 54. *num* 45. *& ſeqq.* vt enim Horatius *lib.* 1. *epiſtolar. epiſtola ad Mecœnatem*, inquit.

Paruum parua decent.

Ruſticusque & humilis perſona, cum paucis diues eſt. *Ouidio* teſtante *triſtium libro* 3. *Eleg.* 10.

Ruris opes, parua, pecus, & ſtridentia plauſtra,
Et quas diuitias incola pauper habet.

Et lib. 4. de Ponto, elegia 9. ad Græcinum.

Fortuna eſt impar animo, talique libenter
Exiguas carpo munere pauper opes.

Horatius itidem epiſtolar. lib. 2. epiſt. 1.

Agricolæ priſci, fortes, paruoque beati.

Valerius quoque Marcialis lib. 10. epig. 96. ad Auitum.

Illa placet tellus, in qua res parua beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.

Seneca in Medea

Candida noſtri ſæcula patres
Videre, procul fraude remota,
Sua quiſque piger littora tangens,
Patrioque ſenex factus in aruo
Paruo diues. Niſi quas tulerat
Natale ſolum nouerat opes.

Ex diuerſo autem, nobilis, honeſta, grauis, vel illuſtris perſona, multa etſi bona poſſideat; eius adhuc conditione attenta, pauper meritò dici poterit. Imò & Rex. *tex. eſt in cap. Ex parte*, 15. *de foro compet.* Decius *in cap. Cæterum, n.* 73. *de iudiciis*, Achiles *Perſonal. conſil.* 47. *numero* 14. *Theatrum vitæ humanæ. tom.* 3. *libro* 2. *pag.* 666. *col.* 2. *verſic. Reges*, Franciſ. Viuius *deciſ.* 521. *numero* 16. *libro* 4. Ioan. Maria Nouarius *in praxi electionis, & variationis fori, deciſ.* 24. *num.* 16. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 66. *par.* 2. *numero* 17. vbi & ex perſonæ conditione, duodecim milium, & quingentorum aureorum ſummam ſingulis annis habentem, pauperem demonſtrat.

Non enim eædem expenſæ, non idem ſumptus à vili, vel etiam mediocri perſona; qui ab honeſta nobili, vel egregia faciendi ſunt. Namque non omnium æqualis debet eſſe veſtitus † *leg.* 1. *C. qua res vendi non poſſ. l. fin. C. de reſcind. vendition. l.* 1. 2. *& tot. titul. C. de veſtibus holoueris, & auratis, libro.* 11. Meliùs enim, & honoratiùs Magiſter in Teologia, quàm frater ſimplex veſtietur, melius Abbas, quàm Monachus, & meliùs Doctor, quàm Scholaris, vt tradit *Speculator in titul. de aduocato, paragrapho ſequitur videre de veſtibus, in princip.* Bart. & Bald. relati per Palac. Rub. *in repet. rubric. de donatio. inter vir. & vxorem, dicto paragrapho* 11. *numero* 10. Stephan. Aufrerius *in addition. ad Capell. Tholoſan. deciſ.* 8. *in fine.* Hieronym. Ceball. *communi. contrà communn. lib.* 3. *quæſt.* 780. *numero* 38. Petrus Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 18. *num.* 36. *&* 39. Iacob. Menoch. *conſ.* 144. *numero* 77. Marius Giurba *in conſuetud. Senat. Meſanenſ. cap.* 7. *gloſſa* 41. *num.* 2. *&* 3. 12

Ex quo infertur, legato *veſti* relicto, intelligendum, præſtandumque ſecundùm conditionem † perſonæ, cui relinquitur, vt poſt alios concludit *Borgninus Caualcan. deciſ. Faucianenſi* 31. *num.* 15. *part.* 3. Vbi in legato facto per illuſtrem Comitem Aurellium Beccariam, de veſtiendo eius familiam veſte lugubri, & eius auditorem: veſtem auditoris de panno fino, aut de raſcia, & non de baieta, attenta perſonarum conditione, eſſe debere, fuiſſe declaratum affirmat. 13

Sic nec omnium æqualis debet eſſe victus. Pauper enim vel ruſticus, humiliſvè perſona non delicatis, †& ſumptuoſis; ſed vilibus, & ruſticis vti debent cibis. *Tex. in capite Non cogantur, quadrageſimo-primo diſtin. tex in leg. Seruis vrbanis* 97. *D. de leg.* 3. *leg. Sed & ſi quid* 19. *D. de vſufruct. leg. Iudices* 9. *C. de Epiſcop. aud.* Notat. Accur. *in d. leg. Seruis vrbanis, verbo Ex libellis, & verbo Ex cibariis.* Iaſon. *in paragrapho Item ſi de dote, numero* 7. *&* 8. *Inſtit. de actionib.* Andreas Tiraquell. *de nobilit. cap.* 20. *numero* 142. *&* 145. *cum ſeqq.* Latè Pet. Surd. *de aliment. titul.* 4. *quæſt.* 18. *numero* 12. Collan. *de re frumenta. libro primo quæſt.* 6. *numero* 7. Marius Giurba *vbi ſupra, dict. capite ſeptimo. gloſſa decimaquarta numero ſecundo*, Aſcan. Clemens *de patria poteſtate effect. decimo ſeptimo numero trigeſimo-quinto, & trigeſimo-ſexto* Iacob. Menoch. *conſil.* 144. *numero* 76. Hieronym. Ceballos *dicta quæſtione* 780. *numero vigeſimo-quinto* Franciſ. à Ponte *de poteſtat Proreg. titul. de abundantia ciuitatis, paragrapho quinto numero ſexto* Ioan. Maria Nouarius *in praxi electionis, & variat. fori. quæſt.* 17 *numero* 2. 14

Delicioſaque cibaria pauperibus præparantem, venialiter † peccare, firmarunt text. *cap. In vnum orarium, paragrapho Criminis, ante finem*, 25. *diſtin.* Bellaper. Cyn. & Bald. *in auth. Ad hæc, C. de vſuris.* Gaſpar Vaeça *de inope debitore capiæ* 17. *numero* 74. Andreas Tiraquell. *de nobilitate, d. cap.* 20. *numero* 46. 15

Petr.

Petr. Surd. *de aliment. d. tit. 4. quæſt. 18. num. 13.* Corduba de Lara, *in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num. 48. de liber. agnoſ.* Hieron. Gonçalez, *in regula. 8. Chancellaria, gloſ. 2. numero 42.* Martin. Coller. *de alimen. lib. 2. cap. 2. num. 58.* Ioan. Baptiſt. Pontan. *eod. tract. de alimen. cap. 7. n. 3. in fin.*

16 Et apud *Corinthios*, pauperes ſumptuosè viuentes † puniri ſolitos, ſcribit Alexand. Surd. *de morib. gent. lib. 2. c. 31.*

Nobiles verò, & honeſtæ conditionis, illuſtreſque perſonæ, groſis, aut vilibus cibis vti, †
17 nec coguntur, nec debent. *Tex. in d. c. non coguntur, & in d. l. ſeruis vrbanis, & d. l. ſed etſi quid* Iaſ. Tiraq. & alij ſupra relati, Lambert. *de iure patronat. lib. 3. in princip. quæſt. articulo 12. n. 2.* Paul. Citad. & Roch. de Curte, quos adducit, & ſequitur Hieron. de Ceballos, *dict. quæſt. 780. numero 23. & ſequentib.* Lara, *in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, n. 46.* Pet. Surd. *d. quæſt. 18. num. 8.* Marius Giurba, *d. cap. 7. gloſſ. 14. num. 2. part. 1.*

18 Sic, pauper. ruſticus, & humilis, pedeſtris, † nobilis verò, & honeſta perſona, eques debet ambulare: *gloſſa. in l. idemque 10. §. idem labeo, verbo eum oportere D. mandati.* Bald. *in l. libert. numero 19. C. de oper. libertor.* Bart. *in l. ſi non ſortem 25. §. libertus, numero 29. de condition. indeb.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 1. caſu 2. num. fin.* Didac. Perez, *in l. 1. tit. 1. lib. 3.* Ordinam. *verbo Pobres, colum. 2 prope med.* Vbi
19 hæc pro taxatione expenſarum † ratione itineris facienda, quando ruſticus adducitur in teſtem, vel ad litigandum, notanda dicit. Si enim ire pedeſter ſolitus. ad ciuitatem ſolicitandæ litis cauſa veniat cum equo, huiuſmodi ei non reficiuntur expenſæ: *gloſ. d. l. idemque §. idem labeo, D. mandati,* Petr. Surd. *de alim. titul. 2 quaſtion. 8. per totum* Vincent. Caroci, *tractat de locat. quaſtion. 8. titulo de fructi. & litium ex penſis, num. 91. folio mihi 28.* Plenè Bernardus Greuæ. *concluſ. practic.* Cam. Imper. *concluſione 99. per totam, præcipuè num. 5. & ſeqq. lib. 1.* Vndè, & quæ cauſa, vel quantitas magna,
20 vel parua dicatur, † ex perſonarum conditione perpenditur. Vt ex *Bar. Bald. Decio, Iaſon. Curtio, Tiraq. Palatio Rube.* & alijs quàm plurimis (vt cæteros ommittam) concludit Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro 2. cent. 1. caſu 72. n. 10. & 11.* Ioachin Mynſing *cent. 1. obſeruat. 68. num. 4.* Sigiſmund. Scaccia *de appellat. quæſt. 17. limit. 40. n. 4. verſ. Quarta & vltima opinio, & num. 5.* vbi ex hoc determinat, an à condemnatione à qua aliàs ob eius ſummæ paruitatem appellare non liceret, ſi fiat pauperi. liceat? copioſiſſimè Cardin. Tuſch. *lit. M. concluſ. 4. per tot.* plurimos referens in pulchro caſu Oſuald. *in Donell. libro 21. capite 9. lit M.*

Quo fit, vt eiuſdem rei, vel quantitatis
21 furtum, magnum, vel paruum, ex perſonarum † conditione, earumquè paupertate, vel diuitiis reputetur: ſecundum Bart. Cæpol. *in auth Sed nouo iure, num. 79. 80. & ſeq. C. de ſeruis,* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 3. caſu 295. num. 12.* Vbi furti magni exemplum adducit, quando ruſtico auferetur porcus, *ex gloſ. in d. l. Illicitas 6. §. Ne tenuis, D. de offic. præſid* ita etiam Bonifac. *in tractat. de furtis, §. fin. num. 56.* Proſper Farina. *eod. de furt. tractat. q. 165. n. 19.* Maſc. *de prob. tom. 3. concl. 1254. n. fin.*

Id quod multum ad pœnarum inflictionem notandum eſt. Cùm furtum magnum mortis† 22
vindicetur pœna, ſecundum magis communem opinionem, quam tenent Bald. *in auth Sed nouo iure, num. 5. verſ. Ego dico, C. de ſeruis fugit* Aretin *in §. Ex maleficiis, num. 7. verſ. Et quod dixi, inſti. de action. & in tractat. de maleficijs, verb. Veſtem cœleſtem, num. 13. verſ. Quod eſt verum.* Alciat. *in cap. Cùm non ab homine, notabili vltimo, extrà de iudicijs,* Matth. *de Affictis in cap. 1. §. Publici latrones, nu. 5. de pace tenend. in vſib. feudor. & in §. Iniuria, 3. notabi. num. 18. in fin. de pace iuram. firmand.* Hippolyt. *de* Matſil. *in l. Vnius, §. Cogniturum, num. 79. D. de quæſt. Beluis in practic. rubric. de furib. & latronib. numer. 21.* Dida. Couar. *lib. 2. variar. cap. 9. num. 7. verſ. Sic ſane quibuſdam viſum eſt.* Iacob. Menoch. *d. lib. 2. de arbitrar. caſu 295. num. 9.* alios etiam refert Proſper. Farinac. *de furt. q. 167. num. 45.*

Ex quibus in alimentorum præſtatione, conditionem, & qualitatem eius, † cui alimenta 23
præſtanda ſunt, attendendam- infertur, oſtenduntquè *text. in l. Mella, 14. & l. pen. D. de aliment. & cibar. legat. l. Tutor la 2. 13. in ordine, D. de adminiſtr. tut. l. Si. cui, 14. D. de annuis legat.* tenent poſt antiquiores Andreas Tiraquel. *de nobilitat. cap. 10. num. 142. & ſeqq.* Corduba *de* Lara *in d. l. Si quis à liberis, §. Sed ſi filius, num. 43. D. de liber. agnoſcend.* Burſat. *conſ. 226. num. 147.* Borgnin. Caualcan *deciſ. 18. nu. 13. par. 2.* Caballin. *conſ. 137. num. 8. lib. 2.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. caſu 170. n. 13. lib. 2. cent. 2. & de præſumpt. lib. 1. præſumptio. 8. num. 8. & lib. 4. præſump. 157. num. 33. verſ. Cæterum, & conſ. 1219. num. 20.* Bimius *conſ. 257. num. 1. & 12. & conſ. 147. num. 9.* P. Ludouic. Molin. *de inſt. & iur. diſput. 168. numero 2.* Marius Giurba *in conſuetud. Senat. Meſanenſ. cap. 7. gloſ. 14. num. 1. par. 1. & deciſ. 6. num. 1.* infinitos referens, Proſper. Farinat. *deciſ. Rot. 431. numer. 5.* Paul. Æmil. Gallius *de exceptionib par. 2. tit. 4. excep. 13. ſeu 1. num. 69.* Petr. Surd. *de alimen. tit. 9. quæſt. 39. n. 3.* Martin Coller. *eodem tractat. de aliment lib. 2. cap. 2. n. 28.* Ioſeph. Seſe. *deciſ. 26. num. 101.* Ioan. Garc. *de expenſis, cap. 3. num. 37.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 5. quæſt. 6. num 135.* Paul. Pariſ. *conſ. 8. num. 30. lib. 2.* Pontan. *de aliment. cap. 7. per tot.* Hieronym. Cebal. *communi. contra commun. lib. 3. q. 780. num. 46. & ſeqq.* Aſcan. Clemens *de patria poteſtat. effectu 17. num. 35. & 36.* Camill. Borrell. *conſ. ſiue controuerſia 71. num. 21.* Gerard. Mazzol. *conſ. 30. num. 49. lib. 1.* Alphonſ Hoxeda *de incompatibilitat. beneficior. 1. p. cap. 19. numero 24.*

Vndè in legato alimentorum, equum etiam 24
† (ſi alimentandi conditio depoſcat) contineri tenet pluribus relatis Martin. Coller. *de aliment lib. 1. cap. 15. n. 26.* Camill. Borrell. *d. conſ. ſiue controuerſia. 71. n. 22. & 23.* Necnon & currum (ſi id perſonarum conditio patiatur) vt notabimus *quæſt. 48.*

Nec ipſius ſolum alimentandi, ſed & eius pro conditione familiæ, † miniſtrorumquè rationem 25
haben

habendam : probant *text. in l. Habitatio, 4. D. de vent. in posſeſ. mittend. l. Tutor ſecundum dignitatem, 13. D. de adminiſtra. tut. l. Cùm dotem, 22. §. Sin autem in ſaniſſimo, D. ſolut. matrim. gloſ. in auth. de non eligend. ſecundo nubent. §. fin. ver. Onera, collation. 1.* Cuius deciſionem dicit ibi Bart. perpetuò menti tenendam, cum quo alios refert Petr. Surd. *de aliment. tit. 4. q. 18. n. 9. &* 10. Conſimilis eſt etiam *gloſ. in c. 1. verb. Neceſſitatem, 21. quæſt. 1. gloſ. quoque fin. in cap. Studeat, 50. diſt.* Abb. *in cap. Cum adeo, num. 5. de reſcript.* Ludouic. Roman, *conſ. 189. in princ.* latè Cordub. *de* Lara *in d. l. Si quis à liberis, § Sed ſi filius, num. 50. de liber. agnoſc.* Marius Giurbad *gloſ. 14. num. 2.* Hieronym. Ceball. *d. d. q. 780. nu. 44.* Martin Coller. *de alim. d. lib. 1. c. 15. n. 27.* Borgnin. Caualcan. *de vſufruct. num. 27.* Iacob. Menoch. *præſump. lib. 4. præſumpt. 157. num. 28. &* 29.

Ideoquè pater non ſolùm filium ; ſed etiam
26 eius vxorem, † & miniſtros (ſi aliunde eis prouiſum eſſe non poſſet, alere tenetur, *text. in d. l. Si quis à liberis, 5. § Non tantum, D. de liber. agnoſc. & ibi gloſ. verb. Cætera quoquè onera.* Quia cum ad hæc teneatur maritus ; eius quoque pater, in ſubſidium, tenebitur, vt voluerunt *Bart.* ibi, *in d. §. Non tantùm,* & ibidem *Lara. per tot.* præcipuè *num. 42. Iaſ. Ripa. Crot. Barba. Couarruu. Natta, Becius, Viuius, Padilla,* & plures alij quos refert, & ſequitur *Petr. Surd. de aliment. tit. 1. q. 38. num. 1. & ſeq.*

Quod autem maritus non ſolùm pro vxore;
27 ſed etiam pro eius pediſequis, † & aliis ſeruientibus alimenta, neceſſariaquè præſtare debeat, præter iura relata firmant Palac. Rub. *in repet. rubr. de donatio. inter vir. & vxor. §. 68. nu. 6. & in repet. d. c. Per veſtras, notabil. 3. verſ. Tertio ſequitur. num. 2. col. 2. propè med.* tenet pluribuſquè adductis Lara *in d. l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, num. 25.* Petr. Surd. *d. tit. 4. q. 18. num. 28.* Hieronym-Ceuall. *d. q. 780. n. 35* Petr. Nuñez *de* Auendaño *reſponſ. 8. num. 1. verſ. Quæ alimenta.*

Et generaliter eum qui alium alere debet ad
28 famulorum † quoquè alimenta, & ſalaria teneri; obſeruant Andr. Tiraquel. *de nobilit. d. cap. 20. numer. 142. & ſeqq.* Petr. Rebuff. *in comment. ad conſtit. Galliæ, tit. de ſent. prouiſio. art. 1 gloſ. 4. num. 2. tom. 1.* Ioan. Baptiſt. Plot. *conſ. 30. num. 86. lib. 1.* Camill. Borell. *d. controuerſ. 71. num. 24.* Tellus Fernandez *in l. 10. Taur. num. 10.*

Sic marito, vel alijs, qui in id, quod facere
29 poſſunt, conueniuntur, tantùm relinquendum eſſe, † quantum eorum attenta conditione, ad vitam decenter degendam neceſſarium eſt; tenet Alexand. *in additio. ad* Bart. *in l. Qui bonis, lit. A. D. de ceſſione bonor.* Iaſ. *in §. Item ſi de dote, num. 7. inſt. de action.* Bart. Bald. Angel. Rapha. Areti. Dec. Cæpol. Cyn. Tiraq Baeça, Couar. Berttrand. Lara, Peregrin, Lancellot. & plures alij relati à Petr. Surd. *de aliment. d. tit. 1. q. 78. num. 2. & tit. 4. q. 18. num. 45.* Petrus Roiz Maureus *deciſ. Lituanic. 4. num. 237. & ſeqq. & num. 253. &* 254. Hieronym Ceball. *d. quæſt. 780. nu. 48.* Stephan. Gratian. *diſception. forenſ. 112. num. 21*

Alios ſimiles omittimus caſus, de patrono
30 † veluti, qui vna cum familia, filiiſquè ab Eccleſia pro dignitate eſt alendus, *cap. Quicumque 30. in ordine, 16. q. 7. cap. Nobis 25. de iure patronatus.* Vel etiam à liberto. Qua de re) vt propè infinitos præteream) videndus Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. q. 54. per tot. & tit. 4. q. 18. nu. 15. & ſeqq. & tit. 7. q. 32. num. 29. &* 30. plurimos in dictis locis referens, & poſt eum alios etiam adducens *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. 552. nu. 12.* per quos ſupráquè relatos plures ſi libet ſimiles videri poſſunt.

Deducitur inde, eum qui alium alere tenetur, non ſatis obligationi facere, ſi nobilem, honeſtamquè alendi perſonam in hoſpitali ali-
31 quo, † vel domo Dei, cui ibi morari foret indecorum, non ſic ſi vilem, humilemvè recipi faciat, vti profitetur Bald. *in l. 1. §. Sed ſcimus, num. 2. C. de Latin. liber. tollend.* quem ſequuntur Anani. Præpoſit. Palac. Rub. Rebuf. Couar. & alii adducti per Surd. *de aliment. d. tit. 4. quæſt. 18 num.* 48. Lara *in l. Si quis à liberis, §. Solent, num. 18. de liber. agnoſc. Caſtillo in l. 10. Taur. gloſ. verb. En caſo, numero 6. verſ. Item nota,* Marc. Anton. Peregrin. *de iure fiſci, lib. 3. tit. 18. numero 73.* Aluar. Valaſc. *conſult. 1. n 89. prope med.* Petrus Rabena, *ſing. 30.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. lib. 1. c. 112. num. 11.*

Infero prætereá, non ſolùm à natura proue-
niente: ſed etiam ex accidenti, † ratione literarum, officij, vel dignitatis adeptæ ſpectandam 32
qualitatem, ſcientia enim reddit quem nobilem, † *l. prouidendum, 7.* vbi plenè *Cynus C. de poſtuland. l. 2. §. fin. in fin. D. de excuſat. tut. l. Iudices, 12. C. de dignitat. lib. 12. verb. Plebeios,* per 33
quam Doctores, & iudices, nobiles eſſe, aſſerit ibi *Bart.*

Imò nobilitatem ex ſcientia prouenientem, 34
nobilitatis generis † præualere, *in d. l. prouidendum, num. 1.* & probatur in *cap. nunquam, 56. diſtinct.* Alexand. *conſ. 213. n. 9. lib. 6.* Anton. Corſet. *in repet. cap. grandi, num. 56. de ſuppl. negl. Prælat. in* 6. optimè Ioan. Hieron. Epiſcop. Campan. *in ſuo diuerſor. iur. Can. rubr. 6. cap. 3. n. 31.* latiſſimè *Bonus de Curtili in tract. de nobilit. part. 3. ex num. 3. & ſeqq.* Potentioremque nobilitatem à virtute, quam, quæ à maioribus originem trahit, eſſe, demonſtrat *Ouidius Metamorphoſ. lib. 13. in princ.*

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco.

Et lib. 1. de Ponto, Elegia 10.

Si modo non cenſus, nec charum nomen auorum,
Sed probitas magnos ingeniumque facit.

Et lib. 4. Elegia 7.

Scilicèt hic titulus plenis tibi fructibus ingens.
Iſa tamen virtus, ordine maior erit.

Iunius Iuuena. Satyra 8.

Tota licet veteres exornent vndiquè ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt, atquè vnica virtus.

Cicero quoque in *Saluſtium* : *Satius etenim* (inquit) *eſt, me meis geſtis florere, quam aliorum opinione niti, & ita viuere, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum, nec me cum his conferre decet. Quid* enim (vt ait Senec lib. 10. epiſt. 70.) *ſtultius, quàm aliquem ſibi placere, eo quod ipſe non fecit?*

Prædictam

35 Prædictamquè nobilitatis generis, † & ſcientiæ æquiparationem facit etiam Accurt. *in l. Societas contrahitur, 5. verbo, Suppleat, D. pro ſocio.* quem ſequuntur ibi *Bald. Salycet. Fulgoſ.* & alijs multa per *Andream Tiraquel.* & ab eos relatos *de nobilitat. capit. 20. numer. 10. & ſequentibus,* & per Royzium Maureum *deciſion. Lituanica 4. numer. 243. & ſequentibus,* latè Ioan. Parlador. *rerum quotid. part. 3. differ. 6. §. 1. per tot.*

Et in terminis noſtris *paupertatis*, perſonæ literatæ, ſicut nobilis, qualitates, penſandas, 36 annotauit Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 70. numer. 9. & 10.* Vbi & de Aduocato, † qui etiam ſicut Doctor, egregia dicitur perſona, *gloſ. in l. Ad perſonas, 15. D. de iureiur.* Quòdque ſcientia nobiliter, fusè Anton. Gomez *in l. 83. Tauri, numero 17. verſ. Undecimum.* Plura circà hanc rem tradit latè Doctorum; ſiue aduocatorum priuilegia proſequens Philipp. Paſchal. *de virib. patriæ poteſtat. 2. par. cap. 5. ex numer. 68. cum ſeqq.* Alphonſ. *de* Azebed. *in l. 8. tit. 17. lib. 1. Colleg. regiæ, num. 1.* diximúſquè & nos alia *quæſt. 7 ſup.*

Officium quoque ex humili, & abiecto, nobilem, † clarumquè facit; *text. in l. 2. §. In filiis,* 37 *D. de decurionib. & filiis eor. l. Moris, 9. §. Sed enim, D. de pœnis, l. Diuo Marco, 11. C. de quæſtionib.*

38 Vndè Doctorem non poſſe dici perſonam indignam, † cui Comitiſſa non poſſit, nubere, aſſeruere Ioan. Lup. *in repet. c. per veſtras, 3. notab. §. 7. in fin. de donatio. inter vir. & vxor.* Salyc. & Campeg. quos refert & ſequitur Iac. Menoch. *de præſumptio. lib. 4. præſumpt. 189. numer 86.* Petr. Surd. alios quoque referens, *de alimen. tit. 1. q. 6. num. 22.* Philipp. Paſchal. *de viribus patriæ poteſtat. dict. part. 2. cap. 1. numero 68.*

Nec ſolùm (vt ad propoſitæ illationis materiam redeamus) talis ex accidenti dignitas in perſona ipſiuſmet, qui ad officium, vel dignitatem euectus eſt, vt lautiora conſequatur alimenta, paupervè dicatur, licèt facultates, & bona habeat, quibus ante dignitatem adeptam minime pauper dici poſſet; imò forſan diues; attendi debet: ſed etiam huiuſmodi qualitas, conditioniſquè mutatio conſanguineos 39 † eius afficiet. Hanc quæſtionem mouet Mart. Nauarr. *in tractat. de reditib. Eccleſ. monitione 27. num. 5.* vbi quærit; Vtrum frater, vel nepos ex fratre, vel ſorore illius, qui ex humili conditione in magnam aliquam dignitatem coptaretur, qui neceſſaria ad ſuam decentem habeat ſuſtentationem, antequam cognatus eius fuiſſet promotus, pauper dicatur, cognatuſquè ille tribuere ei poſſit aliqua iuſtè, ſi non habeat tanta, quibus honorificè in illius domo conſpiciatur: ad intellectum *text. in cap. eſt probanda, 86. diſtinct. & Concilij Tridentini, ſeſſ. 25. de refor. cap. 1.* Ibiquè, in affirmatiuam venit ſententiam, quam etiam tenet Iacob. *de* Graſ. *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, cap. 100. p. 1. lib. 2. numero 7.* Idem apponens exemplum in fratre, vel nepote beneficiatij, qui ante dignitatis adeptionem, humilis erat conditionis, neceſſariaquè ſecundùm eam habebat; modò tamen reſpectu ipſius patrui, vel fratris beneficiarij, pauper diceretur, poſſequè per conſequens beneficiarium iuſtè ei aliqua tribuere. Addit tamen id quod dandum eſt, tantùm eſſe debere, quantum extraneis eiuſdem qualitatis (præſentis nempè) dari poſſet. Non tamen, quo ſuperbi, vel otioſi fiant. Id enim per *Conc. Trid.* loco iam relato, *d. ſeſ. 25. c. 1. de refor.* reprobatum eſt, repetiuitquè arbitrarium id dicens, cum prædicta qualitate, ne ſuperbi fiant, *in ſum. de arbitrar. confeſ. lib. 2. cap. 51. num. 12.*

Merito igitur addimus in definitione, *ſecundum perſonæ conditionem.* Cùm licèt quis ſatis bonorum habeat vnde viuere poſſit; non tamen ſecundum condionem, & qualitatem ſuam pauper † ſit. Ita tenent Baldus *in leg.* 40 *Si quis ad declinandam, numero 5. C. de Epiſcop. & Cleric.* Iaſ. *in l. ſi conſtante, numer. 146. & 151. D. ſolut. matrimon.* Lapus *allegatione 102. numer. 19.* Decius *in authent. Præterea, numer. 15. C. vnde vir, C. vxor.* Cornel. Benincac. *tractat. de paupertat. quæſt. 1. numer. 4.* Andreas Alciat. *in l. quos nos, §. Locupletes, numer. 11. D. de verborum ſignific.* Bellon. *conſ. 16. numer. 6.* Andr. Tiraquel. *de nobilit. capit. 20. numer. 156. & de priuileg. piæ cauſæ in præfatione, num. 18.* Petr. Roiz. Maure. *deciſ. Lituanica 4. num. 163. cum ſequentibus, & numer. 233.* Simon. *de* Prætis *de interpretat. vltimar. voluntat. lib. 4. interpretat. 1. dubio 11. numero 74.* Marc. Anton. Natta *conſ. 590. numero 14.* Petrus Surdus *deciſ. 71. numero 3.* Ioſeph. Maſcard. *de probationib. concluſ. 1159. num. 14.* Iac. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 65. numer. 7. & conſil. 105. numer. 14. & 15.* Remigius *de* Gonny *in tractat. de charitatiuo ſubſidio, quæſtion. 77. numer. 4. & 18.* Franciſc. Viuius *deciſ. 521. numer. 16. lib. 4.* Ioſeph *de* Ruſticis *ad leg. Cùm auus, de condit. & demonſtratio. lib. 2. c. 3. numer. 23.* Stephan. Gratian. *diſceptatio.* Forenſ. *lib. 1. cap. 120. numer. 9. 15. & 80. & capit. 603. numero 30.* Cardinal. Domin. Tuſch. *practicar. concluſion. litera P. concluſ. 190. numer. 11.* Alphonſ. Azeued. *conſi. 26. numer. 1.* Mexia *de taxa panis concluſ. 1. numer. 46.* Achiles Pedrocha *conſil. 11. numer. 11. & conſ. 8. numer. 153. & 154.* Iacob. *de* Graſ. *in deciſ. caſuum conſcientiæ, dict. cap. 100. num. 3. part. 1. lib. 2. & in ſumm. de arbitrar. confeſſo. lib. 2. cap. 51. numer. 8. & ſequentib.* Hieronym. Mago. *deciſ.* Florent. *50. numer. 25.*

Ex qua concluſione primò infertur quòd ſi alicui bonorum diſtributio inter pauperes commiſſa ſit; poterit diſtributionem alicui nobili † facere, qui licèt vnde ſe alere poſſit ha- 41 beat, non tamen pro ratione ſuæ conditionis, ſtatus, & generis, *text. & ibi* Bald. *num. 5. in l. ſi quis ad declinandam, 49. Cod de Epiſc. & Cleric.* Bart. *in l. 1. num. 36. C. eod.* Ioan. Crot. *in l. ſi conſtante, num. 15. D. ſolut. matrimon.* eſtquè ſententia *D. Thom. 2. 2. q. 32. artic. 6.* & apertiùs Caietan. *2. 2. q. 43. artic. 8.* quos ſequitur, frequentiuſque hanc ſententiam probari teſtatur Martin. Nauar. *de redditib. Eccleſiaſt. monitione 27. numero 3. fol. mihi 271.* ſatisquè colligi ex *cap. Conſideranda, cap. eſt probanda, & cap. non ſatis, 86. diſtinct.* quod notandum ad multorum dicit excuſationem. In hanc quoque conſuluit Alexand. *conſ. 213. numer. 8. lib. 6.* & tenent Palac. Rube. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. numer. 11. & in repet. capit. Per veſtras, §. 12. numer. 7. & §. 23. numer. 8* Iacob.

Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumption.* 115. *numer.* 8. *Benedict. Capr. cons.* 54. *num.* 15. *vers. Imò plures*, Ioseph. *de* Rusticis *ad leg. Cùm auus, dict. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 23. Didac. Perez *in leg.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. Ordin. *verbo, Probres, colum.* 2. *in principio*, Alphonſ. Hoxeda *de in compatib. benefic. or. capit.* 19. *numer.* 26. *par.* 1. Ioan. Marius Nouar. *in praxi election. & variat. fori. quæſt.* 17. *num.* 2. Iacob. *de* Graſ. *in ſum. de arbitrar. confeſ. d. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 11.

Amplia primò, iſtam concluſionem procedere in parte, qui licèt victum, alimentaue, neceſſaria habeat : puellas tamen † ſecundùm eius conditionem (aliqua etiam exiſtente dote) nuptui nequit tradere : quo quidem caſu, etiam nulla à teſtatore qui inter pauperes, vel pia loca bona aliqua diſtribui iuſſit, de dote facta mentione ; poterit pro eatum dotibus diſtributionem executor facere. Ita pluribus relatis tenet Andreas Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 20. *numer.* 154. *&* 155. Petrus Roiz. Maureus *deciſ. Lituanic.* 4. *numer.* 234. *&* 235. Didac. *de Spino in ſpeculo teſtament. gloſ.* 11. *n.* 21. *& gloſ.* 28. *num.* 27. Ioan. Lupus *ſuprà proximè relatus*, Arias Pinel. Gaſpar. Baëca, Anton. Gomez. & alij de quibus per *Marium. Giurbam* (hanc quoquè tenentem ſententiam) *in conſuet.* Senat Meſanen. *cap.* 2. *gloſ.* 12. *numer.* 23. 24. 25. *&* 26. *part.* 1. Iacob. Mandel. *conſil.* 69. *num.* 7. Franciſ. Viuius *deciſ.* 454. *num.* 5. Alphonſ. Hoxeda *de beneficior. incompatibilit.* 1. *par. cap.* 19. *numero* 26. Iacob. *de* Graſ. *in deciſ. caſuum conſcientiæ, capit.* 100. *numero* 7. *part.* 1. *lib.* 2. Fului Pacian. *de probationib. lib.* 1. *c.* 54. *num.* 47.

42

43 Pauper enim & hoc caſu dicitur puella, † quæ ad victum neceſſaria habet ; non tamen ſuæ conditioni congruam dotem : Bald. *in leg. Paupertas, in princip. D. de excuſatio. tutor.* Dec. *in cap. Caterum, num.* 74. *extra de iudiciis*, & alij ſuprà.

Quòdque pater, qui pro dignitate ſua filias
44 maritare non valet, pauper † dicatur (præter iam adductos) notant *Marc. Anton, Natta*, & alij quos refert, & ſequitur *Hieron. Magon. deciſ. Florentin.* 50. *n.* 25.

Ideoquè dotem, vel legatum in tali caſu,
45 etiam ſtricto modo, cauſam piam, † vel in cauſam piam relictum dici, poſt multos, quos congerunt, & ſequuntur. firmant Ioan. Lupus *in repet. capit. per veſtras*, §. 12. *numero* 7. & Andreas Tiraquel. *d. cap.* 20. *num.* 154. communem teſtatur Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 1. *numero* 10. Ioſeph. *de Ruſtic. ad d. leg. Cùm auus, libro* 2. *c.* 3. *num.* 32. Alphonſ. Hoxeda *vbi ſuprà dict. numer.* 26. Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 11. *numer.* 8. Stephan. Gratian. *dicept. forenſ. cap.* 605. *numero* 30. *lib.* 4.

Amplia ſecundò d. concluſionem, ſiue illationem, vt procedat habeatquè locum, non ſolùm, vt teſtamenti executor bona ſic relicta,
46 inter extraneos, ſed etiam inter ipſius filios, † vel filias, pro conditione ſua non habentes diſtribuere poſſit. Ita Didac. *de Spino d. gloſ.* 11. *in princip. de legato pro dote relicto, num.* 26. Ioan. *à* Caſtillo *lib.* 4. *controuerſ. cap.* 22. *num.* 84. Imò & ſibi ipſi, vt *fusè nos in ſecunda* huius tractatus parte Deo dante dicemus.

Amplia tertiò & in eo, qui reſtituere tenetur, ad idquè ex proprio delicto, vel culpa obligatus eſt. † Prælati enim, vel Confeſſoris ar- 47
bitrio, malè ablata, vel ex illicitis acquiſita contractibus, cuius certus ignoratur dominus, reſtituturum : propter ſuam neceſſitatẽ, vel quia filias habet, poſſe ſibi, vel filiarum dotibus dicta bona applicare, (ex *Dino Thoma. Ricard.* & aliis tenent Didac. Spino *loco ſuprà relato, dict. numer.* 26. *verſiculo, hinc ſit, &* Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſanenſ. cap.* 2. *gloſ.* 12. *numer.* 26. *part.* 1. noſquè etiam latiùs *dict.* 2. *par.*

Suprà dictam tamen † principalem concluſionem, ſiue illationem limita, ſi patrimonium teſtatoris, qui illud inter pauperes iuſſit diſtribui, eſſet paruum. Tunc enim non inter nobiles voluiſſe teſtatorem diſtribui intelligitur. Secundum Angel. *in l. Sed etſi ſuſceperit*, §. *ſi libertis, numer.* 3. per illum *text. in verſiculo, ſed ſi perſonas, D. de iudiciis*, Palac. Rube. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 11. *num.* 11. *prope fin.* Andreas Tiraquel. *de nobilit. d. cap.* 20. *numero* 153. Cardinal. Franciſc. Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 3. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 93. *nu.* 34 Alphonſ. Hoxeda *de in compat. benef.* 2. *par. d. cap.* 19. *num.* 25. 48

Infero ſecundò, executorem quoquè cui diſtributio inter pauperes commiſſa eſt, poſſe diſtributionem facere monaſterio habenti vnde monachos, vel moniales ſuſtineat, † ſi vltra 49
victum, vel alimenta, vnde fabricæ, ipſiuſquè monaſterij neceſſitatibus ſubueniat, non habeat : pauper enim & tunc dcitur. Ita Federic. *de* Senis *conſ.* 282. *per totum*, quem refert, & ſequitur Cardin. Tuſch. *practicar. concluſ. litera P. concluſio.* 160. *num.* 2. 3. *&* 4. Alexand. *conſ.* 104. *in fin. lib.* 4. Iacob. *de* Graſ. *de arbitrar. confeſ. cap.* 51. *num.* 3.

Infero tertiò, pauperem dici beneficiarium, † vel beneficium pauper, & tenue, cuius red- 50
ditus licèt ad eius victum, alimentaque ſufficiant ; non tamen pro ſe, ſuiſque, & familia, ſecundùm illius conditionem, *text. in capit. Studeat*, 39. *in ordin.* 50. *diſt. in fin.* ibi : *Præcipimus, vt tale beneficium ſibi Eccleſiæ ſuæ concedatur, quo & ipſe, & ſui ſufficienter poſſint habere ſua ſuſtentationis ſolatium.* ita tenet *gloſ. in verbo, ſufficientem, in cap. Cùm adeo, de reſcrip. & ibi* Abb. *numer.* 5. *&* 6. Petr. Duennas *regul.* 71. *verſ. Vltrà quas limitationes.*

Suique † & in hoc caſu, pater, mater, ſoro- 51
res, miniſtriquè dicuntur. Vt ex mente *gloſſæ Abbat. & Petr. Duen.* proximè relatis locis, tenent Alph. Hoxed. *de incompat. benefic. par.* 1. *cap.* 19. *num.* 38. latè ex *num.* 22. cum pluribus ſequentibus agens, quòd tenue beneficium dicatur. Qua in re perſonæ conditionem, an ſcilicèt nobilis, literata, aliquavè dignitate pollens, attendendam concludit, ex his, quæ & nos ſuprà attulimus, tenet etiam Ludouic. Gomez. *de gratiis, & ſpectat. num.* 107. *&* 108. Flamin. Parif. *de reſign. benef. lib.* 5. *qu.* 6. *nu.* 131. *& ſeqq.*

Imò, & in præſenti caſu ſuorum appellatione filios quoque † ſpurios ipſius clerici, 52
vxores filiorum, ipſiuſquè nepotes (quos ex *beneficij redditibus, ac fructibus* iuuare tenetur beneficiarius) firmat ex pluribus contineri, idem *Hoxed.* vbi ſuprà, tenuéquè beneficium,

tium, ſi ad hæc non ſufficiat, dici, *n.* 40. *&* 41. eandem tenet ſententia Iac. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 216. *ex n.* 3. *præcipuè num.* 13. dicemuſque infrà *n.* 93.

Et in hac materia quando tenue dicatur beneficium, quæquè ad hæc attendenda, videndi (præter ſuprà relatos) alij quos adducit Auguſt. Barboſ. *in remiſ. ad Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 17. *num.* 3. *verb. Inſufficiens*, & *nos* etiam diximus *qu.* 30. *n.* 36. *& ſeqq.*

Infero quartò, pauperem dici patrem, qui licèt facultates ad vitam decenter degendam
53 habeat; ad filiorum † tamen alimenta ſufficientia, adque in ſtudio faciendas expenſas, bona non habeat. Huiuſmodi namque ſumptus, &
54 expenſas, vt ſaltem legere, † ſcribere, Grammaticamque addiſcant filij omnino facere tenetur, *text. in l. qui filium*, 4. *D. vbi pupilli educari debeant, & in l. de bonis*, 6. §. *non ſolum*, vbi etiam Bart. *D. de Carbonia. edict. & in tractat. de alimentis, numero* 3. facit etiam *text. de iure regio, in l.* 16. *tit.* 16. *part.* 6 Bart Angel. *&* Imol. *in l. quidam cum filium*, 132. *D. de verbor. obligation. & ibi* Iaſon. *num.* 33. Cornel. Benincac. *de paupertat. ſpeciali* 2. *in iudiciis numer.* 34. Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *non tantùm, numer.* 34. *D. de liber. agnoſcend.* Pet. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 6. *numero primo & ſequentib. præcipuè numero* 4. Martin. Coll. *eod. de aliment. tractat. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 9. Ioan. Garcia. *de expenſis, & meliora. c.* 3. *numero* 45. *cum ſequentib.* Didac. *de* Spino. *in ſpeculo teſtament. gloſ.* 18. *numero* 79. Horatius Lutius *de priuileg. ſcholaſtico. priuileg.* 16. *per tot.* Ioſeph. Maſcard. *de probationi. concluſ.* 1159. *numer.* 9. Philipp. Paſchal. *de virib. patria poteſtat. part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 16. Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 501. *numer.* 8. Ioan. Anton. Mangilius *in tract. de imputationibus, quæſt.* 31. *numer.* 13. *&* 18. Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabi. Eccleſiaſt. quæſt.* 624. *numer.* 2. Paul. Æmil. Gallus *in tractat. de exceptio. qua oriri poſſunt tam ab inteſtat. quàm ex teſtament. part.* 2. *tit.* 4. *except.* 13. *ſeu* 1. *numer.* 53. Alu. Valaſc. *in praxi partit. quæſt.* 13. *n.* 153.

Huiuſmodi enim liberales artes omnino ad vitam neceſſariæ ſunt (ſine quibus, perſonæ conditione locique conſuetudine attenta) viui (honeſtè ſaltem) non poteſt. Ita Bart. *in d.* §. *non ſolum*, quem cæteri communiter ſequuntur Matt. Coll. *vbi ſup. nu.* 11. Ioan. Garc. *d. c.* 3. *num.* 48. & alij omnes proximè adducti. Oſtendit eleganter Senec. *epiſtol. lib.* 2. *epiſto.* 16. *in princ. Liquere tibi hoc ſcio Lucilli, neminem poſſe beatè viuere, ne tolerabiliter quidem, ſine ſapientiæ ſtudio, & beatam vitam perfectæ ſapientia effici: cæterum tolerabilem, etiam inchoatam.*

Quod etiam alij ad expenſas pro artis lega-
55 lis, † medicinæ, vel ſimilium ſcientia, addiſcenda, extendunt. Qua de re videndi Andr. Alciat. *ad leg.* 1. *D. ſolut. matrim. n.* 42. Lara *in d.* §. *non tantum, d. l. Si quis à liberis, num.* 35. Petr. Surd. *d. tit.* 4. *queſt.* 6. *num.* 8. Iacob. Menoch. *d. caſu* 501. *nu.* 12. Didac. Spino. *gloſ.* 18. *numer.* 79. Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. cap.* 267. *num.* 43. *& ſeq.*

Ideoque alimentorum appellatione, ex-
56 penſè etiam ſtudiorum † continentur, *leg.* 2. *D. de aliment. pupill. præſtand. l. Jus alimentorum*, 3. §. *Item ad inſtitutum*, *D. vbi pupilli educar. debeant. text. etiam in d. l.* 16. *titul.* 16. *part.* 6. Ripa *in l. in quartam, numer.* 168. *D. ad leg. Falci.* Aymon. Craueta *conſ.* 199. *numero* 3. Ioan. Garcia *d. capit.* 3. *num.* 52. Aſcan. Clem. *de patria poteſtat. effectu* 17. *numero* 39. Ioan. Petr. Bimius *conſ.* 257. *numero* 12. *&* 24. *& conſ.* 96. *numero* 34. Rolando à Vall. *conſ.* 22. *numero* 8. *libro* 1. vbi latè ex *numero* 1. quid veniat alimentorum appellatione? Tiberius Decian. *conſ.* 14. *numero* 14. *lib.* 1. *& conſ.* 30. *num.* 6. *lib.* 2. Azebed. *in l.* 3. *numero* 47. *tit.* 6. *libro* 5. *Regiæ collect.* Didac. Spino. *de teſtament. gloſ.* 18. *numer.* 79. Marius Ciurba *in conſuet. Senat. Menſan. cap.* 7. *gloſ.* 15. *numero tertio part.* 1. Cardina. Domini. Tuſch. *practic. concluſ. littera A. concluſ.* 282. *numero* 28. Franciſc. Viuius *deciſ.* 523. *numer.* 29. Carpan. *ad ſtatut. Mediolani, ſtatut.* 312. *numero* 16. *par.* 1. Anton. Gomez *in l.* 29. *Tauri, num.* 16. *verſicul. Primò quia ſunt facta*, Collerius *de aliment. libro* 2. *capit.* 1. *numer.* 9. *&* 10. Petrus Surd. *eod. de aliment. tractat. tit.* 6. *quæſtio.* 9. *& titul.* 4. *quæſt.* 6. Vbi idem dicit, telicta neceſſitate, † ſuſtentatione, vel victu, quia etiam
57 ſub quolibet iſtorum (in minoribus ſaltem ſtudiis) continetur impenſa, vt *ibi per eum, numer.* 2. *&* 3.

58 Vndè ſi quis aliquem vt filium tractare † promiſerit expenſas illi debere miniſtrare, vt legere, ſcribere, Grammaticamque diſcat (cum pater eas quoque facere ſit adſtrictus) docent Bart. *in d. l. Quidam cum filium num.* 11. *& ibi* Iaſ. *n.* 33. *D. de verb. obligat.*) Corn. Benincas. *de paupert. q.* 8. *ſpeciali.* 2. *in iudicijs numero* 34 Petr. Surd. *de alim. tit* 4. *quæſt.* 6. *num.* 5. Iacob. Menoch. *de arbitrar. d. lib.* 2. *caſu* 501. *per tot. præcipuè num.* 11.

Quantuncumque enim infimæ conditionis ſit, pater, legendi, ſcribendi, artemque poſt hæc
59 quæſtuariam filium edocere † debet, Iaſ. vbi ſuprà *dict. numer.* 33. *&* Beninca. *dict. numer.* 34. Lara *in d. l. ſi quis à liberis, paragrapho Non tantum, numer.* 35. *in fin. de liber. agnoſcend.* Martin. Collerius *de aliment. dict. lib.* 2. *capit.* 1. *num.* 11. Horat. Lutius *de priu. ſcholaſt. priu.* 16. *verſic. ſecund. amplia.*

Sicut enim dotare filiam, donationemque filio propter nuptias dare patet tenetur, ita &
60 aliqua arte, † ex qua viuere poſſit filium inſtruere, vt per *d. l. de bonis*, §. *non ſolum*, *D. de Carbonar. edict.* tenet Paul. Caſtrenſ. *in l. Macedoniani, n.* 3. *C. ad Senat. Conſ. Macedon.* auxiliatur *Catonis* dictum.

Cum adſint nati, nec opes, tunc artibus illos.
Inſtrue, quo poſſint inopem defendere vitam.

Adeoque huiuſmodi aduerſus parentes vrget obligatio; vt ſi eam contemnant (ex plurium ſententia) liberiâ parentum, etiam egentium,
61 ſubuentione exiſtant filij. † Cuius fuit voti Iaſon. *d. numero* 33. Aſcan. Clemens *de patria poteſtat. effectu* 17. *verſ. Limita quarto.* Petr. Surd. *d. tit.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 6. Iacob. Menoch. *d caſu* 501. *num.* 9. Ioan. Ant. Mangil. *de imputationibus, quæſt.* 31. *num.* 13. Stephan. Gratian. *d. cap.* 267. *n.* 45.

Quod an verum ſit? vide Ripam *in leg. In quartam, num.* 17. *D. ad leg. Falcid.* D. Anton. *de* Meneſ. *in auth. Res quæ, num.* 92. *Cod. communde leg.* Greg. Lop. *in l.* 5. *tit.* 15. *p.* 6. *verſ. Las diſpenſas*, Ioan. Garc. *de expenſ. d. c.* 3. *n.* 48.

Patrem

Patrem igitur, qui ad hæc pro conditione, ſufficientibus caret facultatibus, pauperem dici: ſicut, qui licèt ſe, filiaſque alere poſſit, non tamen congruenter dotare (vt latè ſuprà diximus) conſtat. Hancquè de dote ad ſtudia
62 æquiparationem, † tradit Horat. Lutius *de priuileg. ſcholaſt. d. priuil. 16. verſ. Primo moueor*, poſt Bart. *in l. 1. in fin. & ibi communiter Doct. D. ſolut. matrim.* D. Marta *deciſ. 36. nu. 7.* Anton. Gom. *in d. l. 29. Tauri, num. 16. verſ. Secundò.*

63 Dictaquè in patre, in auo † quoquè vel aliis aſcendentibus, cum aliunde deſcendentes non habeant, intelligenda ſunt, vt plenè per Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 12. per tot. & quæſt. 16. ex num. 4. eod. tit.*

Hi enim non ſolùm legitimos, & naturales alere, & dotare tenentur deſcendentes: ſed
64 etiam naturales † tantùm, & ſpurios, vt ex latè deductis per eundem Surd. vbi ſupr. *d. qu. 12. numero 6. & ſequentib. & d. quæſt. 16. num. 4. 8. & ſeqq.* Ioan. Aloiſ. Ricci. (plures aſſignans ampliationes) *collect. 962. part. 4.* & latiùs dicemus, *qu. 15.*

Ideò non tantum pro neceſſitate, ſed etiam
65 pro dignitate, † conditione eis erunt alimenta præſtanda. Ita (poſt *Alex. Imol.* & alios quos refert) tenet Didac. Couarruu. *de ſponſalib. lib. 2. part. capit. 8. §. 6. numer. 10. 11. & ſequenti*, Pariſ. *conſ. 14. num. 27. lib. 2.* Marc. Anton. Peregrin. *de iure fiſci lib. 3. cap. 18. num. 72. verſ. Contraria tamen* Ludouic. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 15. numero 55. verſ Sed verius*, vbi veriorem, & in forenſibus controuerſiis receptiorem vidiſſe aſſerit. Petr. Surd. *d. tit. 4. quæſtio. 18. numer. 51. verſic. Sed etiam ſpuriis* Bonacoſ. *in tractat. de æquitate Canonic. concluſ. 2. circa med.* Tellus Fernandez *in l. 10. Tauri, numer. 2. vbi etiam* Anton. Gomez *num. 40.* Didac. Perez *in l. 23. tit. 3. lib. 1.* Ordinam. *colum. mihi 165.* Matienzo *in l. 8. tit. 8. lib. 5. noua Reg. collectio. gloſ. 1. numero 6.* Gaſpard Baeca *de non melior. ratione dot. filiab. capit. 8. numer. 11.* Hieronimus Ceball. *practic. concluſ. commun. contra commun. lib. 3. concluſ. 780. numer. 22.* Bermond. *de public. concubin. §. Qui etiam filios, num. 49. in fin. verſic. Sequitur, vt videamus*, Anton. Gabr. *commun. concluſio. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 31. verſic. Contrarium ſumitur*, vbi hanc veriorem opinem dicit. Stephanus Gratian. *diſceptation. forenſ. capit. 112. numero 6. & ſeqq. tom. 1.*

66 Hodiè verò † per *d. l 10. Taur.* (qua prouiſum eſt, ne parentes vltra quintam ſuorum bonorum partem illegitimis, vel ſpuriis pro alimentis poſſint relinquere) licèt pro dignitate alimenta ex quinto percipere illegitimi nequeant; habeant tamen ex eo alimenta ad vitæ neceſſaria, ex communi Regnicolarum traditione, ſiue pater legitimos habeat filios, ſiue non (de illegitimis de quibus *in d. leg.* iuxtaquè eius traditionem intelligendo) nihil vltrà quintum percipere poterunt. Habebunt tamen, ſi nec ad neceſſariam vitæ ſuſtentationē quintum alimenta ſupeditet. Vbi verò eis prædicta quinta bonorum pars pro alimentis relicta eſt: debetur vtique, & ſi alimenta excedat. Diſtinctionem hanc aſſignat Ludo-Ludouic. Molina *de primogen. dict. cap. 15. numero 3.* & *54.* quem cæteri communiter ſequuntur Anton. Gomez *in ead l. 10. Tauri, numer. 41.* Gaſpar. Baeça *dict. capit. 8. numer. 31.* Didac. Spino. *in ſpecul. teſtamen. gloſ. 15. princip. numer. 123. & gloſ. 16. num. 104. & 105.* Lara *in dict. l. ſi quis à liberis, §. Idem reſcripſit, num. 59.* Guillem. *de* Cerbant. *in dict. l. 10. Tauri, numer. 73.* Petr. Barboſ. *in l. 1. 4. part. numer. 77. D. ſoluto matrimonio*, Ioan. Gutierrez *practicar. quæſtion. lib. 2. quæſtion. 109. numer. 2.* Qui intelligendum dicunt Gregorium Lopez *in l. 8. titulo 13. part. 3. verb. Meneſter*, & Rode. Suar. ab eodem adductum, cum *Couarruu.* ſuprà relato (tenentes ſupplenda fore alimenta ex alijs bonis, ſi quintum ſpurio relictum nec ad vitæ omnino neceſſaria ſufficiat, dummodo naturales, & legitimi non extent.

Regulariter autem, alimenta etiam, quæ miſerationis cauſa dantur, ſecundum, dignitatem, † nonquè neceſſitatem tantum, præſtanda; ſuadet *text. in l. ſed ſi quid, 19. §. ſufficienter, D. de vſufruct. gloſ. in l. Nepos proculo, 125. verbo dignitate, D. de verborum ſignificatio.* tenet Alexand. *in l. ſi maritus, numero 5. D. ſolut. matrimon.* Molina & alij ſuprà. Matienzo *in d. l. 8. tit. 8. lib. 5. noua reg. collect. gloſ. 1. numer 10.* Stephan. Gratian. *d. c. 112. numer. 6. & ſeqq. & num. 21.* 67

Colligitur ergo, patrem, qui neceſſaria, etiã illegitimis aliunde non habentibus, præſtare non poteſt; pauperem dici, † cum ad id naturali, poſitiuoque iure teneatur: *text. in cap. Cùm haberet, 5. de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adulter. auth. Licet patri, C. de naturalib. lib.* Abb. *in d. capit. Cùm haberet, numero 5.* Batt. *in l. fin. numer. 7. D. de his quibus vt indignis*, Dida. Coua. *de ſponſalibus, 2. par. cap. 8. §. 6. num. 1. & 9.* Anton. Gamma. *deciſ. 11. num. fin.* Anton. Gomez *in d. l. 10. Taur. num. 37. & ſequenti*; ex qua in foro ſeculari hodie id eſſe receptum; teſtatur P. Ludoui. Molina *de iuſt. & iure. tractat. 2. diſput. 168. numero 2.* Cautúmque *iure Luſitano* eſſe *lib. 1.* Ordina. *tit. 67. paragrapho 10. & lib. 4. titul. 68.* Petr. Sanz Marquecho *de diuiſion. bonor. lib. 2. cap. 17. nu. 27. lib. 2.* 68

Idquè etiam in quibuſcumque illegitimis ex damnato, & punibili coitu obtinere, ſeruandumque ex *text. in d. cap. Cùm haberet*, (iuris ciuilis, vel etiam & Regij in *l.* ſcilicet, *5. titul. 19. part. 4.* diſpoſitione non obſtante) obſeruant ſuprà relati.

In filijſque preſbyterorum poſt *Pij V. Extrauagantem* affirmat (eam interpretando) Martin. Nauarr. *de ſpolio clericor. §. vlt. num. 9.* quem refert & ſequitur *P. Molin.* loco proximè relato: dicemuſque latiùs *quæſt. 15.*

Dicta autem in deſcendentibus, eadem quoque in aſcendentibus, † (ſi eos deſcendentes 69
alere non poſſint, nec aliunde habeant) dicenda ſunt, cum eadem ſit ratio, & neceſſitas, *text. in d. l. ſi quis à liberis, 5. in princ. D. de lib. agnoſ. in lege fin. §. Ipſum autem, C. de bon. quæ liber. lege 1. & 2. C. de alend. liber. cap. Cæterùm, 86. diſt. latè* Petr. Surd. *de alim. tit. 1. qu. 17. & ſeqq. vſque ad vigeſima-tertiam excluſiuè.* Vbi idem in nepotibus, & deſcendentibus ſpuriis, reſpectu aſcendentium, quæ in filiis, quibus obligatio aſcendentes alendi ineſt; dicit: *text. in d. l. ſi quis à liberis, §. 1. verſ. Item diuus Pius, vbi etiam gloſ.*

Et

Et statutum loquens in filiis, in nepotibus etiam intelligi, est *text. in princ. inst. ad Sen. Consul. Orfic. facit text. in l. filium habeo, 16. D. ad Sen. Consul. Macedon. l. Titius la 2 85. in ordine, D. de haredib. instit. iacem* Surd. *d. tit. 1. q 16. numer. 8. & 9.*

Et an descendentes illegitimi, vel spurij
70 ascendentibus alimenta secundum dignitatem, † vel necessitatem præstare debeant? vide per supra relatos, quænam spuriis sint alimenta præstanda, agentes.

Generaliter igitur ex prædictis constat, eum, qui se, suosque, & eos, quos alere astrictus est, pro conditione, & qualitate sua alere, dequè necessariis prouidere non potest; pauperem dici. Idcóque dictionem illam, *Secundum personæ conditionem*, in definitione fuisse appositam.

Quia tamen quandoquè secundum personæ conditionem, & qualitatem bona, facultatesquè alicui suppetunt, ita vt non modò pauper non sit; sed diues meritò dici possit negotij ta-
71 men conditione, & qualitate considerata, † pauper iudicetur: vel è contra, secundum personæ conditioné pauper sit, negotij verò qualitatem, neutiquam: ea de causa addidimus in definitione, *& negotij qualitatem.* Firmant hanc assertionem *text. in leg. si vero, 5. §. qui pro rei qualitate. D. qui satisd. cog.* vbi locupletem vocat *Caius Iureconsult.* eum qui pro negotij qualitate satis habet, repetitquè *in l. quos nos, 234. §. 1. D. de verb. signi. Locuples est*, inquit, *qui satis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit.* Paulus quoque *in l. 1. D. in ius vocat. vt eant, edicto cauetur* (ait) *vt fideiussor iudicio sistendi causa datus, pro rei qualitate locuples detur* Vlp. *in l. Paupertas, 9. de excusat. tut.* vbi hæc *paupertas sanè dat excusationem, si quis se imparem oneri iniuncto possit probare.* Vbi non solùm excusari tutorem ob paupertatem, qua cogitur quis laborare vt alatur; sed etiam quia tot non habet in bonis suis quot pupillus, notat *glos. text.* etiam, & ibi *glos. in §. Sed & propter paupertatem instit. eodem titul. in l. de curationibus, 20. §. sin autem, C. de Episcop. Aud. text. in l. Honor, 14. §. de honoribus, & in leg. Præscripto, 6. D. de munerib. & honorib. text. in l. neque ei, 17. §. Et primum, D. de adopt.*

Vnde, quia non tantum in bonis, quantum
72 debitum † cuius causa contenditur habet, pauper ea ratione dicetur, *text. est in auth. fideiussorib. §. Sed neque, collat. 2.* per quem ita tenet Bald. *in auth. Præterea, numero 4.* Salicet. *qu. 4.* Fabian. *de* Pepe *num. 74. C. vnde vir & vxor.* Ias. *in l. si constante, numer. 145. D. solut. matrimon.* Fului. Pacian. *de probat. lib. 1. d. cap. 54. numer. 55.* plures referens *Camil. Borrel.* (qui post hæc scripta ad manus meas peruenit) *in 2. part. sum. decis. tit. 15. numer. 335.* elegantet in hanc rem *Senec. Epistol. lib. 13. Epistol. 88.* cuius *infra §. 2.* mentionem faciemus.

Quotiescumque enim de paupertate respectiuè ad aliquid quæritur, semper metimur
73 paupertatem respectiuè † ad illud, vt testantur Fulgos. *cons. 89. numer. 4. versiculo, neque obstat.* Alexand. *consilio 37. incip. Consultus sum, numer. 1. & per totum lib. 7. & consil. 213. Ponderatis his, numer. 8. lib 6.* Socin. Senior *consilio 30. In causa domina Agnetis, numer. 15. lib. 4.* Alban *consil. 69. numer. 4.* Marthæus *de Afflict. decis. 179. numer. 3.* Petrus Ruiz. Maure. *decis. Lituan. 4. num. 221. & sequentibus, & 263. & sequenti, 279. & sequentibus,* Fulvius Pacian. *vbi supra numer. 51. & sequentibus*, Cardinal. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. verbo, Pauperias, conclus. 160 numer. 9.* Prosper. Farinac. *decis. nouissim. part. 2. decis. 532. num. 2.* Ioseph. *de* Rustic. *ad dict. leg Cum auus, libro 1. capit. 2 numer. 2.* Rota Roman. *diuersor. 2. par. decis. 48. numer. 3. & 4.* Mac. Anton. Natta. *cons. 525. numer. 50.* Cæsar. Manent. *consil. 84. numer. 15.* Ioseph. Mascard. *de probationib. conclus. 1159. numer. 16.* Iacob Menoch. *in additio. ad casum 65.* Marius Gurba *decis. 18. numer. 6.* Ioachin. Minsinget. *obseruatio. 97. nu. 8. centur. 4* Cæsar Barzi. *decis. 129. numer. 6.* Ioan. Petrus Fontanel. *de pact. nuptial. clausula 1. glos. 5. part. 3. numero 14.* Ioan. Anton. Mangil. *de imputationib. quæstio. 138 num. 5. & 6.* Stephan. Gratian. *decis. 34. numero 14.*

Ex quo dixit *glos. in auth. de hæredib. & falcid. § si vero absunt, verbo, Substantiam*, quòd vt testis adoneus sit, tanti debet habere bona valoris, † quanti est causa super qua testificatur. Quam notabilem dicit *glos.* Ludouic. Roman. *in l. si constante, in princip. D. solut. matrimon.* Hyppolyt. *de* Marsil. *in l. 1. §. ad quæstionem, numer. 16. D. de quæstionibus*, Socin. *regul. 289. fallen. 2.* Ias. *in dict. l. si constante, numer. 155.* vbi communiter *glossam* approbatam dicit, neminemque alicuius authoritatis eam reprobantem inuenisse, Didac. Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 3.* Ordinam. *verbo, Pobres, column. 4. post med. um.* Francisc. Herculan. *de negatiua probandi, numer. 293.* Cornel. Beninc. *de paupertate* (receptam glossæ sententiam dicens) *6 princ. numer. 35. & 16.* Bertazol. *cons. 68. numer. 6. lib. 1.* Claud. *in additio. ad eundem* Bertazol. *cons. 210. lit. B.* alios congerens Prosper. Farinac. *lib. 2. praxis crimina. tit. 6. qu. 57. numero 90.* Ioan. Mar. Nouar. *in praxi electionis, & variatio. fori, q. 17. n. 6. sect. 1.*

Licet eam improbet *Ias. Didac. Per. & Claud. ad Bertazol.* vbi sup. *Didac. Cou. variar. resolut. cap. 6. numer. 8.* latiusque à Nobis hac de re alibi Deo auspice, erit agendum; videndusquè *Nouarius* loco iam relato, *numer. 7.* dictas opiniones concordans.

Apparet euidenter ex tam longè petitis certam, determinamquè regulam hac in materia tradi non posse, quis scilicet pauper dicatur, cum ex cuiusque conditione, vel etiam negotij qualitate, id pendeat. Quod neque lex prouidere; nec potest comprehendere, certamvè, & infallibilem regulam constituere.

Ideoquè iudicis arbitrio † relinquitur. Qui 75
inspectis personarum, rerum, atque locorum qualitatibus, quem pauperem, vel non, iudicabit. Ita firmat *glos. verb. locuples, in auth. præterea, C. vnd. vir. & vxor, vbi* Decius *n. 15.* Bald. *communem dicens n. 4.* Curt. Junior *n. 23.* Bart. *in l. si constante, n. 10. D. sol. matr.* Alex. *n. 15.* Ripa *n. 30.* Crot. *n. 18.* Ias. *n. 148.* Felin. *in c. si qui testium, n. 12. extra de testib.* Barba. *in c. Sedes, nu. 78. de resc.* Carol Ruin. *cons. 55. num. 3. lib. 1. & cons 81. n. 6. & 9. lib. 5.* Dec. *cons. 163. n. 5.* Socin. Sen. *cons. 121. n. 27. lib. 4.* Palac. Rub *in rep. rubr. de don. inter vir. & vxor. §. 11. n. 11.* Couarruu. *communem receptamquè dicens, lib. 2. var. c. 6. num. 8.*

num. 8. Hieronym. Gigas *de pensionib. quæst.* 89.*num.* 10. Anton. Grauat. *in annotat. ad Octauia. Vestr. in praxi libr.* 4. *capit.* 4. *numer.* 30. *vbi de communi*, Ioseph. Mascardus *de probationibus conclus.* 1159.*numer.* 8. Iacob. Menoch. *de arbitrar. libr.* 2. *cent.* 1. *casu.* 65. *numer.* 7. 10. 11. & 12. Cornel. Benincac. *de paupert. quæst.* 6. *princi. num.* 17. Petr. Roiz. Maure. *decis. Lituan.* 4. *num* 210. & *num.* 232. Didac. Perez *in d. l.* 1. *tit.* 1 *lib.* 3. Ordina. *verbo, Probres.* Andreas Tiraquel. *in l. Si vnquam, verb. Omnia, vel partem, numer.* 31. *C. de reuocand. donation.* plures referens Petr. Cened. *in collectan. iuris Can. collectan.* 133. *num* 2. *part.* 2. Marc. Anton. Natta *cons.* 590. *numer.* 14. *lib.* 3. Ioan. Petr. Fontanel. *de pactis nuptialib. clausula* 7. *glos.* 3. *par.* 11. *numer.* 28. Flaminus Parisius *de resignatio. benefi. lib.* 5. *quæstio.* 6. *numer.* 150. Sebast. *de* Medic. *in tractatu Mors omnia soluit*, 1. *part. numer.* 103. *col.* 2 *in principio*, Camill. Borrell. *de Magistrat. edictis, lib.* 2. *capit.* 15. *num.* 10. 11. & 12. vbi plenè, *idem Medices de casibus fortuit.* 2. *par. quæstio.* 4. *num.* 2. Marius Giurba *in consuetud. Senat. Mesanensis, capit.* 16. *glos.* 1. *numer.* 10. Petr. August. Morla *in empor. iur. quæstion. vltim. per tot.* Gregorius Lopez *in l.* 20 *tit.* 23. *part.* 3. *glos.* 2. *verbo, Veinte maraue dis.* Abiles *in capit. Praterum, capit.* 34. *numer.* 4 Bobadila *in Politic. lib.* 3. *capit.* 15. *num.* 65. Petr. Mollius *in responso pro amico, dubio* 3. *ex numer.* 9. Simon. *de* Pretis *consil.* 137. *num.* 20. *cum sequentibus.* Ioannes Vincentius Hondedeus *cons.* 93. *numer.* 3. & 30. *lib.* 1. Achil. Pedroh. *consil.* 8. *numer.* 155. Francisc. Marc. *decis. Delphin.* 596. *numer.* 8. *part.* 2. Cæsar. Barzius *decis.* 129. *numer.* 3. & *decis.* 69. *numer.* 51. & *decis.* 80. *num.* 8. & *decis.* 110. *num.* 16. Franc. *decis.* 454. *numer.* 8. *lib.* 3. Rota Roman. *diuersor. decis.* 202. *num.* 3. *part.* 2. & *decis.* 48. *num.* 1. *ead.* 2. *par.* vbi de magis communi, Marius Giurba *decis.* 18. *num.* 5. Fului. Pacian. *de probationib. lib.* 1. *capit.* 54. *num.* 44. & *sequentibus*, Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 66. *part.* 2. *num.* 16. & *sequentib.* Prosper Farinac. *decis. nouis. Rotæ, par.* 2. *decis.* 233. *numer.* 6. & *decis.* 532. *numer.* 2. *ibidem, & de testibus, quæstion.* 57. *numer.* 93. & *sequenti*, Ioan. Maria Nouarius *in praxi electionis, & variat. fori, quæst.* 17. *numer.* 1. & 2. *sectione* 1. *Doct.* Marta *decis. seu voto* 21. *numer.* 1. Sigismund. Scaccia *de appellationib. quæst.* 17. *limitat.* 40. *numer.* 9. Cardinal, Tusch. *practicar. conclus. litera P. conclus.* 106. *numer.* 4. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Ecclesiast. quæst.* 573. *numer.* 5. Vincentius Carot. *in tractat. de locato*, 1. *part. titul. de locatione ex pauperiate, quæst.* 5. *numer.* 9. *folio mihi* 39. Pirrh. Maurus *de fideiussoribus* 2. *part. cap.* 2. *sect.* 7. *n.* 32. Ioan. Anton. Mangil. *de imputat. quæstion. centesima trigesima-octaua, numero quarto*, Maurit. Apicella *allegatione secta, numer.* 5. Luc. Matth. *de* Apicell. *de tutam. pauper. tit.* 1. *de quinquennali dilatione, numer.* 18. Dyonis. Gothofred. *in sua praxi lib.* 1. *tit.* 5. *de statu homin. in capite Quis diues? Quis pauper, Quis inops dicatur? versiculo, In tanta prolixitate.*

76 Sic & quis dicatur inops, vel mendicus, † in arbitrio iudicis personarum conditione attenta repositum, tenent *Gothofred.* & plures ex proximè relatis, multisque adductis Ioan. Anton. Mangil. *d. q.* 138. *num.* 4. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. d. lib.* 5. *q.* 6. *num.* 137. Ioan. Petr. Fontanell. *de pact nupt. claus.* 6. *glos.* 2. *p.* 4. *n.* 25. Iacob. *de* Gras. *in summa. de arbitra. confes. lib.* 2. *c.* 51. *num.* 11.

Miserabilis quoquè persona, quæ dicatur; † 77
arbitrio iudicis relinqui, tenent Cyn. Alberic. Bart. & *DD. in l. vnic. C. quando Imperat. inter pup. & vid.* Calcan. *cons.* 57. *num.* 12. Abbas, & *DD. in cap. Significantibus, de offic. deleg.* Didac. Couar. *practic. cap.* 6. *num.* 3. *vers. Relinquendum tamen est arbitrio iudicis*, Iacob. Menoc. *lib.* 2. *de arbitrar. casu* 66. *num.* 1. vbi plurimos refert, latissimè per totum casum miserabilium personarum materiam prosequens, fueratquè ante eum prosequutus Petr. Rebuf. *in* 1. *tom. ad constit. Gallic. tit. de sentent. promis. art.* 3. *glos. vlt. per. tot.* qui prædictam sententiam receptam, communemque dicunt, aliique relati per Emman. Barbos. *in remissionib. ad ordin. Lusit. lib.* 3. *tit.* 5. *nu.* 9. Azebed. *in l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 4. *noua Reg. collect. n.* 12. Flami. Paris. *de resign. benef. lib.* 5. 9. 6. *n.* 139. Sebast. *de Medic. in tract. Mors omnia soluit, numero* 103. *pag.* 2. *in princ.* Nicol. Intrigliol. *singul. Regni Sicil. const. singul.* 16. *libro primo* Suprà dicta tamen conclusio, quæ pauperem iudicantis arbitrio dici habet, non procedit, in casibusque in quibus à lege, vel statuto certa patrimonij quantitas determinata est, † limitatur. Nullæ enim tunc 78
in arbitrando sunt iudicis partes, cum eam lex determinet, pauperemque illum, qui talem non habet quantitatem. Ita docent Bart. *in l. Si constante, num.* 13. & *ibid.* Ias. *n.* 14. *D. solut. matrimon.* Bald. *in auth. Preterea, num.* 4. *C. vnde vir & vxor. communem* dicit ibi Fabian. *de* Pep. *numer.* 76. Cornel. Benine. *de paupert. quæst.* 6. *princip. numer.* 27. & *numer.* 37. & *sequentib.* Carol. Ruyn. *consilio* 55. *numero* 5. *libro* 1. Matthæus *de Afflict. decis.* 179. *num.* 3. Marius Giurba *decis.* 18. *numero* 6. Ioseph. Mascard. *de probat. d. conclus.* 1159. *num.* 12. Petr. Royz. Maure. *decis. Lituan.* 4. *num.* 282. Grégor. Lopez *in l.* 20. *tit.* 23. *part.* 3. *gloss.* 2. *verbo Veinte maraue dis, & in l.* 2. *titul.* 1. *part.* 7. *gloss.* 12. *verb. Cincuenta maraue dis.* Iacob. Menoch. *in addit. ad cas.* 65. Prosper. Farinat. *in decis. noniss.* Rotæ *decis.* 2; 3. *num.* 6. & *decis.* 532. *num.* 2. *part.* 2. Rota Rom. *Diuersor.* 2. *part. decis.* 48. *num.* 3. & 4. Fului. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 73. & *sequentib.* Iacob. *de* Grass. *dict. c.* 51. *num.* 11.

Idemque in miserabilibus personis. Arbitrari enim iudici non licet, vbi lex miserabilem personam designat, vt tenent relati suprà num. 77. ex *text. in d. l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.*

Vnde in specie *text. in l. Nonnulli*, 10. *D. de accusat. & dict. lege secunda titulo primo parte septima* in arbtrio Iudicis non erit † ad 79
accusandum admittere eum, qui quinquaginta in bonis non habeat, nisi suam, vel suorum prosequatur iniuriam, vt notant Gregor. Lopez *in d. l.* 1. *part. gloss.* 12. & Fului. Pacian. *suprà n.* 74. Licèt adhuc in Iudicis arbitrio id repositum contendat, *n.* 75. Camill. Borrel. *d.* 2. *par. summa, tit.* 15. *num.* 337.

Nec in specie *text. in l. Si quis id quod*, 7. *D.*

de

de iurisd. omni. iudic. in l. fin. D. de in ius voc. in §. Sed nostra, instit. de succeſſ. libert.

80 Nec pariter in caſu *d. l. 20. tit. 23. part. 3.* † quæ eos pauperes dici (ad hoc vt caſum Curiæ facere poſſint) determinat, qui viginti morapetinos in bonis non habent. Vel ſecundùm communem huius Regni vſum, tria millia, vt teſtatur Didac. Couarr. *practic. quæſt. d. cap. 6. n. 3.* Licèt Gregor. Lopez ſuprà, etiam *d. l. part.* diſpoſitione ſtante, his attentis temporibus, Iudicis quoque arbitrio relinquendum dicat.

De iureque communi, eum, qui multa bona habet; non tamen ſecundùm eius conditionem, fori priuilegio, *legiſque vnicæ, C. quando Imper. inter pupil. & viduã*, gaudere tenet Ioann. Maria Nouar. *in praxi elect. & varia. fori, ſect. 3. deciſ. 24. num. 16.* & Nos etiam infrà, §. 4. *n. 165.* Et cum *Gregor. Lopez* tenet etiam Azebed. *in l. 9. tit. 3. lib. 4. nouæ Reg. collect. n. 21.* Idem quoque ad Aduocatos vltra neceſſarium victum pro conditione non habentes extendens.

Sat igitur quantum Iudicis ad probationis paupertatem valeat arbitrium, niſi à lege certa ad id terminata ſit quantitas Vel niſi ad certum, & determinatum effectum de probanda pau-
81 pertate agatur, conſtat. Tunc enim in ſpecie, † eiuſque actus, vel effectus reſpectu probanda eſt, nec generalis (iuxta latè ſuprà adductos *num. 73.*) paupertatis ſufficiet probatio, præter quos, alios etiam referendo, notat *Hieronym. Gonçalez in regul. 8. Chancell. gloſſa 2. numero 44.*

VTRVM PAVPER dicatur dominus vtilis tantùm, nec alia habens bona?

SVMMARIVM.

82 *Pauper non dicitur dominus vtilis, ſi modò ad vitæ neceſſaria habeat.*

83 *Poſſeſſor maioratus fructuarius tantùm eſt, ex plurium ſententia*, remiſſiuè.

84 *Vſufructuarius, vel vtilis dominus perpetuus, hoc eſt ad vitam, ſi neceſſaria habet, pauper non eſt.*

85 *Vſufructuarius poteſt, vel ipſe re vſufructuaria vti, vel aliis, vt ea fruantur concedere, locare, vel vendere.*

86 *Vſuarius qualiter re, in qua vſum habet vti poſſit?*
Alia non habens bona præter vſuaria pauper eſt, ibid.

87 *Et quid in vſuario domus? qualiterque ea vti poſſit?*

88 *Et quid in eo, qui ſyluæ cæduæ vſum habet?*

89 *Et in habente vſum pecuniæ?*

90 *Arbitrarium Iudici erit, iudicare ex circunſtantiis, an vſuarius pauper dicatur?*

91 *Clericus beneficiatus, an pauper dicatur? & an vſuario, vel vſufructuario comparetur?* & num. 94. & 95.

92 *Clericus liberè de fructibus beneficij ad ſui, & ſuorum decentem ſuſtentationem diſponere poteſt.*

93 *Et ad alios pios vſus.*

95 *Fallit in morte, in qua de fructibus diſponere non poteſt, & quid de conſuetudine?*

96 *Pauper non dicitur, qui congruum beneficium habet.*

§. I.

SAtisfactum forſitan ex ſuprà dictis huic poſſet eſſe quæſtioni: ſed quia ad eius integram materiæ cognitionem aliqua ſuperſunt, & ſcitu digna; & ab aliis nõ tacta; omninoque huic materiæ neceſſaria, è quibus animum ſuum ad rectum proferendum arbitrium Iudex debeat informare, ea hic ſubnectamus, neceſſe eſt.

Primò igitur, an vtilis tantùm dominus, nec alia habens bona, pauper ſit videre oportet. Qua in re breuiter dicendum, pauperem non eſſe, † ſi 82
modò pro conditione (iuxta ſupra traditas regulas) ad decenter viuendum, ſuiſque prouidendum neceſſitatibus redditus percipiat. Quis enim neget, prædiuitis maioratus poſſeſſorem, licèt nulla alia bona libera habeat, pauperem nequaquam dici poſſe? Cùm tamen ex multorum ſententia, plurium iurium authoritate firmata (vt ex adductis per *Ludouic. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 19. num. 1. 2. & 3.*) fructuarius † tantùm ſit, nec perfectè, & verè dominus di- 83
catur.

Quod non ſolùm in maioratus poſſeſſore; ſed & in aliò vſufructuario, † vtilivè domino 84
(perpetuo ſaltem, id eſt ad vitam, de temporali namque non ſine controuerſia res eſt, vt ex infra dicendis coniici poteſt) ſi decenter ex redditibus viuere valeat, pauperem non eſſe, dicendum eſt. Namque *vſufructuarius, vel ipſe frui ea re, vel locare, vel vendere, vel alij fruendam concedere poteſt*, vt *Vlpiani* verbis vtar in *l. Arboribus, 13. § Vſufructuarius, D. de vſufruc. tex.* etiam *in princip. inſtit. de vſu, & habit.* 85

Id cum vſuario non concedatur (cui neque vendere, neque locare, † neque aliter ſeorſum à 86
ſe rem vſuariam alienare licèt, *text. in l. 2. l. Cæterùm, 4. l. Non aliter, 7. & l. ſeq. D. de vſu, & habitat.* Nec ad lucrum, ſed ad ſuum tantum, ſuorumque neceſſarium vſum ea poſſit vti, *l. Plenum, & ibi gloſſ. verbo Compendium, D. eod. princip. inſt. de vſu, & habit.*) Licèt plurium rerum vſum habeat; ni aliorum quoque dominus ſit, pauper erit. Cùm non ad veſtitum, non ad medicamenta, non ad ſui ipſius, familiæque cultum, & ornatum, nec ad eundem met neceſſarium victum ex re vſuaria, præter id, quod ex ea prouenit, poſſit ſumptus percipere neceſſarios. Planè, qui neceſſariorum omnium vſum haberet, pauper nullo modo eſſet, quia vt Horat. *epiſtolar. lib. 1. epiſtola ad Licium*, inquit.

Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.

Item nec aliquando particularis rei vſuarius. Non enim omnes eiſdem aſtringuntur vſuarij regulis. Namque domus vſum † habens, poterit 87
(ſi eam inhabitet, non aliter) locare. *d. l. Cæterum*, ibi: *Et ſecundùm hoc, etſi penſionem habitationis recipiat, dum ipſe quoque inhabitet: non erit ei inuidendum.* Ex cuius adeò pingues poſſunt locatione redditus prouenire: vt non modo pauper vſuarius dici nequeat: ſed etiam, eius attenta conditione, diues reputetur. *Quid enim* (inquit *Vlpian. in d. l. Cæterum*) *ſi tam ſpecioſa domus vſus ſit relictus homini mediocri; vt portiuncula contentus ſit? &c.*

Similiter, & in vſuario ſylvæ cæduæ † dicen-

dum. Qui etiam ad lucrum ſylua vti poterit, tedereque, & vendere, quemadmodum vſufructuarius) cuius loco hoc in caſu habetur) ſine proprietarij tamen præiudicio, teſtante *Pomponio in l. Diuus, 23. D. de vſu, & habit.* ſi ex lignorum permiſſa venditione, neceſſaria ad vitam congruenter percipiat.

89 In eo quoque, cui vſus tantùm pecuniæ † relictus eſt (quia vſusfructus regulis iudicatur, *l. Hoc Senatu, 5. §. fin. & l. Quoniam*, 10. §. 1. *D. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſum.*) dicendum erit. Quibus in caſibus, adeò pringues fructus, vel redditus poterit vſuarius conſequi vt nullo modo pauper dicatur. Ideòque in eis

90 arbitrarium † Iudici, iuxta ſuprà tradita in iudicando, cenſendoque pauperem, erit.

Regulariter autem, vſuarium pauperem eſſe, ſi alia bona ſufficientia non habeat, conſtat. Ex quo idē in Clerico beneficiato, (cum vſuarius tantùm † dicatur) videbatur firmandum

91 ex *ſent. gloſſa in cap. Quia nos, 9. de teſtam. verb. Teſtamentum, & in cap. Cùm olim, 7. verb. Definitiuam de rer. permut.* probat poſt longam diſputationem Abb. *in repet. cap. Cùm eſſes, nu. 2. de teſtam.* Didac Couarr. *in c. Cùm in officiis, num. 1. eod. tit.* Petr. Surd. *conſ. 333. n. 9. & 10.* plures huius ſententiæ ſequaces adducens.

Verum tamen eſt, eum, qui congruum beneficium habet, pauperem nullo modo eſſe. Qua in re, etſi diuagari aliquantulum poſſet quæſtio, *Virum Clericus ſit dominus beneficij, & eius fructuum? vſuarius, vel vſufructuarius?* & alia circa eadem ipſa adiicere: Nobis ſatis aduertere, hunc pauperem non eſſe, ſi congruam ſui, ſuorumque (iuxta à Nobis in hac quæſtione, *num. 51. 52. & 68.* tradita) percipiat ſuſtentationem. Cuius rei ratione, liberè de beneficij

92 fructibus diſponere † poteſt. *text. in cap. De his, & ibi Panormitan. de Eccleſ. ædific. cap. Eccleſias, 13. quæſt. 1. cap. 2. cap. De Monachis, 12. cap. Cùm ſecundùm Apoſtolum, 16. cap. De multa, 28. in fin. de Prebend. & Dignit.* cum aliis. D. Thom. 2. 2. *quæſt. 185. art. 7. in reſponſ. ad 2.* Ioann. Maior *in 4. ſent. diſt. 24. quæſt 17. & 20.* Couarru. *in d. cap. Cùm in officiis, num. 9.* plenè Sarmient. *de reddit. Eccleſ. 2. part. cap. 2. & ſeqq. & 4. par. cap. 1.*

93 Et ad alios etiam pios vſus, † *cap. Quia Joannes, iuncta gloſſ. 12. q. 2.* Et poteſt, imò debet ex redditibus conſanguineas pauperes dotare, tradit plures referens Ca'd. Pereyr. *de iure emphyt. 3. p. de poteſtat. eligend. cap. 13. num. 11.* Ita concluſum fuit in Rota apud ſanctiſ. D. N. *Greg. XV.* tunc Rotæ Romanæ Auditorem *deciſ. 401. num. 1.* vbi alia circa hanc rem, dicemuſquæ latiùs *q. 15. & 16.*

Ideòque magis vſufructuarij naturæ accedit,

94 † eique in vita beneficiarius comparatur *gloſſ. in verb. Reſeruari in cap. fin. de offic.* Ordina. *in 6.* Abb. *in d. cap. Cùm eſſes, nu. 24. de teſtam.* Rota *in antiq. tit. de probationib. deciſ. 41. nu. 2. & apud* Alex. Ludoui. *d. n. 1.* Vincen. Carocius *deciſ. ſeu caſu 52. n. 2.*

Licèt in morte vſuarius iudicetur, † neque

95 de fructibus liberè diſponere valeat, Ita ex plurium ſententia magis communem dicens) firmat Vincent. Caroc. *proxime relatus, numero 3.* Iacob. *de Graſſis in deciſione caſuum conſcient. c. 100 libro 2. part. 1. n. 11.* & quid de vniuerſali Hiſpaniæ conſuetudine? videndus Couarruuias *in d. c. Cùm in officiis, n. 1. & ſequenti.* Didac. Sepin. *de teſtamen. 14. part. gloſſa rubricæ, n. 13. & ſeqq.* latè *Sarmient. vbi ſup. 2. p. c. 6. per totum.*

Et in ſpecie, pauperem non dici eum, qui congruum habet † beneficium; tenent *Decius,* 96 *Crauetta, Seraphin. & Theſaur*, quos refert, & ſequitur *Marius Giurba in conſuet. Senat. Meſa. cap. 7. gl. 13. n. 37.*

VTRVM PAVPER SIT, qui ſecundùm conditionem ſuam ſufficientia bona habet; debitis tamen multis implicatus eſt? Aut qui debitores, debitorumvè iura habet?

SVMMARIVM.

97 *Bona, quæ quis debet bona non dicuntur, ſed as alienum.*

98 *Abeſſe dicitur id, in quo quis obligatus eſt.*

99 *In cuiuſque bonis computatur id, quod ſibi debetur.*

100 *Sicut locupletior fit, qui liberatur: ſic pauperior, qui obligatur.*

101 *Debitor ſub conditione omninò exſtitura, non ſub conditione, ſed purè dicitur obligatus, quando dies non eſt in conſideratione.*

102 *Conditiones de præterito, vel præſenti, conditiones propriè dici nequeunt.*

103 *Debitor ſub conditione caſuali, vel mixta, ſi interim dum non venit dies, vel conditio impletur, ſecundùm conditionem ſuam viuere poteſt; pauper non dicitur,* & num. ſeqq.

Conditio caſualis, vel mixta, quæ dicatur? ibid.

104 *Debitor propriè dicitur, à quo pecunia ſtatim exigi poteſt.*

Die, vel conditione pendente, debitum exigi non poteſt, ibid.

105 *Debitor in diem, vel ſub conditione, propriè debitor non dicitur, quoad effectum ſaltem.*

106 *Fideſſor, qui diù ſtetit in promiſſione conditionali, non poteſt petere, ſe à fideiuſſione liberari dum non impletur.*

107 *In conditionali obligatione, tantùm ſpes eſt, debitum iri.*

108 *Solutum ante diei, vel conditionis euentum, repeti poteſt.*

109 *Conditione pendente, debitum non dicitur ineſſe.*

110 *Conditione pendente, nullum ius dicitur acquiſitum.*

111 *Nec aliqua interim datur actio, ceſſatque omnis obligatio,* & num. 112.

113 *Lex loquens de debitore, non comprehendit debitorem ſub conditione.*

114 *Nec creditorem conditionalem, vel in diem ſi de creditore loquatur.*

Moratoria conceſſa à Principe aduerſus creditores, non includit credstores conditionales, vel in diem. ibid.

115 *Præſens rei ſtatus, non qui euenire poteſt, inſpiciendus eſt.*

116 *Lex, vel ſtatutum excludens omnes exceptiones*

ceptiones aduersus publicum instrumentum, non censetur excludere exceptionem diei, vel conditionis non impletæ.

117 *Exequi non potest contractus conditionalis, nisi de purificata conditione, parte citata, iudici liqueat.*

118 *Ditari in dies quis præsumitur, saltem si sit industrius, & diligens.*

119 *Pater, qui filias dotare non potest, si adhuc nubilis ætatis non sint; non ex eo dicitur pauper, si aliàs pauper non est.*

120 *Debitor sub conditione potestatiua, quæ in potestate creditoris implere debentis est; vel ad diem, cuius proximus est aduentus; etiam ante diei, vel conditionis implementum, vel solutionem factam, pauper reputatur, si ea perfecta, pauper remaneret,* & num. seqq.

121 *De proximo facienda, pro factis habentur,* & num. seqq. *& plura* remissiuè nu. 128.

122 *Præscriptio, vel vsucapio intra breue tempus perficienda, perfecta reputatur.*

123 *Causa ad conclusionem vsque perducta, habetur, ac si iam in ea esset pronuntiatum.*

124 *Condemnandus de proximo, pro condemnato iudicatur.*

Fideiussor de proximo condemnandus, potest petere se liberari ab obligatione, ibid.

125 *Mox professurus, habetur pro professo.*

126 *Ædes de proximo sacrandæ, pro sacratis habentur.*

127 *Seminarium de proximo erigendum, habetur pro erecto.*

129 *Potentia actui proxima, pro actu habetur,* & num. seq.

Magis attenditur, notabiliusque est, quod in potentia, quàm quod est in actu, numer. 131.

130 *Licentiatus, an Doctorum gaudeat priuilegijs?* remissiuè.

131 *Quando ius, vel statutum requirit aliquem gradum in eo, qui eligendus alicui beneficio, vel dignitati est; sufficit si tempore electionis habilis sit ad eum statim comparandum.*

132 *Regulari potest conferri beneficium ad voluntatem superioris amobile, neque id paupertatis repugnat voto.*

133 *Nec paupertatis voto repugnat peculium ex superioris permissu habere.*

134 *Diei, vel conditionis proximus aduentus, quando dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*

135 *Dictio* Incontinenti *accipitur cum aliquo temporis spatio iudicis arbitrio,* & numer. 136

137 *Idem de dictione* Statim.

138 *Et de dictione* Mox, *dictione* Celeriter, *& dictione* Confestim, *remissiuè.*

139 *Pauper non dicitur creditor, qui iura debitorum de iure, & de facto exigibilia habet, licèt eis non exactis in paupertate sit; non tamen debitis solutis: secus si creditor non sit exigibilis de iure, vel de facto.*

§. II.

DVos in hac quæstione distinguendos fore casus videtur. Nempè, quòd aut debitor est purus, aut sub conditione. Subdistinguendum deindè in debitore sub conditione, quòd aut est sub conditione omninò extitura, potestatiua, casuali, vel in diem. 97

Igitur si quis purè debitor existat, eius quantitatis, summæ, vel rei, cuius solutione facta, secundum conditionem suam bona sibi ad viuendum non superfiunt, pauperem esse, † solutione nondum facta, dubitandum non est. Cùm bona, quæ quis debet, bona non dicantur, sed æs alienum, vulgar. *text. in l. Substignatum, 39. §. 1. D. de verb. signif.* cui non possum non *M. F. Quintiliani* adiungere sententiam *declamat. 273. Bona porrò, quæ sunt? Vt opinor, ea, quæ detractis alienis deprehensa sunt* (inquit.) *Senecæ* etiam conclusioni nostræ propiùs accedentem *epistolar. lib. 13. epistol. 88. Habet* (ait) *domum formosam, sed alienis nummis paratam, familiam nemo speciosiorem producit, sed nominibus non respondet. Si creditori soluerit, nil supererit. Idem in reliquis quoque facere debetis excutere quantum proprij quisque habeat. Diuitem illum putas, quia aurea suppellex etiam in via eum sequitur? quia in omnibus Prouinciis arat? quia magnus Kalendarij liber volvitur? quia tantùm sub vrbanis possidet, quantum innidiosè in desertis Apuliæ possideret? Cum omnia dixeris, pauper est. Quarè? Quia debet.* Abesse namque dicitur id, † in quo quis obligatus est, *l. 2. in fin. l. si quis mandato, 29. D. de negot. gest. l. quod de bonis, 15. §. ex donationibus, D. ad legem falcid. §. Tutores, instit. de oblig. quæ ex quasi contract. & ibi glossa, verbo obligatus.* Et in cuiusque bonis computatur, † quod sibi debetur, *l. Rem in bonis, 52. D. de acquiren. rerum domi.* bonus tex. *in leg. facere posse, 29. D. solut. matrim.* vbi id not. *gloss. verb. Videtur, & ibid.* Bart. Bald. Paul. *& alij.* 98 99

Et sicut locupletior, qui liberatur, fit, † *l. si pupilli, 66. D. de solut. l. si quis obligatione, 116. aliàs 115. D. de regul. iur. leg. Species,* 1. *D. de acceptilat.* Antoni. Fau *in suo Cod. definit. lib. 1. tit. 10. definit. 3. numero 3.* ita etiam pauperior, qui obligatur, licèt nondum quidquam præstiterit. not. Bartol. & Paul. *in leg. si soluturus, D. eod. tit. de solut.* Hotoman. *ad leg. 2 C. de his, qui in prior. locum succed.* Osuald. *in Donell. lib 15. cap. 16. litera D.* 100

Idemque in debitore sub conditione omninò exstitura, quod in debitore puro dicendum est. Huiusmodi enim debitor non sub conditione, sed purè † obligatus dicitur, *leg. si pupillus, 9. §. si sub conditione* (vbi *gloss.* concordantes allegat) *D. de nouation.* In obligationibus saltem, in quibus & conditio omninò exstitura est, & dies non est in consideratione: tunc enim statim rem sub tali conditione promissam, petere licet, puraque dicitur. *text. in l. in illa stipulatione, 8. in fin. D. de verb. obligat.* 101

Et idem in conditione de præterito, vel de præsenti, † quæ conditiones, propriè dici nequeunt, statimque obligant, neque actum suspendunt, *text. in l. Cum ad præsens, 37. cum duabus*

 102

bus seqq. D. si cert. pet. l. Conditio in præteritum, 100. *D. de verbor. oblig.* §. *Conditiones instit. eod. l. Institutio talis*, 10. *in fin. D. de condit. instit. l. Eas causas*, 80. *D. de condit. & demonst.*

In debitore vero in diem, vel sub conditione incerta, † & casuali, quæ existere, vel
105 deficere potest, à fortunæq; iudicio pendet (de qua *in l. 2. §. Si sub conditione, D. de bonor. possess. secund. tabul.*) vel etiam sub conditione mixta (quæ partim hominis, partim fortunæ iudicio, tatoque dependet, ac eget: vt *in l Suus quoque*, 4. § *Puto*, *D. de hæredib. instit. l. Si pater*, 4. *C. de instit. & substit.* pauperem non esse, qui interim dum non venit dies, vel conditio non impletur, ad decentem sustentationem, vitæquè necessaria, facultates habeat, asserendum videtur. Cùm nec debitor interim
104 propriè dici queat. Debitor enim is propriè dicitur, † à quo statim pecunia exigi potest. *text. in l. Debitor*, 108. *D. de verbor. sig.* Sed pendente die, vel conditione exigì non potest. *l. Cedere diem*, 213. *D. eod.* ergo debitor in diem, vel sub conditione, debitor propriè dici nequit, & per consequens, nec pauper ob tale debitum, ni aliàs pauper sit.

Debitoremque in diem, vel sub conditione, proprié † debitorem non esse; tenet Bart.
105 *in l. 1. num. 32. D. si cert. pet. & in l. 2. §. Creditum, num. 5. D. eod.* cuius sententia communis est, vt testantur ibi Decius *num. 96. Cagnol. num. 274. & Ripa numero 100.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. lib. 1. cap. 21. num. 8.* eamque veriorem dicit And. Fachinc. *controuers. lib. 12. cap. 74. per. tot.* saltem quoad effectum, & exactionis exercitium Anton. Thesaur. *decis. Pedemont. 235. n. 3.*

Quam in pulchro casu tenet sententiam *Bald. in l. Si pro ea; num. 8. C. mandat.* quæstionem, mouens, Vtrùm fideiussor, qui diu stetit in promissione conditionali, veluti euictionis, restitutionis dotis, redditionis rationum, & si-
106 milibus, possit petere † ab obligatione liberari dum non impletur? Et respondet, non posse. Cùm non dicatur diu in obligatione stetisse, sed in promissione. Ideòque ante obligationem non esse liberandum tenentque communiter Scribent. in *l. Facere posse, D. solut. matrim.* Matth. *de Afflict. decis. 241. num. 4.* Gaspar. Caualin. *de euict. cap. 2. num. 19.* & alij adducti per Pyrrh. Maur. *de fideiussor. sect. 5. cap. 3. num. 38. 39. 40. & 41.*

Confirmatur suprà dicta principalis sententia quia *in conditionali obligatione*, tantum spes
107 est † debitum iri; *text. in §. Ex conditionali, instit. de verb. oblig.* Ideòque solutum ante diei,
108 † vel conditionis euentum, repeti poterit; *text. in l. Videamus*, 27. *D. de liberat. legat. l. sub conditione*, 16. *D. de condict. indeb.*

Nec conditione pendente, debitum dicitur
109 inesse † *l. Si quis sub conditione*, 8. *D. si quis omissa caus. testam. Docto. in l. Ex facto, D. ad Senat. cons. Trebellia.* Roland. à Valle. *consil. 29. num. 16. lib. 4.* Tiber. Decian. *consil. 3. num. 43. lib. 1.* Ioan. Cephal. *cons. 767. numero 7. lib. 1.* Franc. Monald. *cons. 80. num. 16. libro 1.* Petr. Paul. Paris. *consil. 47. num. 11. libro 1.* Cumia *in ritib. Reg. Sicil. capit. 16. numero 3.* Fabius Turret. *consilio 44. numero 9. libro 5.* Ioan. Vincen. Honded. *consilio 73. numero 102.* Carolus *de* Gras. *de excep. ad statut. exclud. omnes exceptiones, exceptione 33. num. 3.*

Nullumque ius conditione pendente dicitur acquisitum; † *d. l. si quis sub conditione*, 8. 10
l. ei qui, 13. *D. de condit. instit.* Fabius Turret. *consilio 67. numero 127. & consil. 70. num. 35. & consil. 84. numero 13. libro 2.* Iacob. Menoch. *consil. 452. numer. 42. lib. 5.* Carolus *de* Grassis *dict. excep. 33. numero 7.* Petrus Surdus *consilio 186. numer. 12. libro 2.* Gaspar. Anton. Thesaur. *quæstion. forens. libro 4. quæstione 51. numero 2.*

Nec interim aliqua datur actio, † *lege neces-* 111
sario, 8. §. *Quòd si pendente, D. de peric. & commod. rei vendit. l. Mauius*, 55. *D. de condit. & demonst.* cum aliis. Andre. Tiraquell. *de retract. consang.* §. 1. *gloss. 2. numero 21. & gloss. 10. numer. 50.* Marc. Anton. Natta *cons. 269. numero 12. lib. 2.* Ioan. Cephal. *cons. 311. num. 7.* Iacob. Menoch. *consilio 60. numero 48. libro 1.* Surd. *dict. consilio 186. numero 12.* Franc. Viuius *decis. 359. num. 3.* alios referens Carol. *de* Grassis *vbi supra, numero 9.* Ludouic. Censio *de censib. 3. part. cap. 1. quæstione 3. articulo 7. num. 60.*

Omnisque obligatio pendente conditione cessat, † *cap. vnic. §. fin. de sponsal. & matrim.* 112
lib. 6. Gozadin. *consil. 1. numero 40.* Monald. *d. cons. 80. num. 17.*

Quod sit, vt lex de debitore loquens † de- 113
bitorem sub conditione non comprehendat; Asini. *in tract. de execut. cap. 2. numero 22. & §. 2. numero 26.* Carol. *de* Gras. *d. except. 33. num. 2.*

Nec creditorem † conditionalem, vel in 114
diem, si de creditore loquatur. Namque si pauper moratoriam à Principe contra creditores suos impetret; non includi conditionales, vel in diem creditores, tenent, per supra traditam rationem, Guido Pap. *decis. 109.* Scaglio *super riti. mag. Curiæ, titu 283.* & sequitur (alios etiam referendo) Lucas Matth. Apicella *in tutamine paupe. titul. de moratoria Principis, numer. 28. & ibid.* Mauritius Apicell. *in addition. ad patrem.*

Præsens enim rei status, non qui euenire 115
potest, † inspiciendus est, iuxt. *text. & gloss. in l. 2. & 3. D. de in diem adiect. l. eo tempore*, 50. *D. de pecul.* Socin. *cons. 24. numero 36. libro 1. & consil. 265. lib. 2.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art 3. numero 2. vers. Secundò, quia inspecto præsenti statu, & cons. 8. numero 12. libro 2. & cons. 87. num. 10. lib. 3.* Benintend. *decisione 90. in fin.* Iacob. Cancer. *var. resolut. 2. to. cap. 3. de instrum.* Guarent. *num. 49.* Stephan. Gratian *discep. forens. cap. 183. numero 31.* Aldouin. *consil. 27. numero 34. & consil. 75. nu. 31.* Ioann. Cephal. *consil. 769. numero 5.* Aymon. Crauet. *cons. 199. numero 10.* Schard. *consilio 1. numero 699 lib. 1.* Multa enim possunt accidere, ne id eueniat. Idem Schard. *cons. 38. nu. 29. lib. 2.* Fabi Ana. *cons. 97. num. 10.* Anton Fauer. *in suo C. definit. libro 5. tit. 2. defini. 1. nu. 6.* Nec idem iudicandum est de casu dubio, & pendenti, quod de certo. Octauia. Osac. *decis. 33. numero 29.* Marius Giurba *decis. 60. numero 25.*

Vnde lex, vel statutum omnes exceptiones aduersus publicum instrumentum, excludens 116
exceptionem diei, † vel conditionis non impletæ excludere non videtur; ex *d. leg. Cedere diem*,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dium, 113. *D. de verbor. significa.* Corn. *consilio* 112. *numero* 4. *libro* 1. *& consilio* 123. *in princip. libro* 2. Alexand. *consilio* 119. *libro* 1. Fabius Curret. *consilio* 91. *numero* 14. *libro* 1. *& consilio* 44. *numero* 32. 33. *& 34. libro* 2. Carol. *de* Graf. *d. except.* 33. *num.* 1.

Non contractus, vel obligationis conditionalis (nisi de purificata conditione parte citata † iudici liqueat) fieri potest executio. 117
Bald. Alexand. *& alij in l. fin. §. Titius, D. de vulg. & pupill. subst.* Couarr. *variar. resolut. cap.* 11. *numero* 2. plura iura, & authoritates referens Roderic. Xuar. *in l. post rem indicatam, limit.* 5. *ad leg reg. D. de re indic.* Carol. *de* Graf. *d. excep.* 33. *numero* 13. *& seqq.* Francisc. Milanes. *decis.* 9. *numero* 96. *lib.* 2. Flamin. Carthar. *decis.* 49. *numero* 3. *& decis.* 69. *numero* 4. Rota Roman. *diuers. decis.* 323. *part.* 2. Marius Giurba *dict. decisione* 60. *numero* 14. Anton. Gomez *in l.* 64. *Taur. numero* 7. Parlador. *rerum quotidian. libro* 2. *cap. fin. parte* 1. §. 12. *numero* 39. Ioan. Gracian. *regul.* 69. *numero* 9. Cephal. *consilio* 395. *numero* 23. *libro* 3. Cardinal. Tusch. *litera C. conclusione* 593. *numero* 24. *& litera S. conclusione* 532. *numero* 13. 66. *& 95.*

Ex quibus omnibus deducitur, pauperem non esse debitorem conditionalem, vel in diem, illius debiti ratione, si aliàs pauper non sit, habeatque pro conditione necessaria. Cùm præsertim interim ad pinguiorem possit deuenire fortunam, † in diesque ditior fieri: vt & ius 118
præsumit; *text. in l. si defunctus,* 10. *C. arbitri. tutel. leg. Cura,* 4. *§. deficientium, D. de muner. & hono.* quas ad hoc allegat Bart. *in l. ex diuerso, §. fin. numero* 9. *D. solut. matrim.* Iaso *in l. inter eos, numer.* 11. *D. de re indicat.* Iacob. Menochi. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 28. *numero* 1. 2. *&* 3. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 10. *numer.* 6. In homine saltem industrio, & diligenti, Ripa *in l. si ventri, numero* 14. *D. de priuileg. credito.* Decius *cons.* 6. *numero* 1. *& cons.* 175. *in fin.* Corras. *lib.* 1. *Miscellane. iuris, cap.* 5. *nu.* 6. Syluan. *cons.* 86. *numero* 6. Aymon. Crauet. *consilio* 131. *numero* 12. Iacob. Menoch. *dict. præsumpt.* 28. *numero* 7. *& seqq.* Antoni. Thesaur. *decisione* 211. *num.* 17. Borgnin. Canalcan. *de tutor. numero* 223. *& decis.* 3. *numero* 34. *part.* 1. Vincent. Caroc. *de remed. contra præiudic. sentent. vel damnos. executio. except.* 25. *numero* 59. *&* 60. latè defendit Galganet *de tuto. quæst. vltim. per tot.* Idque sensisse videtur *Philosoph. 4. Ethicor. cap.* 1. *Dines* (inquit) *non est, qui diligentiam non habet, vt fiat.* In cuius assertionis veritate inquirenda, nunc ampliùs non insistimus. Viderique poterunt Andr. Tiraquell. *de retract. consang. §.* 32. *glo. vnic. numero* 94. Franc. Monald. *cons.* 47. *numero* 11. 12. *&* 13. Segism. Scac. *in tract. de mercat. §.* 1. *quæst.* 6. *numero* 16. *cum seqq.* Aymon Crauet. *cons.* 320. *num.* 6. Petr. Surd. *de aliment. titulo* 1. *quæst.* 45. *numero* 42. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 67. *num.* 15. Fului. Pacian. *de probat. lib.* 1. *qu.* 54. *num.* 28. *&* 29.

Denique pro dicta principali sententia reperio *Vlpian.* responsum *in l.* 1. *§. serui appellatione, D. ad sent. Consult. Syllana.* cuius sunt verba. *Serui appellatione etiam ij continentur, qui sub conditione legati sunt. Nam medio tempore, heredis sunt. Nec quod conditio existens efficit, vt desinant esse heredis; facit nè videantur interim eius esse.*

Deducitur etiam, quòd licèt pater, qui pro conditione sua facultates, è quibus decenter viuere possit, habet; filias tamen dotare non valet (secundùm ea, quæ supra annotata sunt) pauper sit: si tamen filiæ adhuc nubilis ætatis † non sint; si ob dotem filiarum, eiusque re- 119
spectu, pauper iudicaretur: non vtique reputabitur ex proximè assignatis rationibus. Cùm conditionalis debitor censeatur, multaque accidere possint, quibus interim, vel ditior fiat; vel à dotandi onere liberetur.

Planè in debitore obligato sub conditione 120
potestatiua, † (cuius implementum in creditoris potestate est, implere debentis, *text. in l. Sunt quoque,* 4. *§. Puto, D. de hared. inst. vbi gloss. & communiter D D. text. in l. Cornelius,* 69. *& in l. Iam dubitari,* 89. *D. eod. tit.*) Vel si dici implementum, siuè aduentus proximus sit, etiam ante obligationis implementum, vel solutionem, dieiuè aduentum, pro paupere habendum, si solutione facta, debitor pauper remaneat, asse- 121
rendum videtur. Ex vulgari, & trita iuris † regula, quæ de proximo facienda, pro factis haberi, dictitat, de qua *in l. Vestimentum,* 21. *D. de auro, & argent. & in l. penul. D. de milit. testam.* Vbi de proximò cingendus, habetur pro cincto. & ibi notant communiter Scribentes.

Sic præscriptio intrà breue tempus perficienda, † pro completa habetur, *leg. si fundum,* 122
16. *vers. Planè si pauciss imi* (*dies, D de fundo dotali*, per quem ita tenet cum multis, quos refert, communem dicens) Andr. Tiraq. *in tract. de iudiciis in rebus exig. ferend. numero* 78.

Idemque & in vsucapione, *text. in l. Rerum mixtura,* 30 §. *Labeo, D. de vsucapion.*

Causa etiam ad conclusionem vsque perducta, † ac si iam in ea pronuntiatum esset, re- 123
putatur Bart. *in l. si mater, §. eadem in fin. D. de except. rei iudic. per tex. & gloss. in l. si rem,* 29. *§. fin. D. de euict.* Bart. *&* Bald. *in l. Quamuis indubitati in fin. Cod. de adulter.* Cyn Paul. Iaso, & alij, quos refert, & sequitur Tiraquell. *de legib. connubialib. leg.* 16. *gloss.* 2. *numero* 6.

Et proximè condemnandus, † pro condem- 124
nato habetur, *l. qui pœnæ,* 8. *§. Diuus, D. de manumi. l. eum pro quo.* 17. *D. de in ius vocan. l. fin. C. de vsur. rei iudic. cap. fin. extra de iudici. vbi* Felin. *notab.* 1. Bald *in l. si pro ea, numero* 7. *Cod. mandat.* Vbi quòd fideiussor potest petere se liberari ab obligatione, si de proximo sit condemnandus, firmatque etiam *num.* 12. Iaso quoque *in l. Diuortio, §. interdum, numer.* 14. *D. solut. matrim.* Ioann. *de* Anon. *sing* 81. Petrus Surd *decis.* 94. *numer.* 4. Bertazol. *de clausul. claus.* 23. *glo.* 3. *numero* 2. alios referens Pyrr. Maur. *de fideiusso. sectione* 5. *cap.* 3. *num.* 5. *folio mihi* 318. plura ad suprà dicta adducit Hyppolyt. *de* Marsi. *sing.* 106. & in pulchro casu Antoni. Cuchus *de moratoria præscript. numero* 119.

Ingressus quoque Monasterium, moxque professurus, † pro professo habetur; *cap. Re-* 125
ligioso 21. *§. Quamuis de sentent. excomm. in* 6.

Ædesque de proximo sacrandæ, † pro sa- 126
cratis iudicantur, earumque priuilegiis gaudent.

dent Panormit. *in cap. Ecclesia, 3. notab. per illum tex. de immuni. Eccles.* Tiraq. *d. glo. 2. num. 9.* optimè *Phalaris* epist. quæ incip. Policletus. *Quid enim refert* (inquit) *munera iam dicata; an tantùm destinata diis auferre?* vtroque enim casu sacrilegium committi firmat.

127 Et Seminarium de proximo erigendum, † habetur pro iam erecto, Hieronym. Gonçalez, *super reg. 8.* Cancellar. *gloss. 5. paragrapho 7. numer. 192.*

Propè *infinita his similia* (*in* quibus, ne Authorum comprobationem, casuumque nectendo
128 diuersitatem, immoremur) videri poterunt † latissimè (præter Scribentes in locis ordinariis) per Iason. *in l. Diuortio, num. 10. & seqq.* vbi etiam alij, *D. solut.* Mattim. Tiraq. *in d. l. 16. glo. 2. ex num. 5.* ad facietatem Palac Rube *in 2 repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor §. 38. per tot.* Hieronym. Gonçalez *d. reg. 8.* Cancellar. *gloss. 5. §. 7. d. num. 92. & seqq.* Pet. Royz. Maure. *decis. Lituanic. 1. à n. 206. cum multis seqq.* Borgni. Caualca. *decis. 44. num. 16. & seqq. par. 1.* Ioann. Aloysi. Ricci. *decis.* Cur. Archiep. Neapol. *125. per tot. p. 4.* vbi plenè: & an de proximo tonsurando, possit ad iuris Patronatus beneficium præsentari?

Igitur, siuè quia dies proximus est conditionis implemento; siuè quia conditio de facili possit impleri; in his casibus obligatus, pro
129 paupere reputabitur, cum proximus paupertati sit, de facilique ad paupertatem possit reduci. Potentia enim actui proxima, † pro actu habetur, *d. l. pen. de mili. test.* Caualc *d. decis 44. numero 18. & seqq.* Velazquez *de* Auer. d. *fi. de censib. cap. 38. numero 9.* cum aliis, quos *in axiom. & locis commun. iur. lit. P. numero 122.* adducimus. Comprobaturque authoritate *Plinij nepotis lib. 8. epistolar. epistola ad Machrinum. Nam paruulum differt* (inquit ipse) *patiaris aduersa, an spectes.* Conducit illud *Horatij epistol. lib. 1. epistol. ad Mecœnatem.*

Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti
Mecœnas veniam.

Faciunt benè pro hac parte *l. 3. 4. 5. & 6. D. de mortis causa donation.* *Philosophique* assertio *Physic. 2. Quod parum distat, quasi nihil distare reputatur.* Et ex facilitate, & potentia aliquid consequendi, ac si iam illud esset conse-
130 quutus quis iudicatur. Vt *in licentiato, quem* priuilegiis Doctorum gaudere, † contendit Ioann. Lup. *in d. repet. rubr. d. §. 38. num. 1. & seqq.* Ex eo, quia cum licentiam adeptus sit, poterit cum voluerit ad Doctoratus gradum ascendere, *Ioann. etiam Parlador. 1. quotidi. par. 3. different. 6. §. 1. numer. 4.*

Hinc singulariter notat P. Leonard. Lesius *de instit. & iure, lib. 2 cap. 34. dubit. 19. nu. 106. versic. His adde*, quòd quando ius, vel statutum aliquem in eo qui eligendus, vel præficiendus est alicui beneficio, vel præbendæ requirit gra-
131 dum, sufficit, † vt tempore electionis sit habilis ad eum statim comparandum. Vt si dicatur, non esse conferendum, nisi Doctori, vel Licentiato. Ea ratione quia, qui iam proximè habilis est ad aliquid, ita vt possit illud statim obtinere; perinde censetur, ac si iam obtineret. Idque quotidianam praxim declarare asserit, plurimos ideò, facta electione, gradum suscipere. Eruditissimè (vt alia omnia, omninoque in id videndus) Felin. *in proœm. decret.* Gregor. *num. 39. cum seqq.* latè quoque Perez *de Laia de Anniuersar. &* Capellan. *lib. 2. cap. 5. numer. 16.* Licèt in proposito casu (cum negatiua adiicitur) contrarium determinet *ibid. ex numero 20. cum seqq. à num.* præcipuè 22. & post eum Nicola. Garci. *de benefic. part. 7. c. 1. à n. 58. cum seqq.* Cùm verò affirmatiuè Sacerdotalis qualitas ad aliquam præbendam requiritur; habitum, vel aptitudinem ad Sacerdotium obtinendum, adesse sufficere; obseruant (multis relatis) idem ipse Lara *vbi proximè num. 16. &* Menoch. *cons. 227. nu. 59.* Benequè facit *Vlpiani* sententia in *l. Qui potest facere, 135. D. de regul. iur. qui potest facere* (ait) *vt possit conditioni parere; iam posse videtur.* & in *l. 1. §. quotidiana, D. de aqua quotidi. & æstiua.* Per quam *Andre. ab Exea in tract. de partis, nu. 5. & 6.* magis attendi, nobiliusque esse, quod in aptitudine, quàm quod est in actu, & formaliter, pulchrè notauit, ex *glo.* etiam *in §. Lis autem, verb. æstimaretur, institut. ad leg. Aquil. & Stephan. Aufrer.* ibi adducto (nulla licèt lege firmante) alia in id ex *n. 3. vsque ad* 8. non contemnenda adducens.

Hæc præterea decisionis *Rotæ Rom. Diuersor. 772. num 1. & 2. part. 1.* roborantur doctrina, vbi Superiorem posse † ad eius nutum amo- 132
bile Regulari beneficium conferre, neque id paupertatis voto repugnare; dixerunt Domini. Cùm Regularis tale possidens beneficium, semper ad Superioris voluntatem illud dimittere sit paratus: Ita etiam scientissimus *Antoni. Faber in suo definit. Codic. lib. 1. tit. 2. definit. 26.*

Ita neque paupertatis voto repugnat, peculium ex Superioris permissione, † quandiuque 133
tolerauerit, habere, text. *in cap. 2. vbi* Abb. *nu. 4. de stat. Monachor.* Bart. *in auth. Ingressi, num. 10. in fin. & nu. 11. C. de Sacros. Eccles.* Syluest. *verb. Religio, 6. num. 7. versic. Sin autem.* Stephan. Gratian *discep. forens. cap. 617. num. 33. tom. 4.* Nicola. Intriglio. *in singular. ad Statut. Regni Sicil. singular. 95.* vbi de communi testatur: firmat vtrumque P. Lesius *d. tract. lib. 2. c. 3. dub. 8. n. 32. & c. 4. n. 22. vers. Responde, & cap. 41. dub. 9. n. 78. & dub. 11. n. 91.* & latiùs *qu. 12. per tot.* præcipuè *n. 98. & seq.*

Quando autem diei, vel conditionis proximus dicatur aduenire, † vel de proximo, bre- 134
uique tempore diem venturum, adimplendamvè conditionem, Iudicis arbitrio relinquitur. Tempus enim breue, quod dicatur, in iure definitum non est, sed variè iuxta subiectam materiam, negotiique qualitatem accipitur. *l. In fundo, 38. D. de rei vendic.* inque Iudicis repositum est arbitrio, *gloss. in l. Si is à quo, 5. D. vt in possess. legato. vbi* Bart. *num. 2.* Neuizan. *consil. 56. num. 4.* Marc. Ant. Natta *cons. 502. num. 7.* Iacob Menoch. *de arbitra. lib. 2. cent. 1. casu 9. num. 5.* Matth. *de Afflict. decis. 73. n. 2.* Marc. Anto. *de Amatis decisione 12. num. 5.* plenissimè Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan. c. 2. glos. 6. per tot.*

Sic & dictio *Incontinenti*, † cum aliquo 135
temporis spatio, arbitrioque Iudicis, secundùm subiectam materiam intelligi. asserunt Bald. *in l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollend. & ibi* Curti Iuni. *num. 6. &* Zuccard. *num. 122.* Iaso. *in l. Si quis ita, §. Seia, num. 4. D. de verbo oblig.* Contard. *in l. 1. n. 16 limit. 7. C. de momẽ. possess.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

poſſeſſ. Alex. *conſil.* 166. *lib.* 2. Neuiza. *conſ.* 56. *num.* 5. Socin. Iun. *conſ.* 67. *numer.* 9. *lib.* 1. Iacob. Menochi. *de arbitra. caſu* 9. *numero* 4. & 5. & *caſu* 12. *numero* 4. & *caſu* 13. *numero* 4. Cæſar. Barzius *deciſ.* 88. *num.* 18. Benintend. *deciſ.* 83. *numero* 7. Fabius Turret. *conſ* 67. *numer.* 4. *lib.* 1. & *conſilio* 57. *numero* 4. *libro* 2. Anani *conſ.* 65. *numero* 11. Petr. Cened. *ſingul.* 56. *numero* 4. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 44. *numero* 12. alios referens Marius Giurba *d. capit.* 2. *gloſſ.* 15. *numero* 2. *verſ. alij vero, part.* 1. Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 12. *num.* 23. Auguſt. Barboſ. *de dictionib. dictione* 133. *num.* 4. & 7. vbi quòd dictio hæc *Incontinenti*, † cum

136 commodè potuerit, Iudicis arbitrio interpretatur, ex regula, *leg.* 3. §. *Cùm igitur, D. de vi, & vi armat.* Iacob. Menoch. *de arbitra. caſu* 13. *n.* 4. & *de recup. poſſeſſ. remed.* 1. *num.* 259. Aluar. Valaſc. *conſult.* 88. *numero* 6. & *de partit. cap.* 3. *numero* 11. Marius Giurba *d. gloſſ.* 15. *numer.* 3. *verſic. Verius tamen eſt iudicis arbi-*

137 *trio.*

Sic & in dictione *Statim* † Iacob. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *d. caſu* 9. *numero* 4. Stepan. Gratia. *d. cap.* 41. *numero* 12. Tiraq. Farina. Hieronym. Gonçalez & alij, de quibus per Aug.

138 Barboſ. *dictione* 333. *n.* 3. Idemque de dictione *Mox*, † dictione 173. & de dictione *Celeriter* dictione 44. & de dictione *Conſeſtim*, dictione 53. De omnibuſque prædictis dictionibus (hanc firmans ſententiam ad intellectum *Sacri Concilij Trident. in cap. ſeſſ.* 23. *de reform.*) *Campanill. in diuerſ. iuris Canoni. rubri.* 9. *capit.* 9. *num.* 8.

Sicut autem pauper dicitur, qui multis debitis inuolutus eſt, à quo ſtatim exigi poſſunt; quibuſque ſolutis, pauper remaneret: Ita quoque è conuerſò, qui iura debitorum de iure, &

139 de facto exigibilia habet; † quibus ſolutis ſufficientes pro conditione retineret facultates, pauper non erit. Cùm in eius bonis eſſe prædicta dicantur iuratà contrario eorum, quæ ſupra notauimus in debitore, à quo abeſſe dicitur id, in quo debitor eſt. tex. ad hoc *in d. l. facere poſſe*, 29. vbi expreſsè id not. Bald. *num.* 1. *D. ſolut. matrim.* Secùs ſi debitores quantuncumque magnæ quantitatis exigibiles non ſint de iure, vel de facto, quia qui contra eos actionem habet, hac ratione non deſinet pauper dici, vt notarunt Socin. Seni. *conſil.* 121. *numero* 30. *lib.* 4. Fabian *de* Pep. *in auth. Præterea, num.* 104. *C. vnde vir, & vxor.* Marc Ant. Natt. *conſil.* 649. *numero* 13. Ioan. Ant. Mengil. *de imputat. qu.* 145. *nu.* 9.

VTRVM PAVPER SIT, QVI artem, vel officium habet, ex quo alimenta, vitæquè neceſſaria percipere poteſt, vel qui alium habet obligatum, vt ſibi alimenta præſtet?

SVMMARIVM.

140 *Pauper eſt, qui nec bona, nec officium (ex quo ſaltem viuere honeſtè poſſit) habet.*

141 *Filius officium habens, quod tamen abſque dedecore exercere non poteſt, à patre eſt alendus.*

142 *Idem è conuersò in patre officium habente, quo decenter vti non poteſt, quia à filio alendus eſt.*

143 *Pater filium, qui ex proprio artificio decenter viuere poteſt, alere non tenetur. Et è conuerſo.*

144 *Pauper non eſt, qui artem nouit, ex qua decenter viuere poſſit. Contrà* num. 146. & ſeqq.

145 *Interpretatio ad* textum in l. In condemnatione perſonarum, 134. D. de reg. iur. & *num.* 150.

147 *Relictum pro pauperibus virginibus maritandis, in piam cauſam, vel pro anima; virginibus, quæ ſuo labore viuunt, diſtribui poteſt.*

148 *Qui ex operis ſuis ſolùm viuit, cedere bonis poteſt, niſi expreſsè bonorum ceſſionis beneficio renuntiauerit.*

149 *Ordinari non poteſt quis ad titulum officij, vel artificij liciti, ex quo congruè viuere valet.*

151 *Qui alium habet obligatum, vt ſibi alimenta præſtet, vel qui ab alio alimenta percipit, an pauper nihilominus ſit?* & nu. ſeqq.

152 *Qui iure ſanguinis, & officio iudicis alere tenetur, quid præſtare debeat?*

153 *Filius diuitis, diues quoque dicitur, tantumquè habere in bonis, quantum eius pater.*

154 *Æſtimum patris, dicitur æſtimum filij.*

155 *Filius poteſt admitti ad officium, ad quod certa patrimonij quantitas requiritur, licet eam ipſe non habeat, ſi tamen pater habeat. Epiſcopus qui abſque patrimonij, vel beneficij titulo aliquem ſacris Ordinibus initiauit, qui patrem diuitem habet, an ad eius alimenta teneatur?* ibid. remiſſiuè.

Maritus qui dotalia ſolùm bona, poſſidet, an pauper dicatur? ibid. remiſſiuè.

156 *Frater ſororem inopem alere compellitur.*

157 *Et etiam dotare.*

158 *Ampliatur & in ſorore naturali, & ſpuria, & iuſtè quoque à patre exheredata,* & num. 159.

160 *Et quid in ſorore, quoad ſororem?*

161 *Qui aliquem iure actionis alere tenetur, ad ſtudiorum alimenta, & expenſas obligatus non eſt.*

162 *Nec dotem conſtituere adſtrictus eſt. Alimenta dicitur, menſtruatim, vel annuatim ſoluuntur,* ibid.

163 *Dos vna vice ſoluenda eſt.*

Socer non poteſt loco dotis, congrua aſſignare alimenta genero, nec obligationi dotis ſatisfacit, ibid.

Dotis conſtitutio longè grauior, quam alimentorum præſtatio eſt, ibid.

164 *Iudicis arbitrio in præſenti reliquitur inſpectione, an quis pauper dicatur. Et qualiter arbitrium ſuum regulare debeat,* ibid.

Vidua pauper, quæ patrem, fratremvè diuitem habet, hæredum mariti reſpectu, pauper dicitur, ab eiſque dote non reſtitura intrà annum, luctus alimenta conſequetur, ibid.

§. III.

NOn solùm, qui nec bona, nec officium, ex quo viuere possit habet, pauper est; sed etiam, qui officium habet, quo viuere, non
140 tamen decenter, queat. † Cùm secundum conditionem suam vitam degere non valeat, iuxta *text. in l. nepos proculo*, 125. *D. de verbor. sig.* & à nobis suprà latè tradita.

Ideòque licèt filius officium, vel artificium habeat, ex quo victum quærere possit; si tamen
141 illud exercere indecorum ei sit, † à patre ali debet. *text. in l. si quis à liberis*, 5. *paragrapho Sed si filius*, & *ibi* Bart. *D. de liber. agn.* idem Bart. *in tract. de alim. numer.* 8. & *in l. vnic. n.* 6. *C. de mendic. valid. li.* 11. Cacciallup. *in l. si qua illustris, n.* 93. *C. ad Sen. conf. Orfic.* Crot. *in l. si constante*, *num.* 15. *D. solu. mat.* Panor. *in c.* 2. *n.* 5. *extr. de contrauerf. infidel.* Bal. Nouell. *de dot. p.* 6. *priuileg.* 4. *num.* 1. Dida. Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. Ordin. *verb. Pobres, col.* 2. *prope finem*, Petr. Dueñas *reg.* 367. *limit.* 1. Roland. à Valle *conf.* 54. *nu.* 59. & 78. *lib.* 2. & *conf.* 5. *num.* 30. & *conf.* 14. *num.* 16. & 51. *lib.* 3. Petr. Royz. Maure. *decis. Lituanic.* 4. *num.* 274. Franciſ. Burſat. *conſ.* 62. *num.* 13. Antoni. Theſaur. *deciſ.* 211. *num.* 14. Ludouic. Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *numero* 47. Lara *in d.* §. *Sed ſi filius, numer.* 131. Ioan. Garc. *de expenſ. c.* 4. *numero* 22. Natta *conſil.* 48. *ad fin.* Marc. Anton. Peregr. *de iure fiſci, lib.* 3 *titul.* 18. *numero* 74. Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſſan. cap.* 7. *gloſſ.* 13. *numero* 34. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 6. *numero* 12. Martin. Collet. *eodem tract. de alimen. lib.* 1. *cap.* 2. *numero* 81. Petrus Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *numero* 62. *D. ſolut. matrim.* Philipp. Paſchal. *de virib. patriæ poteſtat. part.* 2. *cap.* 3. *numero* 36. Vincent. Caroci. *de remed. contra præiudic. ſentent. vel damnoſ. execution. excepti.* 25. *num.* 97. text. eſt de iure Regio, à contrario ſenſu, in *l.* 6. *titulo* 19. *part.* 4. ibi: *Otroſi quando el fijo ouieſſe de lo ſuyo, en que pudieſſe viuir, ò ouieſſe tal meneſter, porque pudieſſe guarecer vſando del ſin mal eſtança de ſi, eſtonce no es tenudo el padre de penſar del.*

Idemque in filio quoad patrem; quem alere tenetur, † ſi vel nullum, aut quod abſque de-
142 decore exercere patet non poteſt, officium habet, ex *d. l. ſi quis à liberis*. Cùm ſint inuicem correlatiua, eademque definiri debeant regula, *l.* 1. *C. de cupreſ. lib.* 11. probaturque in *d. l.* 6. *part.* ibi: *Eſſo miſmo dezimos del fijo, que deue fazer contra el padre.*

Si verò filius vel pater officium, vel artificium habeant, ex quo, quilibet eorum decen-
143 ter viuere poſſit; nec filius patrem, † nec pater filium alere adſtringitur, text. à contrario ſenſu, & ibi notat *gloſſa verb. Vt operi*, & Dionyſ. Gothofred. *in annotat. lit. l. in d.* §. *Sed ſi filius*, & *ibidem* Lara, *num.* 1. 123. & 124. Petr. Rauenna. *ſing.* 28. Andr. Alciat. *conſilio* 36. *nn.* 1. Roland. à Valle *conſ.* 14. *nu.* 16. *libro* 3. & *conſ.* 54. *numero* 48. & 52. *lib.* 2. Simon *de* Prætis *conſ.* 9. *numero* 19. Iacob. Menoch. *conſ.* 321. *num.* 26. Fabi. Turret. *conſ.* 85. *numero* 24. *lib.* 2. Franciſc. Burſat. *d. conſ.* 62. *numero* 16. & *conſ.* 83. *n.* 2. Tiber. Decian. *conſ.* 111. *num.* 6. & *conſil.* 29. *num.* 5. *lib.* 3. & *conſ.* 30. *numero* 2. *libro* 2. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. ſtatut.* 312. *num.* 6. & *ſtatut.* 313. *numer.* 50. *part.* 1. Aſcan. Clem. *de patria poteſt. cap.* 6. *effectu* 17. *num.* 31. Paſcha. *vbi ſuprà, numero* 34. Proſper. Farina. *in deciſ. nouiſſ. Rota Romana* 2. *part. deciſione* 470. *numero* 5. Martin. Coller. *loco iam relato. nu.* 79. Cæſar. *de* Graſſis *deciſione* 162. *num.* 8. *tit. de ſucceſſio. ab inteſtat.* & alij ſuprà, eſtque *text.* formalis, & expreſſus *in d. l. partita.*

Qui enim artem, vel officium nouit, ex quo viuere decenter poſſit, pauper † non eſt, 144
gloſſa in l. ſi quis argumentum, 35. §. *Sed ſi quis, verb. Quantum donauit in fine, Cod. de donat.* Ioſeph. Maſcard. alios referens, *de probationib. concluſione* 1159. *numero* 36. Marius Giurba *d. cap.* 7. *gloſſa* 13. *numer.* 34. *prope med.* Martin. Coller. *d. cap.* 2. *num.* 8. Carol. Ruin. *conſ.* 81. *numero* 1. *lib.* 1. Anton. Theſaur. *d. deciſ.* 211. *num.* 17. Cardin. Seraphin. *deciſ.* 1279. *numer.* 5. Rota Roman. *diuerſor.* 2. *par. deciſ.* 102. *numer.* 2. & 7.

Ex quibus deducitur interpretatio ad textum *in l. In conditione perſonarum* † 134. *D.* 145
de reg. iur. quæ ſtatuit, ab his, qui in quantum facere poſſunt condemnantur; non totum, quod habent, extorquendum, ſed tantum eis relinquendum, nè egeant; vt locum non habeat, nec procedat in eo, qui artem, vel officium habet, ex quo decenter viuere poſſit, totumque ab eo (cum iuxtà proximè dicta, nec pauper, nec egere dicatur) extorquendum erit, *glo. in d.* §. *ſed & ſi quis, d. legis, ſi quis argentum gloſſa etiam final. in l. ſi maritus*, 43. *D. ſolut. matrim.* Ioan. Faber *in* §. *ſunt præterea, verſic. Item ſi de dote, & ibidem* Iaſ. *numero* 7. & Aretin. *numero* 3. *inſtit. de actionib.* Petrus Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 78. *n.* 31. & *duobus ſequentib. & tit.* 7. *q.* 6. *nu.* 3.

Contrarium tamen aduerſus ſuperiora (viuentem ſcilicet ex proprio artificio, ſi alia non habeat, pauperem inopemque dici) † probatur 146
ex *text. in capit. Quod ſuper his*, 8. (ex quo id nominatim deducit Panormit. num. 4.) *de voto, & voti redempt.* Facit *text. cum gloſſ. in l. Paupertas*, 7. *D. de excuſat. tut.* tenentque Iaſ. *in d. l. Si conſtante, numero* 147. Ioann. Maria *de* Riminald. *conſil.* 520. *nu.* 11. Hieron Gigas *in tract. de penſionib. quæſt.* 80. *numer.* 9. Aym. Crauet. *conſil.* 199. *nu.* 5. 6. & 8. Guil. Bened. *in repet. cap. Raynuntius, verbo Duas habens filias, num.* 132. *in fin. extra de teſtam.* Azebed. *in leg.* 2. *titul.* 18. *lib.* 4. *noua Reg. collect. numero* 46. & *in leg.* 9. *titulo* 3. *eodem libro* 4. *numer.* 12. *propè med.* vbi de Auocatis pro decenti tantùm victu lucrantibus, quos *paupertimos dicit*, Iacob. Menochi. *conſil.* 81. *num.* 48. Petr. Barboſ. *in l.* 1. 4. *part. numero* 63. & *in leg. Maritum, num.* 10. *D. ſolut. matrim.* Cæſar. Barzi. *deciſ.* 69. *numero* 43. Rota Bononienſ. *deciſ.* 25. *numer.* 76. Ioan. Aloyſ. Ricc. *collect.* 1906. *verſicul. Ceterum.* Idque non obſcurè demonſtrat (quam ſuprà adduximus *quæſt.* 1. *numero* 14. *verſic. Primam nihilominus*) *Ariſtophonis* ſententia *Catoniſque*, de qua mentionem hac eadem fecimus quæſtione, *numero ſexageſimo.* Et apertè probat *textus in leg. ſecunda titul.* 17. *part.* 6. ibi: *Otroſi, el que fueſſe tan pobre, que no huieſſe otro al poreque guarecer,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

guarecer, si non por labor de sus manos. Concinit Ouid. *Metamorf. lib.* 3.

Ille metu vacuus nomen mihi dixit Acates,
Patria Maonia est, humili de plebe parentes,
Non mihi, quæ duri colerent pater arua iuuenci
Lanigerosvè greges, non vlla armenta reliquit.
Pauper & ipse fuit, linoque solebat, & hamis
Decipere, & calamo salientes discere pisces.
Ars illi sua censu erat.

Vnde si testator aliqua pro pauperibus virginibus maritandis, in piam causam, vel pro anima reliquerit, inter virgines, quæ suo labore
147 viuunt, † vt nubant, si alia non habent, distribui poterunt, vt notat Bald. *in d. l. Paupertas per text. ibi, numer.* 2. *D. de excusat. tut.* sequitur Ias. *in d. leg. si constante, nu.* 151. *D. solut. matri.* Cardin. Francisc. Mant. *de coniectur. vltim. voluntat. libro* 8. *titulo* 5. *numero* 33. Ioseph. Mascard. *de probation. d. conclusione* 1159. *numero* 38. Perez *de* Lara *in tractat. de* Cappell. *lib.* 1. *cap.* 21. *numero* 13. Ioan. Maria *de* Riminald. *vbi suprà d. num.* 11. Iacob. *de* Grass. *in summ. de arbitra. conces. lib.* 2. *c.* 51. *num.* 9.

Et cedere bonis posse, nisi expressè cessionis bonorum beneficio renuntiauerit, eum qui ex
148 operis † suis solùm viuit; tenuit Rota *in antiq. decis.* 567. quam refert (hanc tenendo) Aymon. Crauet. *d. consilio* 199. *num.* 8. Ex hoc consequenter hunc pauperem affirmans, pluraque ex *num.* 5. pro huius sententiæ confirmatione videnda adducens.

Adiuuat hanc partem determinatio *Congregationis in declarationibus ad Concil. Tridentin. sessione* 21. *capite* 2. *de reformat. verb. Pro necessitate, vel mendicitate, versic. Quid si tantùm habeat*, vbi *congregatio* censuit, non posse
149 quem ad titulum officij, † vel artificij liciti, ex quo congruè viuere posset, ordinari, vt si sit musicus, Magister Grammaticæ, pictor, vel alterius licitæ professionis, dicemusque latiùs *quæst.* 9. *num.* 19. *& seq.*

Neque huic sententiæ obstant pro con-
150 traria suprà adducta † (habenti nempè officium, ex quo viuere possit, præstanda alimenta non esse, totumvè extorquendum, non habita ratione ne egeat, si de illo beneficio sit quæstio.) Licèt enim ad hæc officium habens, ex quo viuere decenter possit, pauper non sit; ad alia tamen, & in genere pauperem esse, negandum non est. Non enim sola alimenta à paupertate eximunt, vt latè suprà à *numer.* 40. *cum seqq.* ostendimus, infràque subijciemus.

Ac ideò in superioribus contrariis casibus, qui artem, vel officium, ex quo viuere decenter possit, habet, pauper non dicitur; quia de alimentis præstandis, vel non relinquendum vè quantum pro eis sufficiens sit, agitur. Quo casu officium habens alimentorum respectu pauper non dicetur, licèt quoad alia pauper sit, vt ex suprà relatis doctrinis, & authoritatibus manifestè colligitur.

Quoad secundam verò huius quæstionis partem (*an qui alium habet obligatum, vt sibi*
151 *alimenta præstet, pauper dicatur?*) † præstitum ex suprà dictis videtur responsum, paupe-rem scilicet nibilominùs esse, si de paupertate in genere quæramus, vt quærimus, non alimentorum tantùm, victusque respectu. Non enim ideò, quòd à patre alatur filia, proque victu necessaria habeat; si dote pro conditione careat; desinit esse pauper, vt suprà *numero* 43. *& sequentib.* aduertimus. Idemque in eo, qui licèt pro victu habeat; non tamen pro literis addiscendis, aliisvè sumptibus, vltrà victum, alimentaque necessariis, quos alere adstrictus facere non tenetur, vt statim nectemus.

Item si verum esset, quòd his, quibus miserationis iure alimenta debentur, ea tantùm præstari debent, sine quibus degi vita non posset, & sic secundùm viuendi necessitatem, non secundùm personæ qualitatem (qua de re suprà *nu.* 64. *& sequentib.* egimus) quis eos pauperes, si alia non habeant, appellare dubitabit?

Quare sententiam hanc (non desinere pauperem esse, qui ab alio consequitur alimenta, si alia non habet) tenet Cornel. Beninca *de paupertat. speciali* 1. *in vltim. voluntat. num.* 29. per allegatam *leg. Paupertas*, 7. *& ibi glo. &* Bald. *D. de excusat. tutor.* Decium *in cap. Caterum, n.* 74. *de iudiciis, &* Bellonum *cons.* 16. *num.* 6. Nosque latè 2. *part.* in materia, declarationeque, *auth. Præterea, C. vnde vir. & uxor. n.* 18. 19. *& seqq.*

Non tamen sic simpliciter hoc in casu transeundum, sed adhiberi posse distinctionem exi-
152 stimo, inter eum, cui iudicis officio, † & iure sanguinis alimenta debentur; & eum, cui iure actionis, & hominis dispositione. Vt primo casu, qui alium pro alimentis obligatum habet, pauper non sit; in secundo verò sic. Namque iure sanguinis, & officio iudicis alere adstrictus, non modò ad vitæ necessaria præstare tenetur, alendo; sed etiam ad decenter pro conditione sui viuendum. Vt in filiis, vel descendentibus, quibus parentes pro dignitate, & conditione alimenta, etiamque ad studia expensas (vt dictum manet, *n.* 54. *& seqq.*) præstare, dotemque descendentibus filiabus, vel nepotibus, quas alere tenetur, constituere, *leg. Qui liberos*, 19. *D. de ritu nuptia. l. si pater*, 7. *C. de dot. promis. leg. neque mater*, 14. *C. de iure dot. leg. Et ideò*, 7. §. *fin. D. de in rem verso, l. Pater*, 71. *D. de euict. l. Sed Julianus*, 9. §. *Sed etsi filius, vbi glossa, verbo pro filia, D. ad Senat. Cons. Macedon.*

Quæ obligatio, vel dispositio, etiam spurios comprehendit. Latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæstio* 9. *numero* 6. *& quæst.* 10. *num.* 9. *& qu.* 12. *nu.* 5. & diximus suprà *numer.* 64. latiusque alibi dicemus.

Imò si pater diues sit, & filius quoque di-
153 ues † dicitur, tantumque habere in bonis, quantum eius pater habuerit, *text. in leg. in suis*, 11. *D. de liber. & posth. notat.* Abb. *in cap.* 1. *extrà de Magist. numer.* 1. Petr. Royz. Maur. *decis.* 4. *numero* 269. Iacob. Menochi. *de præsumpt. libro* 4. *præsump.* 189. *n.* 32. Greg. Lopez *in l.* 7. *tit.* 13. *par.* 6 *glos.* 9. *verbo De lo suyo*, Socin. *cons.* 30. *nu.* 6. *lib.* 4. Iacob. *de* Gras. *in praxi casuum reseruato. libro* 2. *cap.* 22. *num.* 10. Fului Pacian. *de probat. libro* 1. *cap.* 54. *in addit. ad numer.* 48. *lit. F. pluribus firmat* Campanill. *in diuersor. iur. rub.* 8. *cap.* 5. *n.* 3. *versiculo Et primo, & numeris sequentibus.*

154 Æstimumque patris, dicitur æstimum filij,† *glossa 1.in l.2. C.qui ætate,vel professione se excusant, lib.10.* per quam ita dicit Bald. *in l.fin. numero 13. C. de impuber. & aliis substit.* vbi etiam eius *Addition.* plures refert. Decius *consilio 443. numer. 4.* Cornin. Benin. *de pauper. speciali 1.in vltim.volunt.numero 15.*Socin.*vbi suprà d.num.6.*

Ex quo paritet notandum est, quòd cum Magistratus censu leguntur (vt latè quæst. dicemus sequenti) certaque ad id iure, vel statuto requiritur quantitas; licèt eam filius non
155 habeat; patet tamen tot bona possideat:† habetur,ac si filius possideret,vt dignitatem,honoremque possit filius consequi, notat Ias.*in leg. Sciendum, numer.25. & seqq. D.qui satisd.cog. & ibid.* Bald.*& in cap. quæ in Ecclesiarum ad fin.extra de constit.* And.Tiraquel. (alios referens) *in præfationibus legis si vnquam,num.23. Cod.de reuoc.donat.*Sipontan. *in l.1. §.Dominij appellatione, num. 7. D. ad Senat.consSyllani.* Petr. Royz. Maureus *decis.Lituanic.3.nu.369.* Plenissimè Episcop.Campanill.*d. rubr.8.cap.5. d.numer.3. versic.si igitur,* qui ex his *d.numer. seqq.què* latissimè comprobat, Episcopum,qui absque patrimonij,vel beneficij titulo aliquem sacris Ordinibus initiauit, ad eius alimenta, si patrem diuitem habeat,non teneri,licèt in contrariam postmodum sententiam veniat, *nu.11. versic. Sed prædictis, & num.seqq.* Et quid in marito, qui bona dotalia, nec alia sufficientia habet, An pauper,dotalibus non consideratis, dicatur? vide *text. in leg.Lutius,21.§.Idem respondit constante.D.ad municipal.*

Frater quoque non solùm iure sanguinis,
156 officioque iudicis sororem inopem alere † compellitur,*leg.1.§.Sed nonnullos,& ibi glossa, verbo præstiterit, D.de tutel.& ration.distrahend.& in dict. l.si quis à liberis,5.§.Idem rescripsit,verbo iustè,D.de liber.agnos.*Latè Petrus Surdus *de aliment. titulo 1. quæstione 25. per totam,* P.Ferdin.Rebell. *de oblig.iusti.2.par.libro 5.quæstione 4.num.9.*

157 Sed etiam dotare, † *l.Cùm plures,13.§.Cùm tutor. D. de admin.tuto. plenè idem* Surd. *vbi*
158 *sup.n.9.* Reuello *d. loco.*Quod & in naturali,† & spuria ratione sanguinis procedit,vt ibi per eundem Surd.*n.32.& 33.*ad saturitatem (infinitos propè referens Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan.cap.3.glo.3.n.60. cum seqq.* amplians *n.63.* etiam in sorore iustè à patre
159 exhæredata, † quæ licèt non hæreditario iure; proprio tamen à fratre dotanda est, ex *dict.leg. Cùm plures, 13.§. Cum tutor, Bald. Nouell. Crot. Mantic. Thesaur. Barbos.Petr.Greg.Sur. Costa,*& aliis ibi adductis, ita etiam *Ferdinand. Rebello, dict. quæst.4. numero 10. & expressius num.17.*

160 Idemque in sorore quoad sororem † dicit *Surd.sup.n.59.* plures quoque adducens *Giurba,& Rebell. d.loco num.18.*id verum firmans quoad alendos fratres; negat tamen quoad sorores dotandas, si ad id res dotalis alienanda esset, etiam de mariti consensu, & dicemus latiùs *quæst.16.*

Ei verò cui iure actionis, & hominis ministerio alimenta debentur, non tam plenum
161 concessum est ius, † quippè cui nec expensæ in studio faciendæ pro literis addiscendis (etiam sine quibus quis viuere saltem honestè non potest secundum communem traditionem) debeantur.Probatur *in l.Legatis,6.D.de alim.& cibaria.legat.*vbi ita notat Bart.*in princip. & in l. de bonis,6.§.non solum,D.de Carbon. edict.& in tract. de alim. nu. 3.* Iaso.*in l. Cùm hi,§.qui transigit, num.4.D.de transact.*Lara *in d.l.si quis à liberis,§.non tantùm,nu.31.*Simon *de* Prætis *de interpretat. vlt. volunt. lib.4.dub. 11.num. 38.* plures alios referens Pett.Surd.*de aliment.tit.4.qu.6.num.4.*

Nec ad alimenta iure actionis obligatus, ad dotem † pariter tenetur, cuius constitutio 162
maioris quàm alimentorum præstatio propter minutas solutiones in commoditatis est. Cùm alimenta dietim, menstruatim, vel annuatim soluantur: *l.fin.D.de liber.agnos.iuncta l.pecunia,8.in fin. D.de alim. & cibar. legat.* Qua de re. & quo tempore danda sint? plenè Martin. Coller.*de alim.lib.2.cap.4.per tot.*

Dos verò vna vice præstanda sit, † Ant. 163
Cuch. *in l.quoties, numero 93. C.de precib.Imper.offer.* Adeò vt neque pater dotis loco congrua assignare alimenta genero possit, vt per Bald.Nouell. *de dot.par.6.priuileg.15.*Guill.Bened.*in repet.cap. Raynuntius verb. Dotem, numer. 16. ext.de testam.* Martin.Colle.*d.libro 2. capit. 10. numero 15.* Ideòque longè grauior dotis, quàm alimentorum præstatio, ex tex.*in §.fideiussores ita, instit.de fideiussori,§.Plus autem,instit.de actio. leg.si cui,12.§.Minus soluit. D.de verbor.signific. l.fin. vbi* Bart.*D.de liber. agnosc.* Andre.Alciatus *ad leg. 1. num. 2.solut. matrim.*

Ex quibus suprà assignata distinctio inter eum, qui iure actionis, vel officio Iudicis alimenta consequitur, sustineri posset. Quia tamen prædicta assertio infallibilem in hac materia regulam nequit constituere; iudicis erit 164
relinquendum † arbitrio, qui secundùm subiectam materiam, quem pauperem esse, vel non, ad ea, quæ in præsenti notata sunt, mensurato arbitrio, poterit iudicare. Aduertendo præterea (casu quo dictæ sit distinctioni locus) cum de paupere simpliciter quærimus, non respectiuè ad alium, aliudvè, intelligendum. Respectiuè namque ad alium, etiam is, cui officio iudicis, sanguinisque iure alimenta (veluti à patre,fratrevè) debentur,pauper dicetur.Vt in vidua paupere, quæ licèt patrem,aut fratrem diuitem habeat, hæredum mariti defuncti respectu (vt ab eis alimenta intrà annum luctus dote non restituta consequi,extorquereque possit) pauper reputabitur, iuxta communem Doctorum sententiam,traditam à Socin.*in l.Diuortio,num.7. &* Alex.*num.16.D. solut.matrim.* Salyc.*in d.l. vnic.§. Exactio,numer.33. C.de rei vxo.act.* Cardin.Tusch. *lit.D. concluf.741. numero 6.* Surd. *de alimen. tit. 1. qu.44.numero 40 & 46.*Franch.*decis.489. numer.16.*Anton Capit. *decis. 24. numer.6 & 7.* tradit (ex Campeg.Lanar. Toro, Molfes.Barbos.Rebello.Matienz. multisque aliis) Antonin.*de* Amat.*resolut. 49.n.55.*

VTRVM

UAB Biblioteca de Ciències Socials

VTRVM PAVPERSIT. qui plura, magnæque æstimationis bona habet; non tamen ex eis sufficientes redditus percipit, ex quibus se, familiamq; suam alat, decenterque pro conditione viuere possit?

SVMMARIVM.

165 *Pauper non tam ex bonorum defectu, quàm redditnum quis iudicatur, quia licèt magni valoris bona habeat, si redditus ex ea ad vitam decenter degendam non percipiat, pauper erit,* & num. seqq.

166 *Turris, vel palatium non ex sumptibus, & valore ædificij, sed ex redditibus æstimandum est.*

167 *Proprietas vendi non debet, vt ex eius pretio pauper, vel diues quis iudicetur, sed redditus ipsius rei ad id erunt considerandi,* & num. seqq.
Limita, vt num. 172. & seq.

168 *Ab his, qui in quantum facere possunt conueniuntur, extorquenda non est, nec vendenda res magni valoris, quæ redditus tantùm ad vitam necessarios præstat.*

169 *Obligatus aliquem alere, proprietatem, vt alimenta præstet, vendere non debet.*

170 *Et in quibus casibus id locum non habeat?*

171 *Vxor repetere poterit dotem à viro, qui licèt bona sufficientia pro dote restituenda habeat, non tamen pro conditione sua, & ad decentem victum redditus ex eis necessarios percipit, ita vt ea alienare necesse sit.*

172 *Proprietas exigui redditus vendi debet, quando ex pretio res comparari posset, quæ eos sufficientes præstaret, annuusvè congruus posset constitui census,* & num. 173.
Limita num. seq.

173 *Habitationes antiquæ, multùm ad nobilitatem conferunt.*

176 *Cogi non debet quis (quantumcumq; iusto pretio, & etiam Ecclesia construenda, ampliandavè causa) Maiorum domum vendere.*

177 *Honor omnibus diuitiis anteponendus est. & debet quis potiùs mori, quàm honorem non seruare.*
Honor est maximum bonorum externorum, ibid.

178 *Res magni valoris vendi debeat necne, & an ex ea creditoribus satisfieri, dominoque ex illius fructibus sufficienter possit esse consultum; Iudicis relinquitur arbitrio.*

§. IV.

VT breuiter in hac quæstione procedamus, resolutiuè respondemus, pauperem, non tam ex defectu bonorum; quàm redditnum, † iudicandum. Licèt enim plura bona magni valoris, & pretij quis habeat; si tamen ex eis pro se, suisque alendis, necnon & decenter secundùm conditionem suam vitam degendam, redditus percipit (vt si pulchræ, & antiquæ domus, latorum nemorum, & huiusmodi aliorum dominus sit; quæ tamen sufficientes ad suprà dicta, redditus, fructusvè non præstant, si aliis bonis careat) pauper erit, tex. videtur in *l. Qui bonis, 6. D. de cessione bonor.* vbi expressè notat Bart. & ibidem Alex. *in eius additionibus* pluribus firmat, per *legem Si fundum, per fideicommissum, 92. alias 94. & ibi notata per* Bar. *de leg. 1.* & alia iura: Bald. etiam *cons. 30. incipit, Sicut dixi, lib. 2. per leg. Ius alimentorum, 3. §. 1. D. vbi pupill. educar. debeant*; Iaso *in l. Si constante, num. 149. in fin. D. solut. matrim.* Aymon. Crauet. *cons. 199. num. 6.* Aldouin. *cons. 73. num. 7.* Marcabrun. *cons. 110. num. 51.* vbi quòd neptis dicitur pauper si habeat dotem maternam, non tamen ex ea fructus, vnde viuere possit, percipiat. Marc. Ant. Natta. *cons. 590. num. 14. lib. 4. in fin.* Carpan. *in statut. Mediolan. cap. 312. num. 10. part. 1.* Brunnor. Sole *in compend resolut. iuris, lit. P. verbo Pater, 10.* Rugerius *cons. 17. num. 28. lib. 2.* Iacob. Menoch. *consil. 7. num. 18.* Marius Giurba *in consuet. Senat. Messan. cap. 7. gloss. 13. num. 32.* Addens, eum qui palatium picturis fabrefactis egregiè ornatum habet, ex quo nullos, vel exiguos percipit redditus, quibus ea, quæ huius vitæ vsus postulat, comparare sibi nequeat; pauperem dici. Rota Roman. *Diuersor. 48. numero 5. part. 2.* Camill. Laratha *consil. 5. numero 149.* vbi pauperrimum dicit eum, qui non nisi castrum redditnum 150 pro suis, suorumque victu habebat. Francis. Viuius *decisione 521. numero 16. libro 4.* hunc legis vnicæ C. quando Impera. inter pupill. & vidu. priuilegio gaudere asserens. Fului Pacia. *de probat. dib. 1. c. 54. num. 48. & 49.*

Neque palatium, vel turris ex sumptibus, & 166
valore ædificij, † sed ex redditu considerandæ, æstimandavè est, secundum Ioan. de Platea *in l. 2. C. de præd. & omni. reb. naui.* Soletque ad id notari *text. in d. l. Qui bonis,* Plura iura, & authoritates refert ad hoc Arias Pinell. *in l. 2. 3. part. cap. vltimo, numero 28. C. de rescinden. vendit.* Marius Giurba *in consuet. Senat. Mes. san. cap. 6. glossa 12. numero 5.* multos alios adducens, firmat Ioann. Aloys. Ricci. *in decisione Cur. Arch. Neapol. 7. num. 1. parte 4.* multisque relatis Ioseph. Ludouic. *decis.* Perus. *65. num. 11. & seqq. part. 2.*

Non enim debet vendi proprietas, † vt ex 176
eius pretio quis pauper consideretur, vel diues; sed ex redditu, an sufficiens, vel insufficiens ad necessaria vitæ comparanda sit. Ita (præter iam relatos) tenent (per *d. l. Qui bonis*) Aretin. *in l. Alimenta, num. 3. C. de nego. gest.* Marc. Anto. Natta. *cons. 65. num. 12.* Roland. *à* Valle *cons. 55. num. 6. lib. 2.* Euerard. Iuni. *cons. 21. num. 6. volum. 1.* Iacob. Menochi. *d. cons. 7. num. 18. & cons. 87. num. 66. & cons. 433. num. 13.* Nicolaus Rausner. *decis. 2. num. 57. lib. 2.* Tibet. Decian. *consil. 70. num. 16. libro 2.* Ioann. Cephal. *cons. 498. num. 14.* Marius Giurba *dict. cap. 7. gloss. 13. num. 32.* Cardina. Tusch. *practi. conclus. litera A. cõcl. 287. n. 20. & cõcl. 301. n. 60.* Rota Bononien. *decisione vigesima-quinta num. 75.*

Cæsar Barzius *decisione 69. numero quadragesimo sexto.*

Vnde si quis ex his, qui priuilegio nè conueniantur vltra quàm facere possunt, gaudent; bona suprà dictæ naturæ habeat (quæ licèt multi momenti sint, ad decentem vitæ sustentationem redditus non præstent, vel non excedant) ab eo nec extorquenda, † nec vendenda erunt, ex proximè tradita ratione (ad hoc nempè vt quis pauper, vel egere dicatur, aut non redditus, non valorem rei esse spectandum) *text. in d.l. Qui bonis*: eamque sententiam tenent Decius *in l. Dinus Pius in fin. D. de reg. iur.* Iason. *in d.l. Si fundum per fidei commissum, n. 3. D. de legat. 1. & in §. Sed etsi quis, n. 11. inst. de actionib.* Nicola. Boer. *decis. 19. n. 7. & 8.* Aymon. Crauet. *cons. 119. n. 9.* Pet. Surd. *de alimen. tit. 4. quæst. 9. n. 15. & 16.* Plures alios referens Vicent. Caroc. *de remed. contra præiudic. senten. vel damnos. execution. excep. 25. numero quarto* vbi hanc magis communem dicit. 168

Quibus etiam conuenit, eum qui aliquem alere obligatus est, proprietatem † vt alimenta præstet vendere non debere, *d.l. Ius alimentorum, 3. D. vbi pupilli educar. debe. l. Imperator. 30. in fin. D ad Trebel. l. pen D. de alim. & cibar. lega. l. fin. §. Ipsum autem, C. de bonis, quæ liber l. 1. §. Mulier, D. de vent. in posse. mittend. d.l. Qui bonis, 6. D. de cessione bonor.* Cuman. *cons. 30. nu. 4.* Alexan. *cons. 100. in fin. libro 1. & consilio 72. numero 2. & 7. libro 5. & ibi eius Addit. verb. Proprietas,* Annan. *cons. 46. num. 9.* Gozardi. *cons. 95. num. 4.* Aymon. Craueta *d. cons. 219. num. 9. & d. cons. 199. numero 11.* Francis. Marc. *decis. Delphinat. 323. n. 2. part. 1.* Ioan. Gartia *de expens. c. 4. num. 18. & 19.* Marc. Anto. Pereg. *cons. 89. n. 14. ad fin lib. 3.* Ioan. *de* Amic. *cons. 56. num. 2.* Martin. Coller. *de alim. lib. 2. c. 2. n. 83.* Iacob. Menochi. *casu 169. num. 3. & casu 183. num. 26.* Alexan. Raudens. *decis. Pis. 29. num. 104.* Petr. Surd. *de alimen. titul. 4. quæst. 9.* Cardina. Tusch. *lit. A. conclus. 283. num. 1. & seqq.* Vincent. *de* Franch. *decis. 135. num. 7. & decis. 489. num. 29.* Borg. Caualca. *de vsufruct. num. 36.* Vrsil. *ad* Afflict. *dec. 99.* Rolan *à* Valle *cons. 22. num. 21. lib. 1.* Paul. Montan. *de tutel. regul. 8. n. 224.* Alex. Trentac. *variar. resolut. lib. 1. tit. de aliment. resolut. 1. num. 21.* Mar. Ant. Natta *cons. 387. num. 8.* Paul. Æmil. Gallus *de excep. p. 2. tit. 4. excep. 13. num. 60.* Tell Fernand. *in l. 6 Taur. num. 14. & 15. vbi etiam* Anto. Gomez *num. 40.* Ioan. Gutierrez *allegat. 14. num. 5. & de iuram. confirm. part. 3. cap. 15. num. 11.* Marius Giurba *in consuet. Senat. Mes. san. c. 7. gloss. 16. num. 12. part. 1.* Antonin. Thesaur. *decis. Pedemont. 211. num. 17.* Francis. Bursat. *cons. 88. num. 17. lib. 1.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 19. part. 4. glo. 7. verb. La riqueza,* Hieronym. Ceball. *commun. contra commun. lib. 3. quæst. 780. num. 109. & seqq.* Matienz. *in l. 8. tit. 8. lib. 5. noua Regiæ Collect. glo. 1. num. 11. idem* Gutierrez *de tutel. 3. part. cap. 12. n. 7.* Vincen. Caro. *de remed. contra præiud. sentent. excep. 25. num. 4. cum seqq.* Hieron. Mago. *decis. Lucens. 73. nu. 26.* Anton. Faber. *in suo Cod. defini. lib. 5. tit. 7. defin. 39. num. 5.* Facit benè *text.* & quod ibi notat Bald. *in leg. Si seruus 22. versit. Quid est autem, D. de noxalib. actionib.* 169

Apud quos huius rei plures ampliationes, limitationes, & intellectus vide. Vtrùm scilicet in alimentis debitis titulo oneroso, † vel lucratiuo? in præstandis ex propriis, alienisvè bonis? in debitis ad vitæ necessitatem, vel ad decorem, & condecentiam? in ministrandis ei, qui futurus est dominus, vel alteri procedat? Ex quibus communis deducitur resolutio; pro alimentis præstandis titulo oneroso, ex alienis *bonis, in debitis ad vitæ necessitatem, vel ei,* qui dominus futurus est; vendi etiam proprietatem debere. Ne sigillatim de vnoquoque (longum enim id esset) discutiamus. 170

Non ergo ex bonorum qualitate; sed quantitate, & redditu, pauperem iudicandum, colligitur. Confirmaturque præterea: Quia licèt maritus pro dote restituenda sufficientia bona habeat; si tamen pro sui, suorumquè victu, vel necessariis sumptibus reddítus non percipiat: † ita vt proprietatem vendere necessarium sit; poterit vxor ab eo, tanquam à paupere, & egeno dotem petere. Ita (ex constitutione *text. in l. Vbi adhuc, 29. & l. in rebus, 30. paragrapho Omnis, C. de iure dot.*) not. Paul. Æmil. Gall. *in tractat. de except. titul 4. part. 2. except. 9. siue 3. num. 2.* 171

Planè si adeo magni valoris res esset, quæ necessarios ad vitam fructus non præstat: si tamen venderetur, ex pretio res alia, quæ eos præstaret comparari posset, † annuusvè sufficiens census ex pecunia constitui; pauperem eius dominum non esse, arbitror. Cùm facere possit ne pauper fit, ex ratione vulgaris *text. in l. Qui potest, 174. D. de reg. iur.* Vendi enim in tali casu † tem debere, tenent Alexand. *post* Imol. *in l. Si maritus, 43. num. 4. D. solut. matrimon.* Aretin *in §. Sed si quis, in fin. vbi etiam not.* Ias. *numero 11. instit. de actionib.* Vincent. Caroc. *de remed. contra præiudic sent. d. except. 25. num. 7.* 172 173

Hanc tamen limitarem sententiam, si domus, castellum, vel castrum Maiorum † esset. Licèt enim domo, vel castro vendito, sufficientes ex pretio redditus comparari ad viuendum possent: sicquè paupertas cessaret; adhuc tamen pauperem dici, neque domum, vel castrum exigui redditus vendere debere dominum iudico: ex ratione *text. in l. Lex, quæ tutores, 22. §. Nec verò, C. de administ. tutor. Nec verò* (inquit ibi Imperator Constantinus) *domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua Maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas videre satis est lugubre.* 174

Multùm enim ad nobilitatem † huiusmodi conferunt habitationes, vt (per *text. in l. 1. C. de prædiis, & omni. reb. nauic. lib. 11.*) tradunt Bald. *in proœm. decret. verbo, Rex Pacificus, numer. 84.* Andr. Tiraq. *de nobilit. cap. 39. num. 23.* Ioan. Arze *ab Otalora eod. tractat. de nobilit. cap. 4. num. 8. cum duobus seqq. p. 2.* Ioan. Garcia. *eod. pariter tractat. glos. 18. num. 28. cum seq.* Prosper Farinac. *nouis. Rotæ decis. 504. num. 9. par. 1.* & aliis infrà proximè referendis decisionibus. 175

Et si quis ad earum (quantumcumque iusto pretio, & etiam Ecclesiæ construendæ, ampliandæ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

(aliandæ vè cauſa) venditionem cogeretur; magnum pateretur detrimentum. Idcoquè vendere †
176 nullo modo cogendum, obſeruat latè (ita deciſum referens) Proſper Farinac. *nouiſſim. Rotæ Romanæ deciſ. 372. ex num. 4. & deciſ. 676. num. 8. par. 1.* adducens in confirmationem Sacræ paginæ, *lib. 3. Reg. cap. 21.* exemplum illud *Naboth*, qui *Achab* Regi ſuo vineam pro vſu proprio poſcenti, melioremquè aliam offerenti, condignumvè argenti pretium, reſpondit. *Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Nec conſuit *Achab* poſſe *Naboth* iure Regio ad venditionem, vel permutationem compellere, ob quod ad calumnias contra eum, iniuſtamquè mortem ventum eſt; legitimamquè *Naboth* conſtat fuiſſe excuſationem. Potentior autem in ſuperioribus annotatis eſt caſibus, in quibus Maiorum memoria, nobilitas retinetur, ex eiſquè arguitur, peritetquè ſi ad extraneos tranſiret dominos. Quod ob quodcumquè pecuniarum commodum ferendum non eſt.

177 Omnibus enim diuitiis honor † eſt anteponendus. Namquè ſecundum *Ariſto. libro 4. ethicor Honor eſt maximum bonorum exteriorum.* Et potiùs mori, quàm honorem non conſeruare quis debet, *leg. Iſti quidem. 8. paragrapho Quod ſi dederit, D. de eo quod met. cauſ.* Socin. Iun. *conſ. 38. numero 40. lib. 1. latè* Crauet. *conſ. 168. numero 3.* refert, & ſequitur Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 4. caſu 377. numero 19.* Thom. Grammat. *deciſ. 98. numero 3.* Proſper Farinac. *q. 15. nnmero 6.* Marius Anto. Macerat. *variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 11. numero 2.* Sebaſtia *de* Medic. *in tractat. Mors omnia ſoluit. 1. par. num. 171.*

Non igitur ad prædictarum rerum venditionem, in quibus & affectio conſiſtit, & honor conſeruatur, adſtringendus pauper erit, nec rei valor, ſed redditus erunt in conſideratione. Nequè enim cum honoris detrimento vitanda erit paupertas, ne dum malo obuiare intendimus, in deterius incidamus.

178 Idquè iudicis arbitrio relinquendum erit, † qui prædictis circunſtantiis perſpectis, vendi debeat, nec ne res, iudicabit, ex *text. in leg. Si quis ſepulcrum, 12. verſ. Præſes etiam, D. de religio. & ſump. fune.* optimè Farinac. *d. deciſ. 372. numero 3. & ſeqq.* præſertim *numero 6.* Et an res magni valoris ſit, ex qua & creditoribus ſatisfieri, & domino etiam ex fructibus poſſit eſſe conſultum, vtquè pauper dicatur, vel non iudicis arbitrio committi, tenent Bald. *in leg. fin. numero 6. C. qui bon. cedere poſ.* Iac. Menoch. *de arbitrar. libro 2. caſu 183. numero 36.* Petr. Sur. *de aliment. titul. 4. quæſtio. 9. numero. 20.* Vincent. Caroc. *dict. except. 25. nume. 8.*

* * *

VTRVM PAVPER SIT.

qui bonis externis abundat, internis tamen, & animi caret? Et an pauperum priuilegiis, & fauoribus gaudeat?

SVMMARIVM.

179 *Pauper non ſolùm eſt, qui externis, ſed qui internis, & animi bonis caret.*

180 *Bona animi, propriè, & verè, bona, dici poſſunt, & debent,* & num. 183. & ſeq.

Bona *vnde dicta?* ibid

181 *Verbum*, Beo, *quid ſignificet?*

182 *Bona externa beatos non faciunt homines*

183 *Bona animi non pereunt, ipſumquè ſpiritum corpore exutum non deſerunt.*

184 *Animi bona verè, & propriè* beant, *hoc eſt, beatos homines faciunt.*

185 *Diues malis moribus imbutus, pauper eſt. Et è contra pauper, qui bonis moribus præditus eſt, animiquè bonis abundat, licet externis careat, dines.*

186 *Animi pauperibus leges non fauent, quin mali mores excuſare non ſolent.*

§. V.

PRo complemento, & exornatione ſuperioris principalis quæſtionis, eiuſquè coronide, ſciendum eſt. Pauperem non ſolùm eum, qui patrimonialibus; ſed etiam qui animi bonis † caret, maliſquè moribus imbutus eſt (ad externæ paupertatis ſimilitudinem) dici: notat 179
eleganter Bald *in l. Humilem, in fin. C. de inceſt. nup.* Iaſ. *in l. Si conſtante, num. 145. in fin. D. ſolut. matrim. vbi* Franciſc. Ripa *num. 34. Dec. in auth. Præterea, num. 15. C. vnde vir & vxor.* Alexand. *conſ. 209. num. 3. & ſeq. lib. 6.* Petr. Roiz. Maur. *deciſ. Lituanica 4. num. 225.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 65. num. 14.* Andr. Gail. *practic. obſeru. lib. 2. obſeruat. 95. num. 19.* Hieronym. Buccaron. *de different. inter ius ciuil. & crimin. differ. 100. num. 27. prope fin.* Marius Giurba *in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. capite 3. gloſ. 4. numero 10. in fin. p. 1.*

Cùm enim pauper dicatur, qui externis; multò magis, qui internis, & animi bonis caret (quæ propriè, & verè bona † dici poſſunt, & debent,) 180
pauper erit. *Bona* enim ex eo dicta ſunt, quod *beant* (hoc eſt beatos faciunt) *l. Bonorum appellatio, 49. D. de verbor. ſignif.* Camil. Borell. *de Magiſtrat. edict. lib. 1. cap. 13. nu. 12.* & apud Græcos, & Latinos, verbum, *Beo*, ſignificate † idem quòd *Dito, Beatitudo, & Diuitia*; tradit Andr. Tiraq. *in l. Si vnquam, verbo,* 181
Bona, numero 1. & ſeqq. C. de reuocand. donat. vbi plura ad hæc videri poterunt. Conuenit Horatius *epiſtolarum lib. 2. epiſtol. ad Numitium.*

Ergò

Si res ſola poteſt facere, & ſeruare beatum.

Et lib. 2. ſermon. Satyra 6.

Vtrùm ne

Diuitiis homines an ſint fortuna beati.

Et

Et Iuuenal, Satyra 14.

Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant.

Et Senec. epist. lib. 4. epistol. 27. *Calphisius Sabinus memoria nostra fuit diues (* ait *) & patrimonium habebat libertini, & ingenuum. Nunquam vidi hominem beatum indecentius.*

Externa autem bona nequaquam homines beatos faciunt.† Licèt enim diuitiarum frons hilaris sit, multis tamen intùs amaritudinibus
182 sunt refertæ, vt inquit Valer. Maxim. *lib. 4. de paupert. cap. 1. & lib. 6. de varietat. casuum cap. fin.* vbi hæc adiicit. *Caduca nimirum hæc, puerilibus consentanea crepundiis sunt, quæ vires, atquè opes humanæ vocantur. Affluunt subitò, repentè dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nexa radicibus consistunt, sed incertissimo statu fortuna, huc, atquè illuc acta, quos in sublime extulerunt, improuiso decursu destitutos, in profundo cladium miserabiliter immergunt. Itaque neque existimari, neque dici debent bona, quæ vt inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicent, propensiore fauore primò delinitos, maiori postèà malorum cumulo opprimere solent.* Matthæus etiam Bossus *1. par. epist. vltim. Non sunt certa (* inquit *) solidaquè hominis bona, quæ sua semper esse non possunt*, pro vt eum refert *Addition.* Guil. Benedict. *in proœm. repet. cap. Rainuntius, de testam. verb. Vt initium.* Quodquè Philosophorum exēplis confirmat. Pulchrè Senec. *de diuin. prouidentia*, in hæc verba: *Isti, quos profœlicibus aspicitis, si non qua currunt, sed quà latent videritis; miseri sunt; sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum, extrinsecus culti. Non est ista solida, & sincera fœlicitas, crustra est, & quidem tenuis.* & in lib. de tranquillitate vitæ, capit. de mutatione animi. *Transeamus (* inquit *) ad patrimonia, maximam humanarum erumnarum materiam. Nam si omnia alia, quibus angimur compares, mortes, ægrotationes, metus dolorum, laborumquè patientiam, cum his, quæ nobis mala pecunia nostra exhibet, hæc pars multum prægranabitur.*

Bona verò interna, & animi, verè, & propriè, plenoquè ore *bona* dici, existimariquè debent. Tùm propter eorum existentiam, † & durationem quippè, quæ neque cum homine
183 mortali pereunt, ipsumquè spiritum corpore exutum non deserunt, iuxta illud Ouid. *lib. 3. Tristium, elegia 7.*

Singula quid referam? nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis, ingeniiquè bonis.

Senecæquè Tragœdi in Octauia. actu 2.

Sola perpetuo manent
Subiecta nulli mentis atque animi bona.

Eleganter Plinius *lib. 1. epistol. epist. ad* Caninum Rufum. *Effinge aliquid, & excude; quod sit perpetuo tuum. Nam cum reliqua rerum tuarum post te alium atquè alium dominum sortientur: hoc nunquam tuum desinet esse, si semel cœperit.* Hæc ille. Non absimile Senec. *epistol. lib. 2. epist. 8.* in fin. ibi: *Alienum est omne quidquid optando venit.* & ibi: *Alienum est tuum, quod fortuna fecit tuum.* Et epist. lib. 16. epist. 99. *Mortale est omnium mortalium bonum.* & lib. 3. epist. 20. *Huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus, vt contentus sis temetipso, & ex te nascentibus bonis. Quid potest esse fœlicitas proprior?* Et lib. 4. epist. 27. *Aliquod potius bonum mansurum circunspicè, nullum autem est, nisi quòd animus ex se sibi inuenit. Sola virtus præstat gaudium perpetuum, etiam si quid obstat nubium.*

Tum quia animi bona verè, & propriè *beant*, † hoc est, beatos homines faciunt. Cui beatitudini nequaquam paupertas repugnat exte- 184
rior. Licèt enim bonis externis careant: si tamen animi abundent, beati sunt. Est huius veritatis (vulgò incognitæ) validissimus assertor *Horatius lib. 4. serm. Satyra 9.*

Non possidentem multa vocaueris
Rectè beatum, rectiùs occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter vti,
Duramquè calet pauperiem pati;
Peiusquè letho flagitium timet.

Verumquè ostendit *Anaxagoræ Clasici* responsum. Qui cuidam interroganti, quis nam esset beatus? *Nemo, inquit, ex his, quos tu fœlices existimas; sed eum in illo numero reperies, quæ te ex miseris constare creditur. Non erit ille diuitiis, & honoribus abundans, sed aut exigui ruris, aut non ambitiosæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor: in secessu, quam in fronte beatior.* Vt refert Valer. Maxim. *lib. 7. de sapienter dictis, aut factis, cap. 12.* Cui simile est, quod idem ipse Valer. *lib. 7. de fœlicitate, capit. fin.* de *Gige Lidorum Rege* potentissimo scribit. Scitè Plinius *nepos ad Quintilianum suum, epistolar. lib. 6. Te porrò animo beatissimum, modicum facultatibus scio*, (ait.) Beatitudo namquè, & fœlicitas, secundum *Philosoph. politico. 7.* non est in bonis exterioribus.

Vnde colligitur manifestè, eum qui plura externa bona, diuitiasquè habeat, si animi egeat bonis, malisque sit imbutus moribus pauperem † reputari; è contrà verò, quantuncumque externis facultatibus carentem; animi tamen bonis abundantem præditumque, pauperem appellandum non esse. Quod ostendit *Psalmista Psalm. 33. Timete (* inquit *) Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt, & esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* D. item probat Augustin. *7. de ciuit. Dei, cap. 12.* in hæc verba: *Dicimus diuites, sapientes, iustos, bonos, quibus pecunia vel nulla, vel parua est: magis sunt virtutibus diuites, per quas eis, etiam in ipsis corporalium rerum necessitatibus, satis est, quod adest. Pauperes verò semper inhiantes, & egentes,* prout eum refert Lucas de Pen. *in l. Domini, nu. 4. C. de agric. & censi. lib. 11.* tenentque in principio adducti, Pet. Roiz. *d. decis. 4. num. 227.* Alexand. *d. cons. 209. num. 3. lib. 6.* Andr. Gail *d. observatio. 95. num. 19.* Francisc. Ripa, & alij. Quod pulcherrimè demonstrauit Seneca *in libr. de diuina prouidentia* Sic dicens: *Persuadebo deinde tibi, ne nunquam boni viri miserearis, potest enim miser videri; non potest esse.* Miser autem verè est, & pauper, qui prauis, deperditisque moribus imbutus est, quibus

nec

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

nec auxiliantur leges;† nec miserabilium, aut pauperum competunt priuilegia ; teste Bald. *in auth. Cui relictum, num.9. C. de viduis, toll.* & profitentur omnes proximè adducti : quia mali mores excusare non solent.

Hæc autem de animi paupertate (id est de bonorum morum , virtutumvè carentia) ad bonorum externorum paupertatis ; indigentiæquè similitudinem adiecimus, non quòd paupertatis exterioris à nobis suprà tradita definitione comprehendi necesse sit, cum magis interioris paupertatis speciem constituat. Ideoque alia, quæ necti hac in re possent, consultò omittimus.

Paupertas quomodò probetur?

SVMMARIVM.

1 *In omni casu tam ciuili , quàm criminali duo adminùs testes requiruntur , nec minori numero, vnico scilicet, quamtuncumque digno, tam humano , quàm diuino iure creditur;* & nu. seqq.

2 *Et etiam si Senatoria , aut Præsidiali dignitate præfulgeat.*

3 *Princeps statutum , vel consuetudo efficere non possunt (generaliter saltem, & in omni casu , quandoquè de tertij non leue præiudicio agitur) vt vnico testi plena adhibeatur fides.*

4 *Nec piæ causæ fauore vnico testi creditur,* remissiuè.

5 *Vel vbi iudici* sola veritate inspecta *iudicare commissum est,* remissiuè.

6 *Nec Cardinali, Regi, aut Pontifici plenè creditur, vbi de tertij non leue agitur præiudicio,* remissiuè.

7 *Paupertas duobus testibus probanda est, euidentissimè, vel notoriè,* & n. seqq. *Contra* n. 16. & seqq.

8 *Verbum ,* Euidentissimè , *notorium denotat. Et qualiter accipiatur?* num. 49.

9 *Vbi manifesta , vel euidens probatio à lege requiritur , quæ probatio necessaria sit?*

10 *Et an sufficiat per testes , vel instrumenta? vel necessariò sententia definitiua desideretur?*

11 *Paupertas plenè ab eo , qui pauperem se dicit, cuiusvè fundamentum est, probari debet.*

12 *Probatio per duos testes, plena dicitur.*

13 *Conueniens testimonium est vicinorum ad paupertatem probandam.*

14 *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*

15 *Paupertas sufficienter probatur , si vicinus dicat,* scio, quia vicinus sum.

16 *Paupertas probatur vnico teste, etiam parte non citata, ad effectum trahendi aduersarium ad Curiam in prima instantia.*

17 *Et ad effectum ne officialibus Curiæ sportulæ , vel salaria soluantur , & vt omnia fiant gratis, ex iure Communi & regio.*

18 *Et an vnico teste probetur paupertas , vt litiganti pauperi alimenta præstentur?*

19 *Alimenta præstanda sunt pauperi litiganti pro se præsumptionem , vel vnius testis dictum habenti.*

20 *Paupertas per iuramentum, vel testimonium Magistratus vbi pauper degit ; probatur.*

21 *Et per ipsius partis iuramentum ; ad hoc vt à carceribus liberè relaxetur , ob indicis, vel officialium sportulas, vel salarium.*

22 *Et simplici partis assertione probatur etiam paupertas , refunditquè in aduersarium, contrarium probandi onus.*

23 *Et an præsumptio, suspicio, aut verosimilitudo præter assertionem requiratur?* & numer. 24. 25. 26. 27. 28. & 29.

27 *Paupertas vt naturalis qualitas inesse præsumitur, cum omnes nudi nascantur.*

28 *Olim pauper, & nunc pauper præsumitur.*

29 *Paupertas vt negatiua, sui natura improbabilis est.*

30 *Paupertas per famam publicam , vulgique probatur opinionem.*

Limita & intellige, vt n. 31. 32. & 33.

35 *Confessio mariti dicentis se vergere ad inopiam, aduersus creditores non admittitur, sed simulata præsumitur.*

85 *Secus quoad ipsum maritum , confessio enim eius etiam extiudicialis sufficit , vt tanquam à paupere dotem possit repetere vxor. Limita vt* num. seq.

37 *Ex eo, quòd quis in hospitali degit, non tanquam administrator, medicus, vel similis; probatur paupertas.*

37 *Item ex eo , quòd ob æs alienum ad Ecclesiam confugit.*

39 *Vel si domum æris alieni timore non exeat, in carceremvè sit detrusus.*

40 *Vel quia in proprio domicilio stare non potest, aut quia decoxit.*

41 *Vel quia bonis cessit.*

42 *Vel quia eius bona fuerunt confiscata ; & Cameræ applicata.*

43 *Vel ex eo , quod quis discalceatus incedit, ostiatimvè mendicat.*

44 *Mendicantes validi qualiter puniantur, quasquè pœnas incurrant?*

45 *Item probatur paupertas per discutionem bonorum à nuntio mandato iudicis factam, vel per liberum æstimi.*

46 *Vel ex eo , quòd quis solitus sit pro aliis fideiubere. Limita vt* numer. seq.

48 *Itẽ ex eo, quòd sub vsuris pecunias retinet.*

49 *Interpretatio ad text. in l. si constante, 25. D. solut. matrim.*

50 *Arbitrio iudicis relinquitur , quæ euidens probatio in præsenti (etiam vbi de tertij agitur præiudicio) dicatur.*

51 *Paupertas præsumptionibus, & indiciis sufficienter probatur.*

QVÆSTIO V.

VVlgaris , tritaque iuris est regula. In quolibet negotio, vel causa, tam ciuili, quàm criminali, duos adminus † testes requiri, eosque plenam fidem facere ; *text. in l. Vbi numerus, 12. D. de testib: in l. Theopompus, 14. D. de dot. præleg. in l. 1. §. fi. D. quemadmod. test. aperi: c. In omni negotio, 4. extra de testib. c. Ex insinuatione, 3. de procurat. c. fin. de succes. ab intest. cap. Cùm esses. 10. de testam:*

Nec minori numero) vnius scilicèt testimonio) vllam posse causam terminari, *cap. Licèt vnius sis, 23. in fin. cap. Veniens, 38. cap. Licèt ex quadam, 47. & d. cap. In omni negotio , de testib.*

testib. l. iuri iurandi, 9. vers. Simili modo, C. eod. l. Is cui fideicommissa, 20. D. de quæstion. Specul. in tit. de testib. in §. Restat, num. 7. Paz *in praxi, 1. p. to.* 18. *tempore, n.* 10. Et ne in re tam clara immoremur, qui plures desideret, propè infinitos adductos per *Farin. lib. 2. praxis crimi. tit. 6. quæst.* 63. *num.* 1. videre poterit, è quibus regulam hanc non solùm communiter receptam: sed apud omnes indubitatam, sine dubitatione asseri posse, affirmat: præter eos etiam Dionys. Gothofred. *in d. l. Theopompus, 14. de dot. præleg. & in d. l. iuri iurandi, verbo, Vt vnius, lit. S.* Idquè ostendit Seneca *controuersiar. lib. 4. controuersia 17. sub vers.* Varius Geminus. *Qui testes* (inquit) *imò qui testis? Vni enim etiam de minoris scelere non creditur.*

Quod non solùm de iure Ciuili, & Canonico; sed etiam de iure diuino procedit; *tex. in cap. Admonere, 8. 33. qu. 2. cap. fin. in fin. 35. qu. 6. cap. 17.* Deuteronomio ibi: *In ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur & cap. 19. Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit. Sed in ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum.* & Matth. 18. *capit. Vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Plures refert (quos adducere superfluum esset) *Prosper Farin. vbi sup. num.* 2. Multas prædictæ regulæ numeris sequentibus ampliationes assignans, asserensque procedere in teste etiam Senatoria, † aut 2
Præsidiali dignitate constituto, & in quolibet quantumcumque digno. Adeò vt neque statuto, † vel consuetudine, nec à Principe, vel Papa fieri possit, vt (generaliter saltem, & in omni casu) vnico testi plena adhibeatur fides, quandoquè de tertij agitur præiudicio, nec leue præiudicium est. Nec etiam piæ causæ fauore 3
† vnico credendum esse testi. Vel vbi iudici 4
sola veritate inspecta † iudicare commissum 5
est; nec Cardinali, † Regi, aut Pontifici (vbi 6
de tertij non leue, vt diximus, agitur præiudicio) concludit ex *d. numero 63. cum seqq.* ad quem, & ad *d. numero 63. cum seqq.* ad quem, & ad *Anto. Gabriel. commun. conclus. tom. 3. titul. de probat. conclus. 2. per tot. & conclus. 3.* latissimè (vt alios omittam, hac de re agentes) reuurrere in casus contigentia licebit.

Ex quibus paupertatem, pauperemvè quem 7
esse, duobus ad minus testibus † probandum, nec vnius standum dicto, videbatur firmandum. Et ita in specie (post alios, quos refert) tenet Ioan. Maria Nouari. *in praxi elect. & variat. fori, quæst. 17. sect. 1. num. 10. 11. & 12. & collect. 144. num.* 4. Didac. Cou. *var. lib. 2. cap. 6. nu. 8. vers. Item satis probatur paupertas.* Probaturque ex decisione *text. in leg. si constante, 24. D. solut. matrim.* vbi *Iureconsult. Vlpianus* ad paupertatem probandam, euidentissimam requirit probationem, cuius sunt verba: *si constante matrimonio propter inopiam mariti mulier agere vellet, vnde exactionem dotis initium accipere proponemus? & constat exinde dotis exactionem competere; ex quo euidentissimè apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere.* Vbi autem *euidentissima* requiritur probatio, non nisi plena, & indubitabilis sufficit. Quinimò magis quàm plena desideratur. Verbum enim *Euidentissimè*, notorium † denotat, vt obseruat ibid. *Bart. num. 11.* 8

Idemquè etsi *euidens*, † vel *manifesta* requi- 9
ratur; *text. in cap. Cùm olim, 24. de verbor. significat.* ibi: *Offensam illam nos rescribimus intelligere manifestam, quæ vel per confessionem, vel probationem legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla possit tergiuersatione celari*; text. *in cap. 1. de in integr. restitut.* ibi: *Quòd si Ecclesiæ læsa est, & manifestè apparet detrimentum ipsius.* & ibi: *Quæ in damnum eius data constiterit*, vbi id notat *glos. d. verb. Constiterit.* Imò sententiam diffinitiuam, vt *constare* † di- 10
catur, requiri; voluerunt *Iacob. de Are. & Ray. in l. Qui Roma, 122. §. Augerius, D. de verb. oblig.* Quod ob eorum authoritatem menti tenendum, dicit ibid. *Alexand. num.* 3. Licèt ipse sententiam necessariam non esse existimet, si aliter per probationum euidentiam constet, ex iutibus proximè adductis, & tenet alios referens *Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 75. num.* 21.

Plenè igitur paupertas ab eo cuius fun- 11
damentum est, pauperemvè se dicit, siue actor, siue reus sit, probanda erit; *glos. in l. si vero, 5. §. qui pro rei qualitate, verbo, Dubitetur, D. qui satisd. cog.* Dec. *cons. 120. num.* 3. Ludouic. Rom. *cons. 163. numer.* 4. Riminald. Iun. *cons. 593. numer. 65. lib. 5. & cons. 752. num. 3. lib. 7.* Matth. *de* Afflict. *decis. 377. num. 4. 6. & 7. vbi eius addit.* Vtil. *numer.* 1. Andr. Tiraquel. *de retract. lin. g. §. 32. glos. vnic. numer.* 94. Roland. *à* Valle *cons. 20. numer. 19. lib. 2. & cons. 92. numer. 23. eod. lib.* latè Couarruu. *d. cap. 6. numer. 2. lib. 2. variar.* Marc. Anton. Natta *cons. 343. num. 3. & cons. 358. numer. 7. & 8. lib. 2.* Laurent. Syluan. *cons. 69. numero 22. lib. 2.* Ioseph. Mascard. *dict. conclus. 1159. num. 4. & seqq.* vbi de communi, Ioan. Bapt. Villalob. *in suis communi. opin. lit. D. num. 309.* de communi testatur etiam Cornel. Benincac. *de paupert. quæst. 6. principali numer. 1.* Franc. Hercul. *de negatiua proband. n. 12. & 13.* Petr. Plaça *in epito. delictor. cap. 31. post num. 21.* vbi receptissimam dicit sententiam, Fului. Pacian. *de probationib. lib. 1. quæst. 54. nu. 10. & seqq.* Prosper. Farinac. *lib. 2. praxis criminal. tit. 6. quæst. 57. num. 86. & duobus seqq.* Iacob. Menoch. *de præsump. lib. 6. præsumpt. 25. nu. 14. & cons. 321. ex numer. 22.* Aymon. Crauet. *cons. 911. num. 3. & cons. 946. num. 9.* Petr. Benint. *decis. 22. n. 13.* Gaspar. Baeça *de non melior. ratio dot. filiab. cap. 36. nn. 13. & 16.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. 1. par. cap. 1. num. 22.* Petr. Cened. *in suis practi. quæst. q. 14. num. 5.* Alphons. Hoxed. *de benefic. in compar. 2. par. c. 9. nu. 10.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 24. nu. 7. & tit. 7. qu. 8. num. 14. & decis. 320. nu. 5. & decis. 141. num. 2.* Lancellot. *Gallia in consuet.* Alexand. *glos. Solidos, quæst. 6. nu. 83.* Roderic. Suar. *in l. 1. tit. de arris, num. 15. & 16.* Cæsar. Barzi. *decis. 69. num. 36. & decis. 80. numer. 7.* vbi communem dicit; Andr. Gail. *practic. obseruat. lib. 1. obseruat. 142. num. 2.* Francisc. Beccius, communem asserens, *cons. 105. numero 28. volum. 1.* Anton. Grauat. *in addit. ad Ottani. Vestr. in pract. lib. 4. capit. de dolo, & contum. verbo, Paupertas, num. 29.* Ioan. de Castil. *controuers. libro tertio cap. 27. numer. 5.* Vincent. de Franch. *decis. 585. in fin.* Ioan. Aloys. Ricci. *in praxi varia, resolut. resoluti. 381. numero 3. decis. Rotæ* Bononi. *25. num. 66. & 68.* Camil. Borrel. *de Magistrat. edict. libro 1.*

cap

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

*cap.15.num.15.*Ioan.Mar.Nouar.*in praxi elect. & variat.fori.quæſt.17.num. 8.& 9.ſect.1.*Luc. Matth.Apicell.*in tutami. pauper.tit.1.de dilat. quinquen.num.18.& ibi* Maurit.Apicell.*in eius additio.nu.30.*

Vndè duobus, nec minori teſtium numero, probatio paupertatis fiat, neceſſe eſt,quæ plena † dicitur ex iuribus latè in principio deductis, *& notat gloſ.in l. cùm de indebito,25.verbo, Legitimis, D.de probatio* Felin.*in cap.Prudentiam,§.Sexta,nu.2.extr.de offic.deleg.* Andr. Barbat.*in cap. Aſſi clerici, numero 105. de iudiciis,*Iaſ.*in l.fin.§.Licentia,numero 2.C.de iure deliber.* Dec.*in rubric. extr.de probat.numer.8.* Paz *in praxi, 1. part. tom. 1. octauo tempore, num.5.* 12

Conuenienſque in hac materia teſtimonium eſt vicinorum,† & familiarium,vt (poſt alios tenet Ioſeph. Maſcard. *de probatio. d. concluſ. 1195. numero 23.& ſeqq.& numero 39.*Franciſc. Marc. *deciſ.Delphinat.596.numero 2.lib.* 2.Fulu. Pacian. *d.cap. 54.num.39.*Palac.Rub. *in repet.cap. per veſtras,* §.18.*numer.32.& 35.* Andr. Gail. *practicar.obſeruat.libro 1.obſeruat. 142.numero 6.* Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ. c.660. ex numero 1.cum ſeqq. tom. 4.* vbi quòd hic, eſt melior,& tutior modus probandi paupertatem, vt ſi dicant,non niſi tot bona quem habere, quòd ſi haberet alia,ipſi ex familiaritate , aut vicinitate ſcirent , *gloſſa* eſt *in auth. de hæredibus, & Falcidia,* § *ſi verò abſunt,verbo,vidiſſe,collatio.*1.Et apertior *in leg.1.in princip.verſ. Hoc interdicto,verbo,an non,propè fin. D.de itiner. actuque priuat.* Ludouic.Roman. *conſ.196.numero 9.* Didac.Couar.*variar.reſol. lib. 2. cap.6. num. 8. verſ. Caterùm paupertas,* valde prædictas extollens gloſſas,Franc. Hercula. *de negat. proband. numero 252.* Proſper. Farinac. *deciſ.nouiſ. Rotæ Roma.532.numer.2. par.2.* 13

Vicinus enim facta vicini † ſcire præſumitur ;*text.in capit. Quoſdam, 7. & ſeq.de præſumpt. vbi* Felin. *num.1.& ſeqq.& in cap.Literis,12.numero 2.verſ.ex quibus,& numer.5. & ſeqq.eod.tit.text.in leg.1.in princip.verſ.Flumen à riuo,D. de fluminib.& ne quid in flumin.public. leg. ſi vicinis, 9. C.de nuptiis,l.filium enm definimus, 6. in fin. D. de his, qui ſunt ſui,vel alieni iuris;*latè plures referens Anton. Gabriel *commun. concluſ. tom.3. tit.de præſumption.concluſ.6.numero ſecundo & ſeqq.*Cardinal.Tuſch. *practic.concl. lit.V.concluſ.201.per tot.& lit.S. concluſ.62.*Palac.Rube. *d.§.18.numer.32.*Ioan. Baptiſt. Coſta *de facti ſcientia,& ignor.cent.1. diſtinct.17.num.2.* 14

Ideoque ſufficienter paupertas probatur ſi teſtis dicat ſcio quia vicinus † ſum. Felin. *in d.cap. Litteris, num.6.& 7.*Alex.*conſ.80.numer. 7.lib.2.*Cardin.Tuſch.*vbi ſup.numer.3.4. 5.& 6.* 15

In his enim quæ vero ſimiliter , & à communiter accidentibus vicinos latere non ſolent, nec poſſunt, vt paupertas, diuitiæ, boni, vel mali mores, & ſimilia; ſufficiens ad probationem redditio rationis eſt , vt dicunt ſuprà relati, latè plurimos referens Palac. Rub. *dict. num.32.verſiculo, Et inde eſt,& num.35.& numer.37.verſ.concludo igitur.*

Licèt autem ad paupertatis probationem ex omnibus ſuprà dictis plena requiratur (& ſic per duos teſtes) probatio, & minorem,aut ſemiplenam non ſufficere , facile ſit conijcere; Sæpiſſimè tamen, paupertatis fauore,ſemiplena ſufficit , vniuſque probatur dicto. † Siquis enim, paupertatis ratione ad Curiam in prima inſtantia alium trahere velit,caſumque Curiæ facere ; ſatisfaciet , poteritque eo gaudere priuilegio , ſi vnico teſte paupertatem ſuam probet ; imò neque ad id partis aduerſæ, quæ ad Curiam trahitur, vel trahi deſideratur,præſentiam , vel citationem requiri (ex Couarr. & aliis (not. Ioan.*à* Caſtillo *controuerſ. lib.3.capit.25.numero 28.* Thom. Valaſc. *allegat. 65. numero 25.*Ludoui. Mexia *in tractat. taxæ panis, concluſ. 1. numero 44.* vbi & ad id poſſe pauperem coram iudice municipij ſui paupertatis probationem facere, modò coram nouarum actionum iudicibus vnum de paupertate teſtem proferat,aſſerit.Id quod ex *l.Regia,* ſequenti numero referenda, deducitur , tenetquè cum aliis ibidem citatis Emmanuel Barboſ.*in remiſ. Doctor. ad Ordinat.regiam Luſitan.lib.3.tit.5.§.3.n.9.* 16

Ad effectumque vt in Regalibus Audientiis officialibus ſtipendia pauperes , non ſoluant, iuuentur, omniaque eis fiant gratis,vnius † teſtis à Cameræ, cauſęque notario recepti teſtimonio ſtandum,diſponit *Regia lex 25. tit.12. lib.1.nouæ collection.* cuius verba ſunt*: Mandamos , que quando alguno ſe dize pobre para ſe eſcuſar de pagar derechos a los oficiales de las Audiencias,que baſte la informacion que de ſu pobreza truxere de fuera parte, dando vt teſtigo en la Audiencia que concluya , con tanto que lo tome el eſcriuano de la cauſa.* Eandem ſententiam (præter regiam diſpoſitionem, vnicum teſtem in hoc caſu ſufficere ; etiam abſque partis alicuius citatione) tenet *Burgius de modo procedendi ex abrupto, quæſt. 21. numer.8.& 9.* 17

Ita etiam vt alimenta pauperi litiganti decernantur , vnicum † de paupertate deponentem ſufficere teſtem , profitetur (ex *Ludoui. Molina , Tiberij Deciani, & Iacobi Menochij,* quos adducit , ſententia) *Hieronym. Zeballos communi. contra commun. lib.3. quæſt.757. numero 120.* Qui tamen (vt verum fatear id ad quod eos Zeballos allegat,probare nominatim non videntur , ſed alimenta decernanda ei , † qui licèt omninò , & plenè intentionem ſuam non probauit ; boni tamen iuris præſumptionem habet. Quod efficere vnius teſtis dictum poteſt , ex ſuprà relatis , & multis aliis, quos adducit , & cum quibus hanc ſententiam tenet *Joan. Petr. Fontanel. de pactis nuptial. 2. tom.clauſul. 6.gloſ. 2. par.4. num.* 52. & latiùs *d.quæſt.39.*infrà monſtrabimus. 18 19

Per iuramentum etiam , vel teſtimonium Magiſtratus † vbi pauper degit, probari paupertatem , firmat Andr. Gail. *practic. obſeruat. lib 1.obſeruat.142.n.6.*allegat Bart. *& Doctor. in l.ſi vero, 5. Qui pro rei qualitate, D.qui ſatisd.cog.* 20

Et per ipſius partis iuramentum , † ad hoc vt à carceribus liberè relaxetur , ſi ob iudicis, vel aliorum officialium ſportulas,vel ſalarium retineatur, pauperem ſe dicentis,neque ſoluere poſſe,paupertatem probari, libereque relaxandum,diſponit *text. in l.20.21.22.& 23.tit.12. lib.1.nouæ Regia collectio.* 21

22 Quinimò, & ſimplici partis aſſertione † (vt ſi quis ſe tantùm domum aliquam, vel fundum poſſidere aſſerat (probabitur: qui enim plura bona habere contendit, probare debere; idquè etiamſi de magno præiudicio agatur; tenet *gloſ. in leg. Cùm de lege*, 17. *D. de probatio.* Batt. Bald. Alex. Cornel. Rip. Crot. Curt. Senior, Ruin. Felin. & Couar. quos refert Ioſeph. Maſcar. *de probat. concluſ.* 1159. *numer.* 40. & 41. eamquè defendit Franc. Herculan. *de negat. proband. numer.* 255. Anton. Gabr. *commun. concluſ. tit. de probationib. concluſ.* 7. *in princip.* vbi multos hanc communem dicentes, allegat, magiſque communem dicit *idem ipſe ibi n.* 8. pluresque pro ea adducit Iacob. Menoch. *de præſumptio. lib.* 6. *præſump.* 26. *num.* 5. *verſiculo, Cùm verò illo ſecundo modo, & conſ.* 98. *numero* 49. qui ab omnibus receptam teſtatur, Rolandus *à* Valle *conſ.* 19. *num.* 9. *lib.* 4. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 42. *numero* 73. Ioan. Cephal. *conſ.* 133. *num.* 53. vbi etiam hanc magis communem, & veriorem ſententiam dicit, Petr. Surd. *deciſ.* 316. *num.* 6. & *conſ.* 267. *numero* 33. & *ſeqq.* & *conſ.* 434. *numer.* 30. nouiſſimè Marta *deciſ. ſeu voto* 178. *num.* 2. Stephan. Grat. *diſcept. Forenſ. lib.* 4. *cap.* 660. *numer.* 7. Vincent. Carot. *in tract. de excuſ. bono. par.* 2. *quæſt.* 35. *numero* 6. communem dicens latequè hanc comprobans *num. ſeqq.*

Licèt vt hæc communis ſententia indubi-
23 tanter procedat, † velit (poſt antiquiores) Didac. Couar. *d. lib.* 2. *variar. reſol. capit.* 6. *numer.* 4. *verſ. ex his poterit tractari.* & alij relati per Ioſeph. Maſcard. *d. concl.* 1159. *numer.* 42. quos etiam ſequi ipſe videtur) aliquam pro paupere debere adeſſe præſumptionem, ea verò ceſſante per ſolam aſſertionem, communem non procedere. Præter quos idem etiam tenet Ioan. Gutierr. *de iuram. confirmat. 1. par. cap.* 1. *num.* 27. Cæſar Barzius *deciſ.* 69. *numer.* 36. allegans quoquè Benintend. *deciſ.* 22. *numer.* 13.

Alij non præſumptionem, ſed ſaltem ſuſpi-
24 cionem, vt prædicta † communis procedat opinio, requirunt; vt (ex Alciato *de præſumptio. regul.* 3. *præſumpt.* 20. & aliis) oſtendit Couarr. *loco ſuprà citato.*

25 Vero ſimilitudinem † alij, Marc. Anton. Natta *conſ.* 214. *numer.* 8. Hieronym. Gabriel *conſ.* 118. *num.* 7. *lib.* 2. Aliterque alij, vt per Menoch. *d. lib.* 6. *præſumpt.* 26. *numer.* & 5. & Martam *d. voto, ſiue deciſ.* 178. *nu.* 4. & 5. Quodlibetque iſtorum ſufficere aſſerit Vincent. Caro. *d. quæſt.* 35. *num.* 10. 12. & 13.

26 Eam tamen gloſſam ſimpliciter, indiſtinctè, & abſque aliqua declaratione, vel reſtrictione procedere, † teſtatur Iaſo. *conſ.* 34. *num.* 11. *lib.* 1. Carol. Ruin. *conſil.* 67. *num.* 14. *lib.* 5. Socin. Iun. *in rubr. D. de noui oper. nunciat. num.* 139. And. Alciat. *d. reg.* 3. *præſumpt.* 20. Franciſc. Herculan. *de negatiua proband. numer.* 255. Franciſc. Burſat. *conſ.* 23. *numero* 2. *lib.* 1. Petr. Surd. *d. conſil.* 267. *numero* 35. & *conſ.* 434. *nu.* 3. Petr. Barboſ. *in l. Maritum, num.* 35. *D. ſolut. matrim.* Eſtquè communis ſolutio, vt profitetur Marta *d. deciſ.* 178. *numer.* 6. *poſt* Herculan. *dict. numer.* 55. de communi etiam teſtatur Vincent. Carot. *ſupr. d. numer.* 13.

Cui auxiliatur ſententiæ, ſemper pro aſſe-
tente ſe pauperem, præſumendum, cum pau-
pertas, vt naturalis qualitas † (quippè cum omnes nudi inopéſque naſcamur, *cap. Sicut, quadrageſimo-ſeptimo, diſt.*) ineſſe præſumatur, tenent Cornel. Benincac. *de paupert. quæſt.* 3. *princip. num.* 5. Petr. Cened. *in collect. iuris Cano.* 27. *num.* 13. 1. *part.* & Tiber. Decian. *reſponſ.* 42. *num.* 2. *libro* 2. Ioan. Mar. Nouar. *in collect. ſuper prag. reg. Neapol.* 134. *num.* 2. Vincent. Carot. *de excuſ. bon. quæſt.* 35. *nu.* 11. *part.* 2. Nec præſumptionem naturalem pro ſe habens, tenetur ſe probare talem, qualem ſe facit, *Maſcar. de probationib. tom.* 3. *concluſione* 1253. *num.* 8. 27

28 Ideoquè olim pauper, † & nunc pauperem præſumi, niſi contrarium probetur, abſque eo, quòd temporis curſu qualitas illa videatur ſublata; tradunt Cornel. Beninc. & Pedr. Cened. vbi ſuprà, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſina* 33. *num.* 20. *part.* 1. Tiber. Decian. *d. reſponſo* 42. *n.* 3. Ioan. Maria Nouar. *in praxi elect. & variat fori, quæſt.* 17. *nu.* 8. *ſect.* 1. Fauius Timæus *in addit. ad Hieronym. Magon. deciſ. Lucenſ.* 40. *ad numer.* 24. *lit. B.* Cæſar. Barz. *deciſ.* 69. *num.* 35. & 42.

29 Item quia ſui natura huiuſmodi aſſertio, vt negatiua, improbabilis † iudicatur; iuxta *tex. in c. Bonæ memoriæ el* 1. 33. *in ordine, poſt med.* ibi: *Et quòd citati non fuerint, non poſſe de facili comprobari; quia negantis factum, per rerum naturam nulla eſt directa probatio, de elect. & in c. Quoniam contra* 11. *de prob. l. Actor,* 23. *C. de prob.* ita affirmarunt Bald. *in l. Paupertas, de excuſ. tut. &* Iaſ. *in l. ſi conſtante, n.* 142. *D. ſolu. matr.* ſequitur Hierony. Buccaro *de differ. inter iudic. ciuil. & crim. dif.* 100. *numero* 26. Minori ideo probationum ſuffragio paupertatis aſſertionem fulciri contendens.

30 Hincquè fit per famam † publicam, quòd quis communiter pauper reputetur, paupertatis probationem conſtare, dicuntque *gloſ.* 1. *in l. Vbi adhuc,* 29. *C. deiur. dot.* Bart. Bald. Alex. *& alij in l. ſi conſtante, D. ſolut. matr.* Oldrad. *conſ.* 277. *n.* 2. Laurent. Calc. *conſ.* 8. *n* 7. Carol. Ruin. *conſ.* 81. *n.* 9. *lib.* 5. Fab. *de* Pepe *in auth. Præterea, n.* 73. *verſ. Nam iudex, C. vnde vir, & vxor.* Ioſeph. Maſcard. *de prob. d. concluſ.* 1159. *num.* 19. Cou. variar. *lib.* 2. *dict. cap.* 6. *numero* 8. *verſ. Item ſatis,* Crau. *conſ.* 201. *num.* 46. Petr. Auguſt. Morl. *in emptor. iuris, q. vlt. n.* 6. Sfor. Oddus *in tract. de reſtit. in integ. p.* 1. *q.* 38. *art.* 5. *numero* 94. *verſ. quartum exemplum,* Franc. Hercul. *de negat. proband, nu.* 293. Proſp. Farinat. *deciſ. nouiſſim. Rot. Rom. p.* 2 *deciſ.* 233. *numer.* 2. *in fin. & deciſ.* 532. *numero ſecundo* id eſſe de ſtylo Rotæ, dicens, & *deciſ.* 292. *num.* 1. *p.* 1. Ioan. Maria Nouar. *in praxi election. & variat. fori ſect.* 1. *capit.* 17. *num. fin.* Carot. *de Amatis deciſ.* 72. *numero* 12. Hieron. Magon. *deciſ. Florent.* 50. *numero* 24. Stephan. Gratian. *deciſ.* 34. *numero* 12. Pirth. Maur. *de fideiuſſor. ſect.* 6. *par.* 2. *princ. cap.* 3. *numero* 188. Marius Muta *deciſ.* 23. *numero* 21. Sebaſt. *de Medic. de caſib. fortuit.* 2. *par. quæſt.* 4. *numer.* 7. & *in tract. Mors omnia ſoluit,* 1. *par. numero* 103. *pag.* 2. *propè fin. verſ. Sed qualiter probetur.* Paul. Æmil. Betall. *deciſ.* 293. *numero ſecundo part.* 2. Seraphin. Oliuar. *deciſ.* 58. *numero* 1. & *deciſ.* 51. *numero* 1. Ioan. Aloyſ. Ricci. *collectan,* 1906. *verſiculo, Et quod attendatur,*

Marc-

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapol. num.* 18. ibi: *vel per famam in vicinia.* Hieronym. Buccaron. *dedifferent. iudic. ciuil. & crim. d. different.* 100. *num.* 26. *verſiculo, Sed vt ad meum.*

31 Quòd ſi fama † cum deponentium credulitate ſit coniuncta intelligitur, vt quia ſic famam eſſe dicant, & eſſe credant. Ita (poſt alios à ſe relatos) limitat, & intelligit Maſcard. *d. conſ.* 1159. *num.* 19. Morla *d. quæſt. vltim num.* 6. *verſ. Secundo declaratur*, Iacob. Menoch *de aibitr. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 65. *numer.* 8. Fului. Pacian. *de probat. lib.* 1. *d. cap.* 54. *numero* 42.

32 Limitatur, & intelligitur ſecundò procedere, quando de modico † agitur præiudicio, ſecùs ſi de magno. Exemplum eſt. ſi contra maritum, vt ſibi dos reſtituatur, eo quòd ad inopiam maritus vergit mulier agat. In iſto enim caſu per famam, vulgique opinionem ſufficit probatio, *gloſ. in d. l. vbi adhuc*, 29. C. *de iure. dot.* Cum ex hoc modicum marito generetur præiudicium, ex quo dotis exactæ, vel reſtitutæ fructus pro oneribus matrimonij ſeruire debent, *d. l. vbi adhuc.* Ita not. & intelligit Bar. *in l. ſi conſtante. n.* 10. *D. ſol. matr.* Corn. Beninc. *d. quæſt.* 6. *princ.* Didac. Couarr. *lib.* 2. *variar. d. cap.* 6. *num.* 8. *verſ. Item ſatis* Maſcard. *d. concluſ.* 1159. *num.* 20. *& concluſ.* 1019. *num.* 1. Morla. *d. q. fin. num.* 6. *verſ. quod declaratur, & verſ. ſed dubitabilius eſt.* Pacian. *ſupra num.* 40. *&* 41. Hieron. Buccar. *d. loco n.* 27.

Vbi verò non tantùm contra maritum, ſed
33 etiam contra tertios poſſeſſores † ageret mulier (quia de magno eorum agitur præiudicio) non per famam, vulgique opinionem probari paupertatem; ſed exactè, & plenè requiritur, Bart. *in d. l. ſi conſtante, n.* 11. Maſcar. *d. concl.* 1019. *n.* 2. *& concl.* 575. *num.* 2. Cardin. Domin. Tuſch. *practic. concluſ. lit. D. concl.* 762. 36. 37. 44. *& ſeqq.* Petr. Benint. *deciſ.* 68. *nu.* 2. Anton. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 6. *num.* 184. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap.* 451. *n.* 9. *p.* 1. Marius Giurba *in conſuetud. Senat. Meſſanenſ. cap.* 13. *gloſ.* 3. *numer.* 11. *part.* 1. Ioan. Aloyſ. Ricci. *collectan.* 142. Hieronym. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 55. *nn.* 4. *& 5.*

Nec tunc confeſſio mariti ſe vergere ad ino-
34 piam † dicentis admittitur, aut prodeſt, veluti, quæ in creditorum fraudem emanaſſe videtur, vt tenet Palac. Rub. *in repet. capit. per veſtras, dicto §.* 18. *num.* 31. *verſ. quod tamen ipſi intelligunt*, Marc. Anton. Natta *conſil.* 438. *numer.* 10. Ioan. Cephal. *conſil.* 101. *numer.* 8. Petr. Surd. *de aliment. tit. vlt. quæſt.* 42. *num.* 26. *& deciſ.* 256. *num.* 10. Barnab. Cornazan. *deciſ.* 95. *numer.* 2. Marius Giurba *deciſ.* 24. *numer.* 4. Hieronym. Mago. Anton. Heringi. & alii ex proximè relatis.

35 Licèt quoad ipſum maritum, † etiam extraiudicialis, ſe ad inopiam vergere dicentis, ſufficiat confeſſio, vt ab illo tanquam à paupere dotem poſſit vxor repetere. Hocquè modo euidentiſſimè de paupertate apparere (iuxta terminos *d. leg. Si conſtante*, ſuprà relatæ; nec confeſſionem ſimulatam præſumi) tenet (ex *Dyn. Bart. Bald. Ioann. de Imol. Angel.* & aliis) *Palac. Rub. dict. num.* 31. *in princ.* benè aduertens (ex *Imol. in d. l. Si conſtante*) id verum eſſe (confeſſionem ſcilicèt extraiudicialem mariti vergentiæ ad inopiam, ad dotis reſtitutionem ſufficere) dummodo circa pretia rerum † modus non excedatur, quia talis con- 36
feſſio reſpicit executionem obligationis præambulæ, ad quod ſufficiens eſt, non verò ad obligationem inducendam. Id quod tenent etiam *Cyn. Salyc. Ioan. Faber. Campeg.* & alij per eundem ibi adducti.

Probatur item paupertas ex eo quod quis in
hoſpitali, † non tanquam Adminiſtrator, me- 37
dicus, vel ſimilis degit; *text. & ibi* Bald. *in l. Si quis ad declinandam*, 49. *C. de Epiſcop. & cleri.* Cornel. Beninc. *d. quæſt.* 6. *princip. num.* 5. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. Ordinam. *verbo, Pobres, colum.* 3. *in princip.* Laurent. Syluan. *conſ.* 96. *numer.* 18. *&* 22. *part.* 2. vbi quo titulo in hoſpitali degat, probandum eſſe, aduertit. Sebaſt. *de* Medi. *de caſib. fortuit.* 2. *par. quæſt.* 4. *numer.* 7. *verſ. Octauo, & in tract. Mors omnia ſoluit*, 1. *part. numero* 195. *pag.* 3. *verſiculo, Undecimo quando quis ſtat in hoſpitali*, Fului. Pacian. *de probationib. lib.* 1. *d. cap* 54. *num.* 37.

Item ex eo quod ob æs alienum ad Eccleſiam
confugit, † Crot. *in d. l. Si conſtante, num.* 38
16. *& ibid.* Alexand. Iaſ. *& alij*, Ioan. Cephal. *conſ.* 216. *num.* 9. *lib.* 3. refert & ſequitur Ioſeph Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 1159. *num.* 27.

Vel ſi domum æris alieni timore non exeat, 39
† in carceremvè ſit detruſus. Cornel. Beninc. *d. numer.* 5. Petr. Cened. *in collect. Iuris Cano.* 133. *numer.* 2. *part.* 2. Aut quia in proprio domicilio ſtare † non poteſt, Angel. *in l. In* 40
fundo, num. 2. (per text. ibi, quem ad hoc dicit meliorem de iure) *D. de rei vendic.* Sebaſtian. *de* Medic. *de caſibus fortuit. d.* 2. *par. quæſt.* 4. *num.* 7. *verſ. Tertiò quando quis non poteſt ſtare*, Ludouic. Roman. *conſ.* 163. *num.* 4. Maſcard. *loco iam relato, num.* 28. Fabian. *de* Pepe *in auth. Præterea, numer.* 75. *C. vnde vir & vxor.*

41 Vel quia bonis ceſſit; † *text. in capit. Odoardus* 3. (*vbi* Innoc. *& alij*) *de ſolutio.* Alexand. *in d. i. Si conſtante, num.* 13. Ioſeph. Maſcard. *vbi ſuprà num.* 29. Didac. Perez *d. gloſ. verbo, Pobres, col.* 3. *verſicul. Ex qualitate vero*, Sebaſt. *de* Med. *d. quæſt.* 4. *numer.* 7. *verſ. Sextò.* Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. tom.* 4. *cap.* 660. *numer.* 10. *verſ. Neque obſtat*, Seraphin. Oliuar. *deciſ.* 1098. *numer.* 2. Sebaſt. *etiam de Medic. in tractat. Mors omnia ſoluit, d. numero* 103. *pag.* 3. *verſ. Nonò ſi ceſſit bonis.* 42

Aut quia eius bona fuerunt confiſcata, † &
Cameræ Regiæ, vel Apoſtolicæ applicata; *Seraphin. Oliuar. deciſ.* 33 *num.* 1.

Item probatur ex eo, quòd quis diſcalcea- 43
tus † incedit, oſtiatimvè mendicat, Cornel. Benincac. *d. quæſt.* 6. *numer.* 7. Maſcard. *d. concluſ.* 1159. *num.* 17. Didac. Perez *d. verbo, Pobres*, Sebaſt. *de* Medic. *d. quæſt.* 4. *num.* 5. *& in d. tract. Mors omnia ſoluit, num.* 103. *pag.* 3. *verſ. Octauò*, Franc Marc. *deciſ. Delphin.* 596. *num.* 2. *par.* 2. Fului. Pac. *de probat lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 35.

Solis enim pauperibus mendicare licet, † alij 44
verò ſi mendicent cum aliter viuere poſſint, puniri à ciuitate què expelli debent; *text. in l. vnica* (& ibi communiter Scribentes) *C. de*

UAB de Ciencies Socials

mendic. valid. lib. 1 0. Et hodiè est *text. de iure nostro Regio in l.* 24. *& l.* 26. *tit.* 12. *lib.* 1. *noua Reg. Collect.* Auend. *lib.* 2. *de exeq. mandat. cap.* 6. *num.* 2. Auiles *in c.* 26. *Prætor. glos. verb. Apartamiento, num.* 4. *vers. Et mendicantes.* Didac. Perez *loco supra relato,* Petr. Cened. *in collect. iuris Cano. par.* 1. *collect.* 36. *num.* 5. vbi hos grauiter peccare, & ad restitutionem teneri, salsiquè pœna puniri posse, ex pluribus tam iuristis, quam Theologis ibi adductis probat. Multa (& pulchra quidem in hac materia, vt alios omittamus) tradit Camil. Borrel. *de Magistrat. edict. lib.* 1. *cap.* 15. *ex num.* 1. *cum seqq.*

45 Item probatur per discutionem bonorum † à nuntio mandato iudicis factam, qui tot esse in bonis, & tot in debitis dicit; vel per librum æstimi; *text. in auth. Præsenti, (& ibi notatur, C. de fideiussor.) & in l. vltim. D. si cert. pet.* Ias. *in l. Si constante, numer.* 138. *D. solut. matrim.* Ludouic. Rom. *cons.* 163. *n.* 4. *vers. Caterùm, & si probatum non foret,* Bald. Ang. & alij. quos refert, & sequitur Ioseph. Mascar. *de prob. d. conclus.* 1159. *num.* 34. plures etiam in hanc sententiam adducens Did. Per. *in d. l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. Ordina. *verb. Pobres, col.* 4. *versic. Ex qualitate vero,* Sebast. *de* Medic. *de casib. fortuit.* 2. *part. d. quæst.* 4. *num.* 7. *vers. Secundò per discutionem, & in tract. Mors omnia soluit, d. num.* 103. *pag.* 3. *vers. Quintò per discutionem,* Didac. Cou. *varia. resol. lib.* 2. *d. cap.* 6. *num.* 8. *vers. Item satis probatur;* vbi quòd hæc est sufficiens probatio, etiam vbi de maximo agitur præiudicio, Franc. Hercul. *de negat. proband. num.* 293. Rota Bononi. *decis.* 25. *num.* 68. Cæsar Barzius *decis.* 69. *num.* 36. Fului. Pac. *d. c.* 54. *num.* 43.

Ex eo etiam quòd quis pro aliis sit fideiubere solitus, † probari paupertatem; firmat Angel. *in l. In personam, §.* 1. *n.* 2. *D. de pact.* Cauendumquè à fideiussionibus monet, multos *enim fideiubendo ad inopiam peruenisse.* Malequè substantia sua vti, qui pro aliis fideiubet: scripsere cum eo Alexand. *in d. l. Si constante, num.* 14. Ias. *num.* 147. Catel. Cott. *in memorabilib. verb. Fideiussor propriè.* Sequitur Masc. *vbi suprà num.* 30. Cornel. Beninc. *de paupert. d. q.* 6. *princip. num.* 34. Petr. Augustin. Morla *in emporio iur. d. tit.* 12. *quæst. fin. numer.* 7. *vers. Sed dubitari potest.*

47 Quod limitat. † & intelligit *Mascar. d. loco, num.* 31. quando quis pro magna summa fide iubere solitus est, secùs si pro minima, ex Bald. *in auth. Sed iam necesse,* 1. *quæst. C. de donat. ante nupt.* Catel. Cotta *vbi suprà, &* Ludouic. Roman. *singul.* 97.

48 Item probari ex eo, quòd quis pecunias sub vsuris † retinet: *notatur in capit. Quanto* 18. *de vsur.* Mascard. *sapè repetito loco, num.* 33. Petr. Aug. Morla *d. q. fin. num.* 7. *vers. Sed dubitari potest,* Corn. Beninc. *d. q.* 6. *num.* 34. Sebast. de Medic. *de casibus fortuit. d. 2. p. q.* 4. *num.* 7. *vers. Septimò, & in tract. Mors omnia soluit, d. prim. p. n.* 103. *pag.* 3. *vers. Decimò quando quis retinet. pecunias sub vsuris,* Francisc. Burlat. *cons.* 241. *num.* 11. *lib.* 3. vbi quòd tunc tanquam suspectus capi potest.

Neque suspectoribus obstat *text. in d. l. Si constante,* † 25. euidentissimam paupertatis requirens probationem: aduersus quam tot à legibus, & Authoribus assignati sunt casus in quibus semiplena, & diminuta sufficit. Aduerbium enim illud *Euidentissimè* (secundum *Bar. ibid. n.* 11.) quandoquè necessariò probationem requirit, quæ notorium id, quod desideratur, vel de quo quæritur, esse ostendat: aliquando non; sed minor sufficit probatio. Aut enim euidentissima à lege requiritur eius, quod in affirmationem cadit; aut eius quod negatiuè simpliciter proponitur. Primo casu, euidens probatio, quæ notorium ostendat, requiritur: notorij enim qualitas benè in affirmationem cadit. Secundo verò, non erit necessaria probatio, quæ notorium denotet, cum ea dari nequeat, ex eo quod negatio simplex notorij probationem non patiatur, iuribus suprà *numer.* 29. relatis. Quòd enim Titius tot bona, vel res habeat, in notorium cadere potest: quòd bona non habeat, non vtique eam notorij qualitatem commodè recipit. Ex quo concludit *Bart. ibid. num.* 12 aduerbium hoc *Euidentissimè* secundum subiectam materiam assumendum, vt vbi euidentissima requiritur probatio, si fieri potest, fiat; aliàs etiam semiplenam sufficere, pro pleniſſimaque habendam, & eam ob probationis difficultatem, modicamque læsionem ius admittere. Quæ *Bart.* sententia communis est, vt tradit *Did. Cou. d. c.* 6. *n.* 8. *d. vers. Item satis probatur.* Idque etiam vbi magnum † terrij vertitur præiudicium: ad arbitrium enim Iudicantis & in hoc casu euidens 50
reputabitur, quæ plenè eo modo, quo potest, facta fuerit probatio, potens ad mouendum iudicis animum ad sic esse credendum, vt profitetur Bart. *in d. l. Si constante, n.* 14. *&* 15. Did. Cou. *d. vers. Item satis probatur & vers. Ex his apparet, ibid. d. n.* 8. Etiamsi non ita plena, exacta, & euidens, sicut in aliis casibus facilioris probationis, adsit paupertatis probatio, quam ob eius probationis difficultatem, præsumptionibus, & indiciis sufficienter † pro- 51
bari, affirmat, latèque defendit *Alex. cons.* 37. *lib.* 7. Æquissimè igitur Iudex in superioribus casibus annotatis, paupertatem sufficienter esse probatam, legitimamque, & euidentem (subiectæ materiæ ratione) illam paupertatis probationem ex iuribus, authoritatibus, & doctrinis suprà latè deductis) arbitrabitur. Quibus, & dictæ legi *Si constante,* & aliis contrariis congruè responsum esse videtur.

Alij etiam probandi paupertatem ex dictis quæst. præcedenti colligi modi possunt. Quibus satis obligationi feciſſe quæstionique videmur.

VTRVM AD HONORES, Et Reipublicæ officia admitti, vel etiam diuitibus præferri possit, debeatvè pauper?

SVMMARIVM.

1 *Diuites soli ad honores, & Reipublica officia euehuntur, & an pauperes ad ea possint promoueri?* & num. seqq.
2 *Iudicum, Magistratuumvè authoritas magna timendaque esse debet.*
3 *Pauperes omnibus ludibrio sunt. Contra* n. 70.
4 *Scientia defectum diuitiarum (in hominum existi-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

exiſtimatione) nec virtus ipſa ſupplet.

5 *Pauperis ſcientia inſcitia reputatur.*

6 Paupertas, *vilitas ipſa eſt, vel ſaltem vilitatis cauſa, & pauperes viles dicuntur, contra* num. 70.

7 *Honor, vel contemptio ad paupertatis, vel diuitiarum menſuram procedit, tribuiturvè.*

8 *Iudex vilis, aut contemptibilis eſſe non debet,* & num. 9.

10 *Iudex à cupiditate, & auaritia alienus eſſe debet.*

11 *Pauper, ſicut auarus, & cupidus à iudicandi munere arceri debet, contra* nu. 71. *&* ſeqq.

12 *Inopia, atque auaritia ad turpe compendium mouent.*

13 *Diuitiarum cupiditas ad multa trahit mala, & quæ ſint ?*

14 *Propter inopiam multi deliquerunt,* & nu. ſeq.

15 *Pauperes an à teſtimonio, à tutela, & ab accuſando remoueantur,* & n. 94.

16 *Iudex magis publicis vtilitatibus, quam propriis ſtudere debet.*

17 *Pauperis vita eſt in cogitatione victus, tantoque maior erit cura, quanto maior accreuerit dignitas.*

18 *Dignitas quid ſit?*

19 *Iudex dicitur Princeps, quòd Reipublicæ, vel ciuitati præſit, primumque teneat locum.*

20 *Sententia ex abrupto prolata, ob temporis breuitatem redditur nulla.*

21 *Militibus pauperibus ſtipendia ſoluenda, ne cogantur cogitare, quod auferant.*

22 *Honores, magiſtratuſque ſeculares dignioribus ſunt conferendi.*

Diuites ad Magiſtratus, Reipublicæque officia digniores ſunt pauperibus. ibid.

Contra num. 28. & ſeqq.

23 *Diuitiæ obſidis loco habentur. Contra* nu. 76. & ſeqq.

24 Solon *Magiſtratus omnes ex nobilibus, & locupletibus ex cenſu quingentorum modiorum, & iugerum conſtitui decreuit.*

25 *Et ex* Indorum *conſuetudine optimi, ditiſſimique eligebantur.*

26 *Et ex* Carthaginenſium *legibus.*

28 *Pauper probus, & honeſtus ad honores, Reipublicæque officia admitti debet,* & nu. ſeqq.

Et diuitibus præferri, num. 54.

29 *Boni viri, non tam patrimonio, quàm fide idonei æſtimantur.*

Vilis non dicitur pauper bonis præditus moribus ingenuiſque parentibus natus, ibi.

30 *Inſtinianus Imperator Iuris Profeſſores honorum præmio hortatur, aliique honorandos conſtituerunt Imperatores,* numero. 52.

31 *Ciuilis ſcientia Profeſſores de diuitibus pauperes frequenter fiunt.*

32 *Promiſſa quilibet adimplere tenetur Princeps præcipuè,* num. ſeq.

Principis verbo nemo decipi debet, & ei tanquam fonti inſtitiæ debet eſſe conſtans & perpetua voluntas, & ſicut lapis angularis, & polus in cœlo immobilis eſſe debet, ibid.

34 *Grauius Princeps frangendo fidem, quàm inferior peccat.*

35 *Mendacium in Principe abominabile eſt, & ſtelionatus horribile.*

36 *Princeps ad obſeruantiam contractuum pactorumvè tenetur.*

37 *Nec de plenitudine poteſtatis pacto valet Princeps contrauenire.*

38 *Et non ſolum Princeps ipſe, ſed etiam omnes eius in dignitate ſucceſſores ad pactorum, conuentionum, & contractuum, quos ille fecit, tenentur obſeruantiam.*

39 *Fides etiam hoſtibus ſeruanda eſt.*

40 *Leges earum Profeſſoribus opes policentur, neque in egeſtate viuere permittunt.*

41 *Indoctis, illiteratiſque Magiſtratus, Reipublicaque officia concedenda non ſunt.*

42 *Domini temporales, & Prælati Eccleſiaſtici doctos; peritoſque Iudices creare debent, alias & mortaliter peccant, & ad damnorum per iudices datorum reſtitutionem tenentur.*

43 *Iudices creandi ſunt, qui per ſe, non per Adſeſſores Rempublicam gerere valeant.*

44 *Romana Respublica floruit, mundique domina effecta eſt, dum eius regimen apud doctos, peritoſque exſtitit, periit cum hic peruerſus eſt ordo.*

45 *Laborantes debito præmio fraudandi non ſunt.* & num. 53. *vbi latè.*

46 *Leges de nihilo ſeruirent earum Profeſſoribus deficientibus.*

47 *Præmium ad labores, virtutem, ſcientiamque amplectendam inuitat,*

48 *Ciuilis ſapientia ſanctiſſima res eſt, quam pretio numerario æſtimare non decet, & vera, non ſimulata Philoſopia, ſuaque vi alliciens,* ibid.

49 *Virtus ſuimet pulcherrima merces.*

50 *Nec virtutem ipſam abſque præmij ſpe amplecterentur homines,* & nu. ſeq.

54 *Pauperes probata vita, morumque, diuitibus in bonorum aſſecutione præferri debent.*

Præmium debet commenſurari labori, ibid.

55 *Pauperes & ante, & poſt vrbem Romanam conditam eius regimen probatiſſimè tenuerunt.*

56 *Diuites adeò populo Romano ad eius regimen exoſi habiti ſunt; vt etiam mediocris in Magiſtratibus fortuna & diſpliceret, & puniretur.*

57 *Paupertas quandoque tam ad ſecularia, quam Eccleſiaſtica officia, & beneficia conſequenda affectatur.*

58 Antonius Philoſopus *multis pauperibus dignitates Tribunitias, Ædilitiaſque conceſſit.*

59 *Idemque* Alexander Seuerus *fecit.*

60 *Athenienſes ſæpe Limachum pauperrimum in eorum Imperatorem crearunt.*

61 *Dei imitatores eſſe debemus*

62 *Deus Optimus Maximus pauperes, & egenos in Reges, & Gubernatores elegit*

63 *Omnis*

63 *Dominis Christi actio nostra debet esse instructio.*

64 Christus Dominus *inter nos degens pauperes ad Apostolatum assumpsit.* Petrumque *egenum piscatorem Caput, ac Principem Ecclesiæ constituit.*

65 *In principio nascentis Ecclesiæ singulis ciuitatibus, singuli Episcopi assignati fuerunt, pauperesque erant.*

66 Beatus Seuerus *ex lanificio in Archiepiscopum assumptus est.*

67 *Intellectus* ad tex. in l. Rescripto, 6. & in l. Honor, 14. §. De honoribus, D. de mun. & hon. in l. Ad subeunda, 46. C. de decur. li. 10. & in l. 6. tit. 18. p. 2. & num. 68. *vbi nouus, & à nemine tactus redditur,* & num. 97. *vbi de dict.* l. Rescripto.

69 *Princeps de propriis expendere, tam pro bellis gerendis, quàm pro subditorum paupertate subleuanda, proque Iudicum salariis necesse habet.*

70 *Iudex non indiget diuitiis ad Maiestatem tam suam, quàm publicam conseruandam, & augendam, neque in iudice debet adesse contemptionis timor.*

72 *Eodem gradu, quo quis diues est, & auarus, ac cupidus: Pauperes verò liberales, ac minus cupidi sunt,* & num. seq.

74 *Omnes auaritiæ student, tam diuites, quàm pauperes.*

Desiderium diuitiarum vadit in infinitum, ibid.

Pauperes dicuntur omnes secundum appetitum, ibid.

75 *Pauperum cupiditas facilius saturatur, ac expletur, quàm diuitum.*

76 *Pauperes aptiores sunt ad Magistratus ex auaritiæ capite, quàm diuites,* & num. seq.

77 *Diuites æqualiter cupiditate acquirendi, quam metu amittendi opes cruciantur.*

78 *Pauperes rectiores, æquique amantiores sæpè existunt,* & numer. seqq. *præcip.* num. 81.

79 *Paupertas in prædicatoribus multum confert.*

81 *Diues præsumitur luxuriosè viuere.*

Et multa alia mala, quæ ex diuitiis proueniunt, ibi.

83 *Diuitiæ à vitiis connominantur.*

84 *Salarium competens iudicibus (etiam præter sportulas eis debitas) à Fisco soluendum est,* & num. 89.

85 *Et non solum apud* Romanos, *sed etiam apud* Turcas *id obtinuit, quorum Imperator plurima quotannis iudicibus donare solebat.*

86 *In Gallia etiam Bailli, ac Senescali sua habent salaria, & stipendia.*

87 *Et in Hispania.*

88 *Episcopus, vel Prælatus Ecclesiasticus in foro conscientiæ Vicario, Iudicivè salarium constituere, & soluere tenetur.*

90 *Iure nostro Regio salaria Iudicibus de bonis communibus ciuitatum, vel locorum (hoc est, de los proprios) solvuntur. Idque moribus receptum est.*

91 *Etsi Ciuitas, vel populus propria non habeat, vel non sufficientia, collecta pro iudicum salariis imponitur.*

92 *Collecta in hoc casu fiet in capita.*

93 *Salarium, an iudici infirmo, absenti, mortuovè, eius hæredibus debeatur? Et an in principio, vel fine anni soluendum sit:* remissiuè.

95 *Qui pauperes ad Magistratus, honoresque admittendos, tenuerint?*

96 *Paupertas à cupiditate aliena, optima ad Magistratus gerendos qualitas est.*

97 *Pauperes viles, & abiecti Magistratum gerere nesciunt.*

98 *Mediocris conditionis homines ad Reipublicæ regimen, Magistratusque gerendos, nimium pauperibus, vilibus, & abiectis, nimiumque diuitibus, ac potentibus præferuntur.*

99 *Diuites honorum excellentiam in Republica habentes, alios iniuria afficiunt, in eosque superuiunt.*

QVÆSTIO VI.

EOvsque pauperum miserrima deuenit conditio, vt non nisi diuites ad honores, † & Reipublicæ officia euehantur. Quod quidem malum multis iam retrò temporibus profundissimas egessisse radices, constat ex *Ouid. Fastor. lib.* 1. 1

Dat census honores,
Census amicitias, pauper vbique iacet.

Et ex Valerio Mart. epigram. lib. 5. epig. 122. ad Æmilianum.

Semper eris pauper si pauper es Æmiliane,
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.

Ex D. item *Ambros. officior. lib.* 1. *Hoc malum* (inquit) *iam dudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honoris sit* & ibi: *Vt nemo nisi diues honore dignus putetur.* Tradit (hunc referendo locum) *Francisc. Viui. decis.* 222. *nn.* 9. *lib.* 2. Nec ad honores tantùm promoueri non solent; sed an possint, dubitari frequenter contingit. Quinimò nullo modo ad eos esse admittendos; & legibus, & authoritatibus comprobatur.

Primò ex *Vlpia. responso in leg. Rescripto,* 6. *D. de muner. & honor.* ibi: *Cæterùm si ita quidem tenues, & exhausti sunt; vt non modò publicis honoribus pares non sunt sed etiam vix de suo victum sustinere possint, & minus vtile, & nequaquam honestum est, talibus mandari Magistratum.*

Secundò ex *Callistrato in l. Honor,* 14. §. *De honoribus, D. eod. tit.* ibi: *facultates quoque an sufficere iniuncto muneri possint.*

Tertio ex Imperatorum *Archadij,* & *Honorij* constitutione, *in l. Ad subeunda,* 46. *C. de decurionib. lib.* 10. in hæc verba: *Ad subeunda patria munera dignissimi meritis, & facultatibus curiales eligantur, ne tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non possint.*

Quartò ex *text. de iure regio in l.* 6. *tit.* 18. *par.* 2. ibi: *E non deue ser muy pobre.*

Idque non sine magna ratione statutum esse, ex sequentibus constat.

Primò, quia Magistratus authoritas, magna, † timendaque esse debet; *text. in l. Obseruandum,* 19. *D. de offic. Præsid. l. Nec quidquam,* 9. 2

§. Circa

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. *Circà aduocatos*, D. *de offic. Preconſ. l. Omnes*, 12. *C. de offic. Rector. Prouinc. l.* 1. §. *Si ſeruus hæres*, D. *de ventr. inſpic. l.* 1. *vbi gloſ. verbo*, *Dignitas*, D. *de poſtulând. l. Officium*, 13. §. *Officium Tribunorum*, D. *de re milit.* Tales denique debent creari, qui ſplendori publico conueniant, *d. l. Reſcripto*, 6 D. *de muner. & honor.* Id autem pauperum electione, obtineri
3 non poteſt. Pauperes enim omnibus ludibrio † ſunt, teſte *Iuuenale* (ſi teſte veritas, & notorium indiget) *Satyr.* 3.

Nil habet infœlix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit.

Nec patrimonij, diuitiarumque defectum ſcientia, vel virtus ipſa in hominum exiſtimatione
4 ſupplet, †vilipendiumque ex paupertate prouenies vllo modo delet, maculamvè abſtergit. Docet, (cum experientia) *Horat. epiſtolar. lib.* 1. *epiſtol.* 1. *ad Mecœnatem.*

Si quadringenti ſex ſeptem millia deſunt,
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua fideſque,
Plebs eris.

5 Pauperiſque ſcientia, inſcitia reputatur. † *Eccleſiaſt. capit.* 9. *Sapientia pauperis contempta eſt, & verba eius non ſunt audita.* & capit. 13. *Locutus eſt ſenſatè, & non eſt datus ei locus.* Salom. in Prouerb. capit. 18. *Cùm obſecrationibus loquitur pauper; & diues effabitur rigidè.* Eleganter in hanc eandem ſetentiam *Iuuen. Satyr.* 7.

Purpura vendit
Cauſidicum, vendunt amethiſtina: connit illis
Et ſtrepitu, & facie maioris viuere cenſus.

Et ibi:

Vt redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, niſi fulſerit annulus ingens.
Reſpicit hoc primum, qui litigat, an tibi ſerui
Octo, decem comites, poſt te an ſit ſella, togati
Ante pedes. Ideo conducta Paulus agebat
Sardonyce, atque ideo pluris, quam Coſſus agebat.
Quam Baſilus: rara in tenui facundia panno.
Quando licet flentem Baſilo producere matrem?
Quis bene dicentem Baſilum ferat?

Paupertaſque ipſa vilitas, aut vilitatis ſaltem
6 cauſa eſt, † & ſic ab Imperatore appellatur *in l.* 2. *C. quando & quibus quart. pars debe. lib.* 11. ibi: *Et paupertatis detegi vilitatem.* Contemptiſſimam inopiam vocauit *Valer. Maxim lib.* 2. *de Cenſor. ſeueritate, cap.* 4. Opprobrium, *Horat. lib.* 3. *carmin. oda* 24. cui conuenit, quod dicitur Pſal. 122. *Quia multum repleta eſt anima noſtra opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.* Turpem egeſtatem. *Virg. li.* 6. *Æneid.* de quibus inferiùs ſigillatim agendum. Vileſque pauperes (ſi *Accurſio* credimus) dixit *Imper. Inſt. in auth. de mandat. Princ.* §. *Sit tibi quoque* vbi verb. *Vilium*, id eſt *pauperum* interpretatus eſt. Ignominioſam, *Sene. de conſol. ad Albin. Paupertas tolerabilis eſt, ſi ignominia ei abſit* (ait.)

Et ad diuitiarum, paupertatiſvè menſuram,
† honorem, vel contemptionem procedere pul- 7
chrè, vt breuitet cecinit *Horat. lib.* 1. *ſerm. Satyr.* 1.

Quia tanti quantum habeas, ſis.

Et qui omnia benè Senec. epiſt. 116. lib. 11. *Vbique tanti quiſque, quantum habuit fuit.* Concinit illud *Plauti. in Trinummo. Qui eget parui eſt pretij.* Hieronymique ad Cromatium. *In patria mea ſanctior eſt, qui ditior eſt.*

Vilis autem, aut contemptibilis Iudex eſſe
† non debet, *l. Cùm Prætor*, 12. §. *Non autem*, 8
D. *de iudic. l. Decurio*, 4. *C. de decurion. lib.* 10. *l. Si cohortali*, 12. *C. de cohort. lib.* 12. *l. fin. tit.* 5. *l.* 7. *tit.* 6. *part.* 6.

Igitur pauperes iudices eſſe, Magiſtratumvè gerere, nec debent, nec poſſunt. Diuiteſque ad Reipublicæ officia, honores, & regimen (qui ſplendorem publicum augeant, † non mi- 9
nuant, qui ſe reuerendos, non contemnendos præbeant) eligendos ius & ratio ſuadent. Et ita quondam fieri ſolitas electiones videmus apud *Ouid lib.* 3. *amor.*

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

Idque diuitibus, non miſeris conuenire, teſtatur idem ipſe *Ouid. lib.* 4. *de Ponto*, *eleg.* 9. *ad Græcinum.*

Conueniens miſeris, & quanquam gloria non teſt.

Et Iuuenal. Satyr. 3.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res auguſta domi.

Similiter dicitur Iſai. 3 *Mendicus ſum, & pauper, nec in domo mea eſt panis, aut veſtimentum, nolite me conſtituere Principem populi.*

Secundò ex coniunctione, & viciſſitudine, quam cum paupertate cupiditas, & auaritia habent, eadem hæc pars fulcitur. Alique enim quod libet horum in iudice (vt ſtatim nectemus) nocet. Sicut autem iudex à cupiditate, †& 10
auaritia alienus eſſe debet; *text. in auth. De mandat. Princ.* §. *Oportet igitur*, §. *Feſtinabis, &* §. *Illud tamen*, *collat.* 3. *auth. De prat. pop. c.* 3. *verſ. Oportet ergo*; *text. in l.* 1. §. *Optamus ergo*, & *in* §. *Ergo iubemus*, C. *de of. Præf. Prat. Aphric. l.* 3. *t.* 4. *p.* 3. ibi: *Eſſin mala cobdicia*, & *in l.* 1. *t.* 4. *li.* 2. *noua Reg. Coll.* ibi: *Y ſean agenos de toda auaricia, y codicia.* Facilè enim præuertit lucri cupiditate auarus iudicium. *Reg. li.* 1. *c.* 8. *Declinauerunt poſt auaritiam, acceperũt munera, & peruerterunt iudicium.* Ita & ob paupertatẽ † propter iam dictã paupertatis, & auaritiæ 11
cõnexionẽ, ac viciſſitudinem. Quã quidẽ ſententiam (eodem nempè modo pauperes, & auaros à iudicandi arcendos fore munere) apud *Senatum* quondã *Romanum* obtinuiſſe; author eſt Valer. Maxim. *l.* 6. *c.* 4. *de grauiter dictis aut factis*, *de Scipione Æmiliano*, *c.* 2. *Nam cum* Seruius Sulpitius Galba & Aurelius Cotta *Conſules in Senatu contenderent*, *Vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur*; *ac magna inter P. C. diſſentio eſſet*; *omnibus quo nam eius ſententia inclinaretur*, *expectantibus: Neutrum* (*inquit*) *mihi mitti placet, quia alter nihil habet*; *alteri nihil ſatis eſt. Æque malam licentis Imperij magiſtram iudicans inopiam, atque auaritiam. Quo dicto, vt neuter in Prouinciam mitteretur, obtinuit*, Hæc ille.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Huius quoque sententiæ fuit *Tul lib.4. Rhetoric. Duæ res sunt* (ait) *quæ possunt homines ad*
12 *turpe compendium monere, inopia,* † *atque auaritia.* Sicut enim *qui volunt diuites fieri,* †
13 *incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nosciua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a Fide, & inseruerunt se doloribus multis,* vt inquit *Apost. 1. ad Timoth. c. 6. & Eccles. 31. Qui aurum diligit, non iustificabitur.* & ibi. *Multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum.* Sic *propter inopiam* † *multi deliquerunt. Eccles.* etiam testante, *c.27.* Necessitateque multa facimus mala, ex sententia *Menandr*: & apud *Stobæum ser. 94.* dicebat *Comicus*, inopiam prŏptam esse in perpetrandis malis. *Hoc habet*) inquit Eurip. Horest, in Hele.) *vitium paupertas, quòd docet homines sua indigentia malum.* Alia adducit Andreas Tiraquel. *de nobilitat. cap. 3. nu. 25.* Vndè *Prouerbiorum, cap. 30.* legitur. *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus eliciar ad negandum, & dicam; Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.* Notant ad hæc alia Palac. Rub. *in repet. capit. Per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 1. vers. Nota secundò, num. 7.* & Castillo Bobadilla *in Politica lib. 1. cap. 11. num. 27.* Assentiunt Horati. *lib. 3. Carmin. od. 24.*

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quoduis, & facere, & pati.
Virtutisque viam deserit ardua.

Et Virgilius Æneid. lib. 6.

Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas.

Valer. Martial. lib, 11. Epigrã. 88. ad Charidemũ.

O quantum cogit egestas!

Silus Italus lib. 13.

Sceleri proclivius egestas.

Et celebratum apud *Spartanos* fuisse prouerbium, *Neminem pauperem bonum*; testatur *Dionysius Laertius*, relatus per *Petrum Gregorium lib. 47. Syntagmat. num. 14.* Ideoquè &
15 à testimonio, † à tutela, & ab accusando meritò remouentur, iuxta *text. in l. 3. in princip. D. de testib. in l. 2. C. de tutore, vel curatore, qui non satisdedit, & in l. Nonnulli, 10. D. de accusatio. cap. Prohibentur, 4. 2. q. 1.* Qua de re alibi latiùs, Deo dante, agemus, & *quæst. 1. n. 29.* diximus. Auxiliatur superioribus *Aristotelis* sententia *lib. 1. Ethicor. Impossibile esse indigentem operari bona. Catilinaq.* e exemplum quem vt in patriam arma verteret, pauperum adiuuit nequitia: de quo ita *Salustius* in Catilinario. *Postremò, omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi, & familiares erant*, prout refert *Camil. Borrel. de Magistratuum edict. lib. 1. cap. 15. num. 2.*

Tertiò supradicta roboratur assertio ex eo,
16 quia Iudex magis publicis vtilitatibus, † quàm propriis studere debet, *leg. vnic. C. de officio Comit. sacrar. largitio. Bart. & D D. in leg. 1. D. solut. matrim.* latè Gerard. *de Petra sancta singular. 79.* eleganter in hanc sententiam. Plinius *nepos epistol. libro 7. epistol. ad Caninum: Oportet* (ait) *priuatis vtilitatibus, publicas, mortalibus, æternas anteferre, multoquè diligentiùs muneri suo consulere; quàm facultatibus.* Perbellè consuluit cecinitque Claudian. *in Panegeric. in 4. consulat. Honorij.*

Tu ciuem patremque geras, tu consule cunctis,
Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.

Ita florentis Romæ fœlicitatem circa hoc enarrans Valerius Maximus *libro 4. de paupertate laudata, capit. 9.* hæc adiicit. *Patria enim rem vnusquisque non suam augere properabat, pauperque in diuite, quam diues in paupere imperio versari malebat.* Facit *text. in auth. Vt indices sine quoquo suffrag. §. Considerauimus enim, collect. 2.* Stiliconisque tempora laudans *Claudian. Paneg. 1. addit.*

Publica priuata cesserunt commoda causæ.

Qualiter autem id pauper efficiet Magistratus, qui in sui ipsius, familiæque victus cogitatione, & acquisitione vitam transigit, vt dicitur *Eccles. capit. 40. Vita pauperis est in cogitatione victus.* † id quod repetiit *Bald in auth.* 17
Defuncto, numer. 12. C. ad Tertul. eleganterque *Iuuen. Satyra 7.* in proposito de paupertate, studioque loquens.

Pectora nostra duas non admittentia curas.

Tantoque in hoc maior versabitur cura, quanto maior accreuerit dignitas, & familia. Sensit bene *Horatius lib. 1. Sermon. Satyra 6.*

demens
Iudicio vulgi; sanus fortasse tuo, quod
Nollem onus haud numquam solitus portare molestum.
Nam mihi continuò maior quærenda foret res.

Ciuilium namque officiorum ratio, huiusmodi curam (ne dicam necessitatem) imponit. De quo *Quintilian.* admonet *Plin. lib. 6. epistol.* in hæc verba: *Quamuis & ipse continentissimus sis, & filiam tuam ita institueris, vt decebat filiam tuam; Tullij neptem: Cùm tamen sit nuptura honestissimo viro Nonio Celeri, cui ratio ciuilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit: debet secundum conditionem mariti, veste, comitatu (quibus non augetur dignitas,* 18
or atur tamen) instrui. Dignitas † enim (secundum Tullium lib. 2. de inuentione) *est alicuius honesta, & cultu, & honore, & verecundia, digna autheritas.*

Vnde meritò inquit *Philosopus lib. 2. Politicor. Impossibile est indigentem benè Principem* 19
agere, & studio vacare. Iudex enim (qui Princeps † dicitur, *l. Sciant Principes, 3. C. de offic diuersor. iudic. l. Spadonem, 15. §. Si ciuitatis, D. de excusat. tuto. l. Scire oportet, 21. §. Si præfectorium, D de tuto. & curat. datis ab his, not. Annæus Robert. rerum iudicat. lib. 2. c. 11. pagin. mihi 44.* ex eo, quòd Reipublicæ, vel ciuitati præsit, primumq; locũ teneat) studio, literisq; pro dirimendis litibus debet operã nauare, multumq; in his temporis cõsumere. Aliàs
20 enim si ex abrupto † iudicet, ob tẽporis breuitatẽ redditur sententia nulla: *text. in l. Prolatam, 4. C. de*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

C. de ſentent. & interlocut. omnium iudic. vbi gloſſ. & Doctores, text. in l. 2. C. de ſentent. ex pericu. recitan. vbi gloſſ. verbo Non ſubitas, & verb. Deliberatione, & ibi not. Scribentes. Felin. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 14. & ſeqq. extra de conſtitut.* Calderin. *conſil. 10. de re iudic.* Petr. *de* Ancharran. *conſil. 36. num. 5. verſ. Et per hoc tollitur, & conſil. 31. & 138. & 184.* Gemini. *conſil. 76. num. 6. verb. Dicitur inſuper*, Oldrad. *conſ. 42. propè fin.* Fulgoſ. *conſ. 165. in princip. verb. Tertio quia* Alexand. *conſ. 218. numero 9. & 10. lib. 2.* vbi plenè *eius Addition. verb. Momento & conſ. 123. nu. 24. lib. 4.* Hercul. Mareſco. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 115. pleniſſimè* Cardinal. Dominicus Tuſch. *practic. cnclus. li. S. concluſ. 147. per tot.* Vt enim inquit *Seneca* (cuius in prouerbiis ipſius refertur ſententia.) *Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.* & de clementia, lib. 1. *Prope eſt enim, vt libenter damnet, qui citò.*

21 Hinc de militibus pauperibus, ſtipendiiſque ipſis ſoluendis, hæc Caſſiodorus *lib. 4. cap. 13.* adductus per Camill. Borrel. *de Magiſtrat. edict. lib. 1. cap. 13. numero. 24. Diſciplinam ſiquidem non poteſt ſeruare ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit armatus. Habeat, quod emat, nè cogatur cogitare, quod auferat.* Conuenit text. *in cap. Militare. 5. 23. q. 5.* vbi Auguſtin. inquit. *Propterea enim prouidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur.*

Apud pauperem ergo reſidere Magiſtratum, digni tatemvè non poſſe, duplex ex hoc capite, vtilitatis ratio; publica nempè, & ipſiuſmet officium geſturi, vt & publica augeatur, vel ſaltem conſeruetur dignitas; & ſibi ipſi, ſuiſque aptus conſulat, ſuadet.

His & quarta accedit, Magiſtratus, honoreſ-
22 que dignioribus † (ſicut in Eccleſiaſticis latè dicemus quæſtione ſequenti) eſſe conferendos. Probatur in *d. l. Ad ſubeunda, 46. C. de decurio. lib. 10.* ibi: *Digniſſimi meritis, & facultatibus, auth. vt Iudices ſine quoq. ſuffragio, §. Eos autem collat. 2.* ibi: *Honeſtiorum quoſdam ad adminiſtrationes dirigere.* & ibi: *Teſtimonium quidem habens, quia ſit optimus: auth. de defenſor. ciuitat. in princip. verſ. Interim,* ibi: *Sed inuicem vniuerſi nobiliores; vbi gloſſa* notabiliores aduertit eſſe eligendos, & notant *ibidem Scribentes.* Optimus de iure Regio *text. in l. 1. tit. 4. lib. 2. noua Regiæ Collection.* Thom. Grammat. *conſi. 6. num. 11.* Ioan. Gutierr. Canonic. *quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 42.* & alij quæſtione ſequenti referendi. Digniores autem ad Magiſtratus, regimemque Reipublicæ diuites pauperibus eſſe, manifeſtè ex ſuprà dictis colligitur, ſoliſque diuitibus conferendos honores. Quibus etiam adiungitur *Philoſophi* ſententia *Ethicor. 4. cap. 3. Diuites digni cenſentur honore*: & Politic. 3. cap. 8. *Diuites rationabiliter ſibi vendicant honores.* & *Auli Gelli. lib. 10. cap. 10.* diuitias ob-
23 ſidi † loco haberi, quas ne amittant diuites, nil turpe committere audere, firmans.

Vnde Lacedæ moniorum ſcientiſſimus legiſlator *Solē*, † Magiſtratus omnes ex nobilibus, &
24 locupletibus, ex cenſu quingentorum modiorum, & iugerum, conſtitui decreuit, vt in ipſius vita refert *Plutarchus.* Eandem apud *Indos*

† conſuetudinem fuiſſe, optimos ditiſſimoſque 25
Iudices eligendi teſtatur *Solinus collectaneorum, cap. 60. Carthaginenſiumque* legibus † lo- 26
cupletiſſimos ad Magiſtratus aſſumi, ſcribit Ariſtot. *Politic. capite 9.* Ludouic. Celius Rhodig. *lectionum antiquar. libro 20. capite. 24.* traditque Andreas Tiraquel. *de nobilitat. d. capite 3. numero 20.* Ioann. Matienço *in Dialogo relator. 4. par. cap. 8. numero 6.* Pet. Gregor. *dict. libro 47. Syntagmat. numero 14.* Camill. Borrell. *de Magiſtrat. edict. d. libro 1. capite 13. numero 26. 28. & 29.* Gratia Maſtrill. *de Magiſtrat. libro ſecundo capite 12. numero*

Omnia comprehendit, qui omnia bellè, *Seneca declamatio. lib. 2. declamat. 1. Senatorum* (inquit) *gradum cenſus aſcendere facit. Cenſus Romanum quidem à plebe diſcercernit. Cenſus in caſtris ordinem promouet, Cenſu in foro Iudex legitur.*

Quarè hanc ſententiam tenuerunt † Lu- 27
cas *de* Penna *in d. leg. Ad ſubeunda*, Ioan. *de* Platea *in leg. Nequis, numero 1. C. de dignit. libro 12.* Oldrald. *in d. leg. Reſcripto, paragrapho 1. D. de muner. & honor.* Marth. *de* Afflict. Albert. & Martin. Laudenſ. *relati à* Tiraquel. *d. numero 20.* Angel. *conſil. 280.* Ioann. Faber *in proœmio inſtitut. paragrapho Cumque Deo*, Nicola. Boer. *deciſ. 153. numero 32.* Lancellot. Conrad. *de offic. prætoris in princip. numero 10. & in tract. Decurionum, numero 16.* Cornel. Beninc. *de Paupert. quæſtio 4. princ. numero 41. 42. & 43.* Quintil; Mandoſ. *gl. Facult. Regent. verb. Idonei*, Ferdinand. Vazauius Mencha. *controuerſ. illuſtr. libro 1. cap. 42. ex num. 14* Maſtril. *vbi ſupra ex numero 8.* Petr. Greg. & Camil. Borrel. *locis iam relatis.*

Licèt autem ſuperior ſententia, tot iuribus, totque authoritatibus ſit munita, vt per medios (vt aiunt) hoſtes, inermem, qui contra eam dicere auſus ſit, ſe videatur ingerere, ac mittere: adhuc tamen non minoribus rationibus fulciri aduerſam; imò vt veriorem ſi modo de honeſta, † licet paupere, non de penitùs vili, 28
& abiecta perſona intelligamus) tenendam omnino iudico *Neque facultates enim, neque dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, vt bona electio, vel voluntas, & benigni mores*, ex ſententia *Modeſtini in l. Scire oportet, 21. paragrapho Cùm reliquis, D. de tutor. & curat. dat. ab his.* Boni namque viri, non tam patrimonio, † 29
quàm fide idonei æſtimantur, *text. in leg. Si quis ſtipulatus, 112. paragrapho fin. in fin. D. de verbo obligat.* vbi id notat Caſtrenſ. Alexand. *in l. 2 numero 5. verſic. Item limita, C. q ni ſatisd. cog. & ibidem* Iaſo *fallent. 3.* Bald. *in leg. Precibus, num. 34. C. de impub. & aliis ſubſti.* vbi quòd *idoneus eſt, quem virtus probat.* Plura in huius rei confirmationem tradunt Gaſpar Baeça *de inope debitore, cap. 16. num. 154. cum ſeqq. &* Andr. Tiraquel. *in tract. de pœnis temperand. cauſa 51. numero 42.* (omninò videndus ex *numero 38. & ſeqq.*) Et plus boni mores in paupere, quàm diuitiæ multæ in diuite ad fidem præſtandam conferunt, ſecundùm *gloſſ. in l. Nec ei, 17. paragrapho fin. verbo Sobrietas* (& ibi eſt text. optimus) *D. de adoptionib.* cuius ſunt verba. *Interdum & ditiorem*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ditiorem permittitur adoptare pauperiori, si vitæ eius sobrietas clara sit. Facit etiam *tex. in l. suspectum*, 8. *D. de suspect. tuto. & in §. fin. & inst. eo.* Alia notat Paul. Montan. *de tutor. & curato. cap.* 36. *de excusat. tuto. regul.* 2. *n.* 1. *& seqq.* vbi multa in paupertatis adducit fauorem, illudque *Terentij.*

Heu, heu, quamuis mihi mala paupertas est;
Hoc vnum tamen curaui, vt esset fides.

Benè id demonstrat, quod de *Ligdo* tradit Ouidi. Metamorpho. lib. 9.

Progenuit tellus ignotum nomine Ligdum,
Ingenua de plebe virum, nec census in illo
Nobilitate sua maior, sed vita fidesque
Inculpata fuit.

Nec vilis dicetur pauper, si bonis præditus sit moribus, & ingenuis natus parentibus, *leg. Humilem, C. de incest. nupt.* Farin. *praxi. crimi.* 4. *p. q.* 121. *nu.* 67. Mari Giurb. *in consuet. Senat. Mesan. cap.* 3. *gloss.* 4. *nu.* 10. *in fin. part.* 1.

30 Præterea hanc eandem assertionem † (pauperem scilicèt honestæ, probatæque vitæ ab officiis dignitatibusque non esse arcendum, imò eis fore condecorandum) authoritate *Imperatoris Iustiniani in fine proœmij institutionum* probo; vbi ciuilis sapientiæ professores ad eam amplectendam ita hortatur. *Summa itaque ope, & alacri studio has leges nostras accipite, & vosmet ipsos sic eruditos ostendite: vt spes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernari.* Huiusmodi autem scientiæ sectatores, de diuiti-
31 bus pauperes † frequenter fiunt, vt & docet experientia; & testatur *Imperator Federicus in auth. Habita. C. ne filius pro patre. Quis enim eorum non misereatur* (inquit) *qui amore scientiæ exules, facti de diuitibus pauperes.* &c. Igitur pauperes ad magistratus Reipublicæque regimen eligendi sunt, diuitibusque etiam præferendi. Aliter namque plura (nullo modo admittenda) sequerentur absurda. Vana inprimis Imperatorum fore promissa. Secundò, in doctis, illiteratisque officia præstanda Reipublicæque concedendum regimen. Tertiò debito præmio, & mercede laborante fraudari. Quæ nec dictu quidem digna sunt. De quibus omnibus sigillatim (vt apertius constet) nobis erit agendum.

Primum enim absurdum facilè ex eo deprehenditur, quia cum promissa teneatur quilibet
32 † adimplere, *cap.* 1. *de pactis*; nimisque graue sit fidem fallere, vt inquit *Vlpian. in l.* 1. *D. de constit. pecun.* multò magis id Imperia-
33 lem dedecet Maiestatem. † Nihil enim ita in Principe refulget, ac micat, vt recta fides; *text. in l. inter claras*, 8. *C. de summa Trinitat. & fide Cath.* Nemoque regis verbo decipi debet; *text. in l.* 1. *C. de his, qui veniam ætat. impetrauer.* Conuenit notabile dictum *Bald. consilio* 279. *lib.* 3. quòd Principi tanquam fonti iustitiæ debet esse constans, & perpetua voluntas, debetque habere vnum calamum, & vnam linguam, iuxta illud, *Quæ processerunt de labijs meis non faciam irrita.* & illud, *Semel locutus est Deus, &c.* & Psalm. 144. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.* Debetque esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo, vt inquit Curti. Iuniot. *consil.* 170. *in fin.* quem refert, & sequitur Roland. *à* Valle *consil.* 13. *numero* 53. *& sequentib. vsque ad* 58. *inclusiuè, lib.* 3. Petr. Surd. *consilio* 419. *numero* 46. *& seq.* multa alia ad propositum adducens Philipp. Paschal. *de virib. patria potestat. part.* 1. *cap.* 1. *ex numero* 43. *cum sequentib.* plenissimè Andre. *ab* Exea *in tract. de pactis, numero* 452. *versiculo quadragesimo secundo, & num. seq.* Grauisque peccat † frangendo fidem, quàm inferior 34
Princeps; Bald. *consil.* 324. *lib.* 1. *& consil.* 24. *lib.* 2. *& consil.* 343. *lib.* 1. *colum.* 2. *versic. ex ista*, vbi quòd fidem fallere grauibus, graue est; grauioribus, grauius; grauissimis, & exemplaribus viris, grauissimum. Sequitur Caccialup. *in l. Omnes populi, num.* 107. *D. de iustit. & iure.*

Et mendacium in Principe abominabile esse, † & stellionatus horribile, dicit Roland. 35
à Valle *cons.* 1. *numero* 32. *cum quatuor seqq. lib.* 2. Vtque *Prouerbior. cap.* 17. dicitur: *Non decent stultum verba composita; nec Principem labium mentiens.*

Vnde communis est Doctorum sententia, ad obseruantiam contractuum, vel pactorum omnino Principem † teneri. Pro qua est *text.* 36
in l. Donationes, quas Diuus, 26. *C. de donatio. inter vir. & vxor. in l. Cum haredes*, 7. *Cod. qui testam. facere poss. & in l.* 1. *§. fin. D. de offic. procurat. Cæsar. in l. quod semel*, 5. *D. de decret. ab ordin. faciend. in cap.* 1. *de natur. feud. in vsib. feudor. & in cap.* 1. *de probatio.* quem ad hoc commendat *ibi Abb.* tradunt communiter *Doctores in l.* 1. *D. de pact. & in l. Digna vox. C. de legib. & in l. Princeps legibus, D. eod.* Hieronym. Cagno. *in proœmio Digesti veteris, nu.* 44. *& in l. Imperium, num.* 133. *D. de iurisd. omnium indic.* plures referens Francisc. Viuius *commun. opinion.* 235. Roderic. Xuar. *allegatione* 10. *num.* 3. Iacob. Menoch. *consil.* 27. *num.* 26. Ioann. Cephal. *cons.* 58. *numero* 78. *lib.* 1. Arias Pinel. Anton. Augusti. *& alij*, quos refert, & sequitur Petr. August. Morla *in emporio iuris, 1. part. tit.* 3. *D. de pactis in præmissis, num.* 67. *& seqq.* Andre. *ab* Exea *vbi suprà.* Aymon. Cauet. *consilio* 241. *numero* 12. Roland. *à* Valle *cons.* 13. *numero* 45. *lib.* 3. Anton. Gabriel. *commun. opini. lib.* 3. *tit. de iure quæsito non tollendo, conclus.* 5. *num.* 1. Philipp. Paschal. *dict. c.* 1. *nu.* 49. plenè Cardinal. Tuschus *practic. conclus. lit. P. concl.* 690.

Nec de plenitudine potestatis pacto valet Princeps † contrauenire, Paul. Castrens. *in d.* 37
leg. Digna vox, & alij adducti *per* Roland. *à* Valle *consil.* 1. *numero vigesimo-octauo, & seqq. lib.* 2.

Non solumque Principem ipsum, sed etiam omnes eius in dignitate successores † ad pa- 38
ctorum, conuentionum, & contractuum obseruationem quos ipse facit, teneri, est communis Doctorum traditio, vt obseruat (ex plurimis ab eo relatis) Philip. Paschal. *dict. cap. primo numero quinquagesimo.* vbi pariter adducit Ioannes Andreas *de Georg. allegatione vigesima-quinta, numero* 13. *& sequent.* notabiliter affirmantem, etiam concessiones factas *per* inuasorem, & tyrannum sub nomine dignitatis, legitimum successorem eiusdem dignitatis iure proprio, ad earum obseruationem obligare. Eandem sententiam (successorem contra gesta præcessoris; etiam cui iure hæreditario

ditatio non ſuccedit, ſed per electionem, vt in Imperatore, vel Pontifice; venire non poſſe) latè comprobat, *Roland. à Valle d. conſil. 1. num. 40. cum trib. ſeq. lib. 2.*

Hinc (vt ex Bald. ibi adducto tradit idem ipſe *Roland ſup. n. 28.*) ſolitus erat *Ariſtoteles Alexandro* Macedonum Regi maximo dicere: *O Alexander, obſerua fidem datam, & fœdera confirmata* infœlicem aliter finem, vel euentum illi minans.

Fideique, ac pactorum obſeruantia non tan-
39 tùm amicos, ſed ipſos adſtringit hoſtes. † Quibus fidem ſeruandam, probat *text. in l. non dubito, 7. D. de captiuis, & poſtliminio reuerſ. & in l. poſtliminij ius, 5. D. eod. text. eſt in cap. noli exiſtimare, §. fides enim* (ibi: *Fides enim quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt,* & ibi notat *gloſ.*) *23. quæſt. 1.* Petr. Surd. *conſ. 392. num. 18.* plura adducit in confirmationem Batholom. Cœpol. *in tract. de Imperatore militum deligendo. verſic. Pro Imperatore verò n. 22. & 23.* Viderique poterit *Valer. Maxim.* (& multa referens in hanc rem exempla) *lib. 6. cap. 6. de fide publica.*

Quid igitur magis abſurdum, aut intolerabilius foret, quàm quod legalis ſcientiæ Profeſſores Imperiali deciperentur verbo? Dumque
40 ſibi promiſſas dignitates, & honores expectant; opeſque à iure oblatas † (vt eas in *proœmio Digeſtorum, §. nos verò,* offert idem *Iuſtinianus* Imperator, ibi: *Ditiſſimi legum oratores efficiantur*) inſectantur: in miſerrima egeſtate (in qua leges viuere non permittunt, *authent. de hæredib. & Falcid. §. fin. collat. 1.*) degant, ac permaneant.

Non minus patens ſecundum eſt abſurdum, & inconueniens. Cum enim (vt iam diximus) ciuilis ſapientiæ ſectatores fiant de diuitibus pauperes; niſi eis magiſtratus, Reipublicæque concedatur regimen; indoctis, illiteratiſque
41 præſtandum, conſequens eſt, contra diuinarum, atque humanarum literarum conſtitutionem; † iuxta illud *Dauidis Pſal. 2. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* & Sapient. cap. 6 *Audite ergo Reges terræ, & intelligite, & diſcite iudices finium terræ.* & Leuitic. c. 16. *Iudices, & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum iuſto iudicio,* Eccleſiaſt. cap. 10. *Diligite lumen ſapientiæ omnes; qui præeſtis populis,* & ibidem, *Iudex ſapiens iudicauit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit.* Ciuili etiam iure, literatos, doctos, illiuſque profeſſores, honoribus magiſtratibuſque decorandos; diſpoſitum iam vidimus text. etiam de iure Regio *in l. 3. tit. 4. part. 3.* ibi: *E que ayan ſabiduria para iudgar los pleytos derechamente.* & de nouiori collectionis iure *in l. 1. tit. 4. lib. 2.* ibi: *Y aſſi miſmo, que ſean perſonas ſabias:* & ibi: *Y doctos en las leyes, y derechos.* Multa ad huius ſententiæ confirmationem adducit (videndus omninò) Hieronym. Gonçalez, *in reg. 8. Cancellar. gloſſ. 4. ex num. 1. cum ſeqq.* præcipuè *ex num. 8.*

Vnde tam Domini temporales, quàm Eccle-
42 ſiaſtici Prælati, doctos, peritoſque iudices creare debent, † aliàs & mortaliter peccant; & ad damnorum per iudices datorum reſtitutionem tenentur, vt ex D. Thom. *in opuſculo ad Duciſſam Brabantiæ*, Sylueſtro *in ſumma verbo Dominium, & verb. Dominus, quæſt. 4.* & aliis) tenet Flores Diaz de Mena, *variar. quæſt. lib. 1.* 43
quæſt. 8. §. 1. num. 1. & ſeqq. Promouendoſque ad Rempublicam eſſe, qui per ſe † Rempublicam regere poſſint; non per Aſſeſſores; dicere ſolebat *Alex. Seuer.* vt refert *Sipontanus in eiuſdem Alexandri vita,* adductus per Dion. Gothofred. *in l. 1. C. de aſſeſſor. & domeſtic. lit. O. verbo Spe præmiorum.*

Et dum Romanæ Reipublicæ regimen 44
apud literatos, doctoſque ſtetit, † & ipſa quoque perſtitit, floruit, mundique domina effecta eſt: Corruit cum hic peruerſus eſt ordo, illiteratique fuerunt electi: teſtante *Policrato lib. 4.* in hæc verba, *Romanos Imperatores, & Duces dum eorum Reſpublica viguit, non memini fuiſſe illiteratos: & neſcio quomodo contingit, ex quo in Principibus virtus literarum defecit, armata militia infirmata eſt manus, & ipſius Principatus eſt quaſi præciſa radix.* Tradit (eum referendo) Barthol. Cæpol. *dict. tract. de Imperatore militum deligendo, verſ. Scientia quoque.*

Accedit tertium; & finale abſurdum, vel inconueniens: Laborantes nempè debito fraudari præmio, † legumque decipi Profeſſores. 45
Quod (præter nequitiam, & iniuſtitiam, quam in ſe continet) vniuerſi quoque contineret ruinam, & perditionem, ad primumque quaſi caos rediret ſine lege, normaque viuendi. Licèt enim ſcriptæ extarent leges; deficerent tamen earum Profeſſores; quibus deficientibus; 46
de nihilo leges ipſæ ſeruirent. † *Quæ enim legum erit vtilitas, ſi in literis duntaxat conſiſtant?* vt inquit Iuſtinian. *in conſtit. 161.* & Pomponius *lib. 1. Enchiridion. in l. 2. §. Poſt originem, D. de origine iuris. Parum eſt* (ait) *ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddere poſſint.* Beccius lib. 1. de Republica. *Quamuis lex anima dicatur, & domina ciuitatis? proprium tamen efficiendi motum ipſa nullum habet, ſed potiùs inſtrumentum quoddam rerum communium benè gerendarum eſt, quo egregius aliquis artifex vtatur.* Vnde Menander, *Validum quid lex eſt, ſi regentem habeat.* & Cicero lib. 3. de legibus. *Vt enim Magiſtratibus leges: ita populo præſunt Magiſtratus. Vereque dici poteſt, Magiſtratum legem eſſe loquentem; legem autem eſſe mutum Magiſtratum.* Conducit, quod cecinit *Horatius lib. 3. oda 24.*

Quid triſtes querimoniæ,
Si non ſupplicio culpa reciditur?
Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt?

Quintilianique aſſertio *Oratoriar. inſtit. lib. 12. cap. 7. Nam & leges ipſæ nihil valeant* (inquit) *niſi Actoris idonea voce munitæ.*

Quis autem præmij (quod ius eius Profeſſoribus policetur) dempta † ſpe, illi incumberet, operamvè nauaret? torque ſe libens exponeret laboribus, periculis, & incommodis enumeratis ab *Imperatore Federico in d. auth. Habita. Quis noſtrum exercitationem ſuſcipit laborioſam, niſi vt aliquid ex ea commodi conſequatur.* (ait Cicero *de bono. & mal. fine.*) Conueniunt latè deducta per Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. in fin. per tot.* quodque protulit *Ouidi. Faſt. lib. 6.*

Dulcis erat mercede labor; tempuſque ſecutum eſt;

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quod subitò grata frangeret artis opes.

Perbellè Claudian. panegyr. 2. in laudes Stiliconis.

Non obruta virtus
Paupertate latet.

Et ibi post pauca.

Hinc prisca redeunt artes, fœlicibus inde
Ingeniis aperitur iter, despectaque Musa
Colla leuant, opibusque fluens, & pauper eodem
Nititur ad fructum studio, cum cernat vterque,
Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia surgat
Diuitiis.

Quamuis enim ciuilis sapientia sanctissima res
48 sit, † quam pretio numerario æstimare non decet, ex *Vlpiani* sententia *in l. 1. §. proinde, D. de variis, & extraordin. cognit.* veraque non simulata Philosophia, eodem *Vlpiano* testante *in l. 1. §. 1. in fine, D. de instit. & iure:* quæque ad sui amorem homines sua vi allicit, vt pulchrè *Cicero de inuentio. lib. 2. Nam est quiddam, quod sua vi nos alliciat ad se, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate; quod genus virtus, scientia, veritas est.* Seneca de beneficiis, lib. 4. *Et aliquid per se expetendum, cuius te ipsa dignitas ducit; id est, bonum honestum.* Et Ouid. de Ponto lib. 2. eleg. 3.

Per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.

Claudian. quoque in panegyr. Manlij Theodos. Cons.

Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque late
Fortuna secura nitet, nec fascibus vllis
Erigitur, plausuue petit clarescere vulgi:
Diuitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.

Suique ipsius virtus, scientiaque sit vberrima
49 merces, † vt ait *Silus Italus.*

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

Quauisque (vt de clement. lib. 1. inquit Seneca.) *Rectè factorum verus fructus sit fecisse; nec vllum virtutum pretium dignum illis extrà ipsas sit.* & de vita beata *Interrogas quid petam extra virtutem ipsam? Nil enim habet melius, ipsa pretium sui est.*

50 Si tamen præmium desit, † nec ipsa quidem amplectitur virtus, vt cecinit eleganter, *Ouidius proximè relato loco.*

Non tamen inuenies multis de millibus vnum,
Virtutem præmium, qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti si præmia desint
Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.

Eandem firmans sententiam *Iunius Iuuenal. satyra 10.*

Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas?

Vnde Senec. de benefic. lib. 4. cap. 1. ait *inueniuntur, qui honesta in mercedem colant quibusque non placet virtus gratuita. Inclinaui cor meum* (inquit Psalmista Psalm. 118.) *ad faciendas iustificationes tuas in æternum, retributionem,* & *Psalm* 18. (postquam multa in Domini legis laudem cecinit) addit. *Et enim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.* Quòd si *Moyses* magnitudinem domus *Pharaonis*, proque eius nepote haberi contempsit; id, quam expectabat remuneratio effecit. *Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi, aspiciebat enim in remunerationem.* Paul. Apostol. *ad Hebræos 11. Concil.* quoque *Tridentin. sessione 6. cap. 11. in fin. & canone 31.* Conuenit & huic loco, quod de *Iacob.* legitur Genesis cap. 28. *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum; reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Optimè hanc etiam sententiam confirmant *Cassiodori* verba libro 2. epistol. 16. *Nutriunt* (inquit) *præmiorum exempla virtutes. Non est quisquam, qui ad morum summam nitatur ascendere, quando irremuneratum relinquitur, quod conscientia teste laudatur.* Virtutisque vberrimum alimentum honorem esse, affirmauit *Valer. Maxim. lib. 2. de externis institutis, cap. 4. Et vbi sine præmio labor est* (inquit Seneca libro primo de tranquillit. titulo de stabilitate mundi *torquet illos irritum decus.*

Quo factum est, vt ad ipsam virtutem amplectendam, legibus virtuti metipsi præmia
51 constituta, † & assignata sint. *Cicero libro 3. de natura Deorum. Lege præmia posita sunt virtutibus.* Constatque ex *l. Vt virtutum præmia, 4. C. de statuis, & imaginib. l. 1. D. de iustit. & iure, & vtrobique glossa, Clementina cupientes in principio extrà de pœniten. & remissionib.* Cecinitque Claudian. *d. panegyr. 2. in laudes Stiliconis.*

Egregios inuitant præmia mores.

Vt igitur suprà dictum cessaret inconueniens, remouerentur absurda, nevè ciuilis sapientiæ deficerent Professores, suumque robur leges haberent; meritò *Diui* constituerunt *Imperatores* huius scientiæ, studijque sectatores præmiis, honoribus, Magistratibusque decorandos † Diocletianus, & Maximianus *in leg. 1.* 52 *C. de Assesso. & domestic.* Anastasius *in l. 4. C. de aduoc. diuersor. iudicum,* Federicus *in d. authent. Habita, C. nè filius pro patre.* Iustinian. *in fin. de proœmij institutionum, & in dict. proœmio Digestorum, paragrapho nos verò.* & *Et quod iam,* & *paragrapho Incipite. Quoniam debet in spe,* † *qui arat, arare, &* 53 *qui triturat, in spe fructus percipiendi,* vt ait Apostolus 1. *ad Corin. cap. 9.* Tibulus *libro 2. eleg. 7.*

Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratris
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

Valer. Martial. lib. 1. Epigr. ad Lucillum.

In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,
Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

Ouid. de Ponto. lib. 1. elegia 6. ad Maximum.

At puto fructus adest, iustissima causa laborum,
Et sata cum multo fœnore reddit ager.

Horatius lib. 1. sermonum satyra 1.

Ille grauem duro terram, qui findit aratro,

Perfidus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Perfidus hic caupo; miles, nautaque per omne
Audaces mare, qui currunt, hac mente laborem
Seſe ferre, ſenes vt in otia tuta recedant, Aiunt.

Et ſecundùm Ambroſium ſuper Pſal. 12. *Spes commodi furatur labores, & metum abſcondit periculi.* & Senecam de moribus, *Spes præmij ſolatium ſit laboris*, & vt inquit Caſſidior. lib. 4. epiſt. 12. *Graue nimis, vt fructu laboris ſui fraudetur induſtrius.* Fraudarentur autem pauperes, ſi ob paupertatem à muneribus, Reipublicæque honoribus arcerentur. Quod nullo modo dicendum, aut ferendum eſt.

Quinimò, ſi probatæ vitæ, morumque pau-
54 peres ſint, diuitibus præferendos, † ex eo etiam probatur, qui ſecundùm *Apoſtolum ad Cor. 1. c. 3. Vnusquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.* Optimus ad propoſitum *text. in l. 2. C. de officio præfecti prætorio Aphricæ*, ib. *Et ſemper prouidemus vnumquemque ſecundum labores ſuos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates perducere. leg. 2. C. de officio Magiſtr. offic. l. Contra publicam*, 14. *in fin. C. de re milit. li. 12. cap. De multa*, 28. *extrà de præb. & dignit. vbi gl. verb. Literas, c. Vulterana*, 25. *& ibi glo. verb. Locum, cap. De redditibus*, 28. 12. *q. 2. cap. ius militare*, 10. *diſt. 1. cap. Officia. 2. & ibi glo. pen.* 59. *diſtin. cap. Statuimus*, 15. *& ibi glo. verb. Voluimus eſſe potiores, de maiorit. & obedi.* elegans text. *in cap. vnico in princip. de reliq. & venerat. Sanct. lib. 6.* Bald. *in proœm. Digeſt. n. 62. & in l. Certum, num. 11. C. famil. erciſc.* Ioan. *de* Platea *in l. Vnicuique, nu. 3. verſ. Item nota, C. de proxim. ſac. ſcrin. lib. 12.* vbi etiam eſt text. latè Bart. Cœpol. *in tract. de Imperat. militum deligendo, numero 1. & ſeqq.* Nicol. Boer. *in tract. de officio Magiſtri Concilij, num.* 145. Petrus *de* Vbald. *de Canon. Epiſcop. verſic. Quoad ſecundam quæſtionem, num.* 27. Guil. Rodoan. *de ſpolio Eccleſ. quæſt. 7. §. Occurrit, num.* 4. Horatius Lutius *de priuileg. Scholaſtic. in præfation. nu.* 11. Hieronym. Gonçalez (plura in hanc ſententiam ex *num.* 8. cumulans) *in regula 8. Cancellar gloſſ. 4. num.* 17.

Quæ autem in legalis ſcientiæ ſtudio, eiuſque acquiſitione, laborum pauperum cum diuitum laboribus comparatio?

Ex quibus omnibus non ſolùm ad honores admittendos pauperes, dignitatibuſque (ſi aliàs honeſti, ac probi ſint) condecorandos: ſed etiam diuitibus præferendos, conſtat.

Et ſi rem ab origine repetamus, & ante, & poſt vrbem Romanam conditam Legiſlatores, Magiſtratus, quique Reipublicæ regimen
55 tenebant, † pauperes, & egenos fuiſſe, inuenie-mus.

Ante vrbem conditam *Romulus, Remuſque* exiguo dabant iura populo. *Ouidius lib. 3. Faſtorum.*

Omnibuſque agricolis, armentorumque miniſtris.
Iliadæ fratres iura petita dabant.

Pauperes tamen & ipſi erant, vt ex eodem *Ouidio* ſtatim adducendo apparet.

Poſt Romam verò conditam, ſic idem ipſe *Ouidius d. lib. 3. Faſtorum.*

Mœnia iam ſtabant, populis angusta futuris.
Creditur, ſed turba tunc nimis ampla ſuæ:
Quæ fuerint noſtri ſi quæris Regia nati:
Aſpice de canna, ſtraminibuſque domum.
In ſtipula placidi capiebat munera ſomni:
Et tamen ex illo venit in aſtra thoro,
Iamque loco maius nomen Romanus habebat,
Nec coniux illi, nec ſocer vllus erat.
Spernebat generos inopes vicinia diues.

Idemque lib. 3. de arte amandi.

Curia conſilio, quæ nunc digniſſima tanto eſt,
De ſtipula, Tatio Regna tenente fuit.
Quæ nunc ſub Phœbo, Ducibuſque palatia fulgent,
Quid niſi araturis paſcua bobus erant?

Auctaque aliquantulum ciuitate, cum vſque tunc populus ſine certa lege, certoque iure viueret: traditur ipſum *Romulum* populum in triginta partes diuiſiſſe, quas partes *Curias* appellauit, eo quòd tunc Reipublicæ curam per Concilium earum partium expediebat. Et ita leges quaſdam, & ipſe Curiatas ad populum tulit, Regeſque ſequentes, leges tulerunt. Vt refert *Pomponius in l. 2. in principio, D. de origine iur.* Eoque tempore illos oportet exſtitiſſe Senatores, & Magiſtratus, de quibus idem ipſe *Ouidius Faſtor. lib. 1.*

Paſcebatque ſuas ipſe Senator oues.

Et ibi.

Iura dabat populis poſito modo Prætor aratro.

Claudianus quoque in panegyr. in 4. Conſul. Honorij.

Sordida Serranus flexit Dictator aratra;
Luſtrata littore caſa, faceſque ſalignis
Poſtibus affixi, collecta Conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.

Et in panegyrico in Conſulatu Manlij Theodori.

Docuit toties à rupe profectus
Lictor, & in mediis Conſul quæſitus aratris.

Et Iuuenal. ſatyra. 11.

Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere larem,
Accedente noua (ſi qua dabat hoſtia) carne
Cognatorum aliquis, ter Conſulis, atque
Caſtrorum imperijs, & Dictatoris honore
Functus, ad has epulas ſolito maturius ibat,
Erectum domito ferens de monte ligonem.

Procedente deinde populo Romano, cum propter nimiam *Demarati Corinthi* filij (*Tarquini* ſcilicet ſuperbiam) Reges ab eo electi eſſent, Conſules duo in eorum locum creati ſunt, teſtatur *Ouid. Faſtor. lib. 2.*

Tarquinus cum prole fugit, capit annua Conſul
Iura, dies Regnis illa ſuprema fuit.

Penes quos ſummum ius vti eſſet, lege rogatum eſt. Dicti ab eo, quod nimium Reipublicæ conſulerent. *Qui tamen nè per omnia Regiam poteſtatem ſibi vindicarent: Lege lata factum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet nevè poſſent in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi. Solùm relictum eſt eis, vt coercere poſſent,*

&

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& in vincula publica duci iuberent. Verba sunt Pomponij *in d. l.2.§. Exactis deinde Regibus, el 2.*

Consulatus autem initium. *Publius Valerius Publicola*, cum *Iunio Bruto* auspicatus est. Idemque postea tres Consulatus acceptissimos populo Romano gessit,& plurimorum,ac maximorum operum prætextu, titulum imaginum suarum amplificauit. Cùm interim factorum illud culmen, patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente, decessit. Ideòque publica pecunia ductæ sunt, vt memoriæ prodidit Valer. Maxim. *lib. 4. de paupertate laudata,cap.1. Quid attinet* (addit ipse Valerius) *vlteriori disputatione tanti viri paupertatem scrutari? abunde enim patet,quid viuus possederit, cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit.*

Populo deinde Romano acto (re exigente) placuit maioris potestatis Magistratus constitui. Dictatores itaque constituti sunt, à quibus nec prouocandi ius fuit,quibusque etiam capitis animaduersio data; vt tradit ipse idem *Pomponius in d.l.2.§.Populo deinde acto.*

Huiusmodi autem summa potestas *Lucio Quintio Cincinato* (quatuor tantùm agri iugera possidenti) delata est, vt ex *Valerio Maximo d.lib. 4.cap.7.* constat. Conducit in hanc rem, quod cecinit *Horat. lib. 2. carminum oda 15.*

Non ita Romuli
Præscriptum, & intonsi Catonis
Auspicies,veterumque norma,
Priuatus illis census erat brevis,
Commune magnum. Nulla decem pedes
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Ecce qualiter summum Reipublicæ Romanæ Imperium apud paupertrimos, & inopes extiterit, ab eisque decorem, & incrementum acceperit. Quos nunc referre satis sit (vt alios quam plures, qui adduci possent omittamus, quique apud *Senecam* etiam videri possunt *de consolatione ad Albinam Agrippam, Atilium Regulum* multos alios ad propositum paupertrimos magistratus, insigneisque Duces adducentem.)

Adeòque bene cum populo Romano ex pauperum Consulum, Dictatorum, ac Magistratuum electione actum est; vt non solùm
56 diuites à Reipublicæ dignitatibus, & officiis repelleret, † sed & mediocri rei familiaris fortuna crimen foret, vt de illis loquens *Ouid. lib.1.Fastor.* ait.

Et leuis argenti lamina crimen erat.

Vnde, quia *Cornelius Rufinus* (qui duobus Consulatibus, & Dictatura speciosissimè functus erat) decem pondo vasa argentea comparasset; ab ordine Senatorio per *C. Fabricium* remotus est, vt scriptum reliquit *Valer. Maxim.lib.2.de censoria severitate, cap.4.* Quo factum est, vt quandoque honorum adipiscendorum cupidi, ad faciliorem illorum obten-
57 tionem, egentes, ac pauperes se simularent; † iuxta illud. *Martial. lib.11. Epigram.17.in Nestorem.*

Tu tamen affectas nestor, dici, atque videri.
Pauper, & in populo quæris habere locum,&c.

Idem quod & ad beneficia Ecclesiastica obtinenda fieri assolet. De quibus tamen inquit *Bald. in cap. Cùm adeò, numero 1. de rescript.* eos qui in impetrando beneficio fingunt se pauperes, *cum non sint; non nisi ventum reportare.*

Et cum *Plinius* nepos ab *Imperatore Traiano* amico pauperi præturam expostularet; ad faciliorem impetrationem, illius paupertatem cum integritate commendat. Eius sunt verba. *Admoneo simul,& impensè rogo,vt Accium Suram Prætura exornare digneris, cum locus vacet, ad quam spem alioqui quietissimum hortatur & natalium splendor, & summa integritas in paupertate.*

Traditque *Iulius Capitolinus*, *Antonium Philosophum* multis pauperibus, † sine crimi- 58
ne dignitates tribunitias, ædilitiasque concessisse.

Idemque de *Alexandro † Seuero*, *Ælius* 59
Lampridius, vt refert Andreas Tiraquell. *in l.si vnquam, verbo Bona, num. 6.col.2.propè med. versic.* Ælius quoque Lampridius, *C.de reuoc. donation.* & eo non citato Paulus Montanus *in tractatu de tutore,& curatore,cap.36.de excusationibus tutorum, reg. 2.num.* 11. vbi plura *numeris seqq.* in pauperem, fauorem adducit.

Quod & apud *Athenienses* † (è quorum 60
viuendi norma, legibusque Romanum Imperium sumpsisse iura; testatur *Imperator Iustinianus in §.Constat autem,instit.de iure natur. gent.& ciuil.*) obtinuit. Licèt enim eorum Legislator *Solon*, Magistratus omnes ex nobilibus, & locupletibus constitui (vt iam diximus) decreuisset; sæpè tamen *Limachum* in eorum Imperatorem creârunt. Qui adeò insigni fuit paupertate; vt quoties Athenienſis populus eum in Imperatorem elegerit; aliquantulum pecuniæ ad pallium, & crepidas comparandas ei erogare necesse haberet. Refert (ex Aristot.) Andr. Tiraq. *de nobilit.cap.3. numero* 20. Et apud *Argados*, de quibus, eorumque Rege *Euandro*, ita *Virgilius lib. 8. Æneid.*

Tùm res inopes Euandrus habebat.

Et ibi.

Vna omnes iuuenum primi, pauperque Senatus
Euandrum ex humili tecto, &c.

Si tamen adhuc dubitabilem tibi hanc sententiam esse contingat, nec in eam prodita inclinare te exempla valeant, quia humana: non poterunt non id efficere diuina. Si enim ad exemplum electionum Dei (cuius nos imita- 61
tores † esse admonet *Apostolus ad Ephesios 5.*) aliæ fiant; rectæ quidem,& laudabiles erunt. Ipse autem Deus Optimus Maximus Ioseph ex fœtido, † strictissimoque carcere pau- 62
perem, & egenum ad vniuersi Ægypti regimen deduxit, *Genesis cap.40.& 41.* Dauid è gregis puluere in Regem Israël vnxit *Psal. 77. Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum.* Moysen ex paupere, miseroque ortu, & natiuitate in Principem, Rectoremque populi sui, *Exodi cap. 2.* Christusque Dominus (cuius omnis actio † nostra debet esse instructio, *cap.* 63
Exemplum, 12. in ordine, 12. quæst. 1.) inter nos degens, ad Apostolatum pauperes † as- 64
sumpsit,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſumpſit, Petrumque piſcatorem inopem, Caput Eccleſiæ conſtituit. Magiſtri deinde Petrum veſtigia ſequutum, legimus ſingulis ciuitatibus, ſingulos Epiſcopos † deſtinaſſe, *cap. Porrò, 2. 66. diſt. cap. Vrbes, 1. cap. In illis, 2. 80. diſtinct.* Eóſque pauperes fuiſſe, *cap. de his, 7. 10. quæſt. 1.* Alphonſus Aluarez *in ſpecvlo Romani Pontificat. capite trigeſimo in fin.* Camill. Borrell. *conſil. ſiue controu. 2. n. 5. & 6.* Beatumque Seuerum † ex lanificio in Archiepiſcopum fuiſſe aſſumptum tradit Barr. Cœpol. *in d. tract. de Imperat. milit. dilig. verſ. Pro Imperatore, num. 45.* allegat *paragrapho His omnibus, 71. diſtinct.* quem non inueni: debuitque allegare *tex. in cap. Statuimus, 8. §. fin. 61. diſtinct.*

65 66

Ex quibus omnibus vera redditur hæc ſententia, ex contrariorumque ſolutione clarior apparebit. Contra quam non obſtant *d. leges* † *Reſcripto, 6. leg. Honor, 14. §. de honoribus,* & aliæ in principio adductæ. Quibus reſpondet *Ioann. Matienço in dialogo Relatorum* (hanc defendendo ſententiam, *4. par. cap. 8. num. 13.* de pauperibus, qui fide, boniſque moribus carent, quibuſque nihil ſatis eſt; intelligendas.

67

Aliam tamen (ni fallor) congruentiorem, veram, & à nemine in ſpecie vſque adhuc tactam, cum proxima iunctam, aſſignari ſolutionem † poſſe exiſtimo. Dictarum nempè legum prohibitionem (nè paupetes ad honores prouehantur) intelligendam, quando pro tali honore, munere vè gerendo, de proprio patrimonio neceſſariò expendendum ſit: ſecùs vbi patrimoniales non requiruntur ſumptus. Quandoque enim in officij expeditione expenſæ, vel ſumptus fiant, neceſſe eſt: quandoque non. vt in *d. l. Honor, 14. D. de munerib. & honorib.* oſtendit Conſultus. Cuius verba ſunt. *Honor municipalis eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitatis gradu, ſiuè cum ſumptu, ſiuè ſine erogatione contingens,* & ibi not. *gloſſ. verbo Sumptu.* Eſt etiam *text. in leg. 1. §. D. eod.* Melior *in l. Relegatorum. 7. in fin. D. de interdict. & relegat.* ibi: *Ergo etſi honoribus quis in pœnam fuerit prohibitus: poterit dici, niſi honores iſti habuerint mixtam muneris grauem impenſam, &c.*

68

Solùm ergo dictarum legum prohibitionem honores proprij patrimonij ſumptum annexum habentes reſpicere; ad quos conſultiùs eſſe diuites eligi; non etiam ad alios ſe extendere, firmandum eſt.

Neque intellectus hic, voluntarius eſt, aut diuinatorius, ſed qui apertè ex eiſdem contrariis ſupra adductis colligitur legibus. In primis ex *dict. l. Honor, 14. paragrapho de honoribus* (in hiſce terminis loquente) ibi: *Facultates quoque an ſufficere iniuncto muneri poſſint:* ex contextura *d. legis Reſcripto, 6* ibi: *Vt non ſolùm publicis honoribus pares non ſint:* vbi *gloſſ. verb. Honoribus,* vertit, *Aliàs oneribus, D. eod. titul. de muner. & honorib. & dict. lege ad ſubeunda, 46. Cod. de decurio. libro decimo* ibi: *Nè tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non poſſint.* necnon *& d. legis 6. titul. 18. par. 2.* ibi: *La tercera, que tengan y de omes cumplimiento. La quarta de vianda. La quinta de armas.* & inferius ibi: *Otroſi non debe ſer mucho eſcaſo.*

Quo quidem reſponſo non ſolùm prædictis contrariis legibus; ſed & multis aliis authoritatibus iam relatis ſatisfit, præcipuèque *Iſaiæ dicto capite tertio.* Rex enim, vel Princeps de propriis expendere, † tam pro bellis gerendis, quàm pro ſubditorum paupertate ſubleuanda habet neceſſe. *tex. in cap. Militare, 5. 23. quæſtione prima* Barthol. Cœpola *de Imperatore militum deligendo, verſic. Diuitiis, numero primo & ſequentibus* latè Camill. Borrell. *de Magiſtrat. edict. libro primo cap. 13. numero 3. & ſeqq.* Iacob. *de* Ayello *in tractat. de iure adhoæ, releuij, atque ſubſidij, numero 4.* qui inter tractatus Doctorum *tom. 12. folio 170.* habetur.

69

Et non ſolùm pro militum, vel Capitaneorum ſtipendiis, & ſalarijs; ſed etiam Magiſtratuum, & Iudicum; Lucas *de* Penna *in l. Annonas, Cod. de erogat. milit. anno. libro 12.* Roland *à* Valle *conſil. 1. num. 55. & 56. libro 2.* & infrà latiùs.

Et in iſto caſu, de iſtiſque perſonis *Philoſophi* iam relata aſſertio, *Impoſſibile eſſe pauperem benè Principem agere, & communibus negotiis vacare,* poteſt haud obſcurè intelligi.

Quo legum, authoritatumque pro contraria parte ſublato fundamento; non etiam obſtat aliud; *Pauperum* ſcilicet *omnibus ludibrio eſſe.* Maieſtas enim, & grauitas, quæ in animo conſiſtit, † breuiſſimis paupertatis terminis, metiſque non includitur, vt videre eſt in *C. Mario* proſcripto in profundo vltimarum miſeriarum abiecto (ne *Q. Metellum; Petrum Rutilium* exulem, *M. Catonem Vticenſem.* referam.) *Cum enim ad Caium Marium occidendum in priuata domo Minturnis clauſum ſeruus publicus natione Cimber (quam totam ipſe deleuerat) mitteretur: & ſenem, & inermem, & ſqualore obſitum (ſtrictum gladium tenens) aggredi non ſuſtinuit; ſed claritate viri obcæcatus (abiecto ferro) attonitus inde, ac tremens fugit. Minturnienſes autem Maieſtate illius capti, comprehenſum iam, & ſtrictum dira fati neceſſitate, incolumem præſtiterunt.* Hæc Valer. Maximus *libro ſecundo de Maieſtate, capite ſexto.* apud quem alia huiuſcemodi videri poterunt. Et vt propriùs ad eos, qui iudicandi; regendique munere funguntur, accedamus, quorum paupertas reique familiaris tenuitas, ac penuria, nil quidem animi grauitati, magnitudinique detraxit; exemplum (è multis, quæ adduci poſſent) nobis ſit *Marcus Curius. Qui Samnitum Legatis agreſti ſe in ſcamno aſſidentem foco, atque igneo catillo cenantem, ſpectandum præbuit. Nam cum ad eum magni auri pondus publicè miſſum attuliſſent, benignis vrbis inuitatus, vt eo vti vellet: vultum riſu ſoluit, protinuſque: Superuacuæ* (inquit) *nè dicam ineptæ legionis miniſtri, narrate Samnitibus, Marcum Curium malle locupletibus imperare; quàm ipſum fieri locupletem.* vt tradit idem ipſe Valerius Maximus *libro quarto de Abſtinentia, & Continentia, capite quinto.* Catonem quoque ſeniorem pellibus hœdinis pro ſtragulis fuiſſe vſum, tribuſque tantùm ſeruis Hiſpaniam rexiſſe, teſtatur dem *Valer.* ibidem *cap. vndecimo Seneca item*

70

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de consolat. ad Albinam, ad propositum nostrum paupertatem in Magistratibus animi grauitatem non minuere (eundem adducens *Curium, Homerum, Platonem, atque Zenonem*) firmat. *Claudianusque in panegyr. in 4. Consulat. Honorij.*

Discitur hinc quantum paupertas sobria possit.
Pauper erat Curius Reges cum vinceret armis.
Pauper Fabricius Pyrrhi cum sperneret aurum.

Non enim animi magnitudo, grauitas, & Maiestas externis indiget diuitijs: quæ etiam absque tribunalium fastigio, sineque apparitorum ministerio stare potest: fortius verò vbi hæc adsunt, vt in Iudicibus, & Magistratibus, à quibus contemptionis debet abesse timor, licèt desint diuitiæ, modò generosus non deficiat spiritus. Scitè in hanc sententiam *Plinius Iunior libro 8. epistolar. Maximo* suo scribens, in hæc verba. *Nec timueris contemptum, an contemnitur, qui imperium, qui fasces habet? nisi qui humilis, & sordidus, & qui se prius ipse contemnit?* & Seneca d. lib. de Consol. ad Albinam. *Nemo ab alio contemnitur* (inquit) *nisi à se contemptus est. Humilis, & proiectus animus sit isti contumeliæ opportunus.* Pulchertimus ad propositum *tex. in auth. de mand. Princip. §. Patrocinia quoque. coll. 3.* ibi: *Neque sit tibi cura cuiuslibet sint hæc agentes domini. Sufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem & Lex, & Imperij fauor.*

Huius quoque veritatis euidens præbet testimonium *Ca. Flauius* (libertino patre natus, Ædilis Curulis cum ingenti nobilitatis indignatione creatus.) Qui cum ad visendum ægrum collegam suum veniret, neque à nobilibus (quorum frequentia cubiculum erat completum) sedendi loco reciperetur; sellam Curulem afferri iussit, & ea honoris pariter, atque contemptus sui vindex consedit, vt scriptum reliquit *Valer. Maxim.* (cuius sæpè mentionem facere cogimur) *lib. 2. de frugalitate, & innocentia, c. 2.*

Denique sic imperandum, iusque reddendum *Consultus* monet *in l. Obseruandum, 19. in fin. D. de offic. Præsid. vt authoritatem dignitati ingenio suo augeat*, tanquam diuitiis ad id opus non sit; sed probitate ingenioque, quod magnos, reuerendosque homines reddit, non diuitiæ, vt optimè cecinit *Ouidius libro 1. de Ponto, eleg. 7.*

Si modò non census, nec charum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniumque facit.

Pecunia enim (vt inquit Seneca dict. loco de consolat.) *nil ad animum pertinet.* & iterum ibi: *Animus est, qui diuites facit.* & epistolar. lib. 16. epistola 99. *Valentior omni fortuna animus est* (inquit.)

Non secunda ratio, vel fundamentum contrarium, *ex connexione, & vicissitudine auaritiæ cum paupertate*, authoritate *Scipionis Æmiliani* confirmatum obstat. Cui in primis ex solutione assignata primo argumento, legibusque pro contraria parte adductis respon-
71 deri potest. Ideò nempè † forte *Æmiliani* sententiam obtinuisse, quòd de proprio patrimonio expendere ad munetis implementum pauper, qui in *Hispaniam* contra *Viriatum* mitti contendebat, debuisset. Vel ratione morum, vitæque cum paupertate coniunctæ, non solius paupertatis, si vel de proprio patrimonio aliquid expendere necesse non foret, vel mores, vitaque inculpata esset. Cùm toties à populo Romano ad eadem, vel maiora munera (vt sat dictum remanet) pauperes fuerint electi; speciosissimèque officio suo functi. Nec auaritiæ aduersus pauperes cupiditatis, inhonestique lucri ita vrget præsumptio; tantaque coniunctio cum paupertate auaritiæ est, vel cupiditati, vt sufficiens, potensvè causa arcendi pauperes ab harum dignitatum, munerumque impetratione, vel exercitio sit. Quinimò tantùm ab hoc abest; vt sæpè auaritia, cupiditasque diuitiarum comes sit, diuitesque insequatur, non pauperes, qui magis liberales, & minùs cupidi esse solent. Eodem enim gradu quo quis diues est, † & auarus, & cupidus. 72
Quod & docet experientia, pluresque authoritates demonstrant. Initium præbeat *Valer. Mart.* epigram. lib. 12. epig. 10. de Africano.

Habet Africanus millies, tamen captat.

Persi. satyr. 3.

Quis modus argento?

Ouid Fastor. lib. 1.

Creuerunt & opes, & opum furiosa cupido,
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Horat. lib. 3. carmin. oda 24.

Scilicet improba
Crescunt diuitiæ, tamen.
Curta nescio quid semper abest rei.

Et lib. 2. oda 2.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore langor.

Et lib. 3. oda 16.

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumque fames.

Claudian. in panegyr. 2. in laudes Stiliconis.

At primum scelerum matrem, quæ semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis auaritiam, cuius fœdissima nutrix
Ambitio, quæ vestibulis, foribusque potentum
Excubat, & pretijs commercia possit honorum.

Firmat etiam D. Gregor. *lib. 15. moral.* in hæc verba, *Auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. Diuitiæ namque possessorem suum esurire cogunt.* & Senec. de morib. *Pecunia non satiat auaritiam; sed irritat.* & de benefic. libro secundo *Maiora cupimus* (inquit) *quo maiora venerunt, multòque incitatior est auaritia in magnarum opum congestu collocata. Vt flamma infinita acrior vis est; quò ex maiore incendio emicuit:*

Æquè

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Æque ambitio non patitur quemquam in ea menſura honorum conquieſcere; qua quidam eius fuit impudens votum. & ibi: *Cupiditas porrigit, & fœlicitatem ſuam non intelligit.* & epiſtola 120. libro 21. *Neminem pecunia diuitem fecit, imò contra, nulli non maiorem ſui cupiditatem incuſſit. Quæris quæ ſit huius rei cauſa? Plus incipit habere poſſe, qui plus habet.* Alter quoque Senec. in Hercule furente actu 1. ſic.

Hic nullo fine beatus
Componit opes, gazis inhians,
Et congeſto pauper in auro eſt.

73 Pauperes verò minùs cupidos, † auaroſque eſſe, oſtendit idem *Marr.* libro 5. epigram. 18. ad Quintianum.

O Quintiane, liberalis eſt pauper.

Salomoque in Prouerb. *Homo indigens miſericors eſt.*

Iuuenal. ſatyr. 14.

Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat, qui non habet.

In huiuſque rei confirmationem adducit Barthol. Cœpol. (*in tract. de Imperat. milit. deligendo, verſic. Pro Imperatore verò*) Cæcum de Aſculo *lib. 4. cap. 13.* dicentem *Quanto è piu ricco* Ihuom; *tanto è piu auaro.* Firmatque etiam Pat. Ferdinan. Rebell. *de obligat. iuſtit. part. 2. libro 12. de contract. ludi. quæſt. 4. ſect. 1. numero 5. verſic. Aliud caput.*

Vtque de veritate opinionis, votique noſtri conſtet apertiùs, huicque dubitationi, vel obiectioni additus præcludatur; concedamus, &
74 pauperes, & diuites auaros, † cupidoſque eſſe, iuxta Ierem. *cap. 6. A minore quippè vſque ad maiorem, omnes auaritiæ ſtudent.* & cap. 8. *Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus, quia à minima vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent.* & Iſaiæ cap. 56. *Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque nouiſſimum.* Id ipſum Horat. (de auaritia loquens) *libro 2. ſermon. ſatyr. 3.*

Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.

Et lib. 1. ſatyr. 1.

At magna pars hominum decepta cupidine falſa,
Nil ſatis eſt, inquit.

Valer. Mart. libro duodecimo dict. epigram. 10. ad African.

Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.

Deſiderium enim diuitiarum (ſecundum *Ariſtot. Polit. lib. 1.*) vadit in infinitum, & *Topic.* 3. pauperes dicuntur omnes ſecundùm appetitum.

Conceſſo itaque, omnes diuitiarum cupiditate, auaritiaque teneri, eiuſque eſſe contagione infectos; facilius tamen pauperum,
75 quàm diuitum ſaturatur, † expletur que, iuxta illud *Martialis libro 1. epig. 79. de leone, & & lepore.*

Nec gaudet tenui ſanguine tanta ſatis.
Præda canum, lepus eſt, vaſtos non implet hiatus.

Senecæque epiſtolar. libro decimo-octauo, epiſt. 109.

Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.

Ex quibus deducitur aptiores etiam ex hoc capite ad Magiſtratus † pauperes diuitibus 76
eſſe, vel quia non cupidi, vel minùs ſaltem. Quique neque diuitiarum cupiditate, eatumque augendarum deſiderio, amittendiue timore turpia committent. Quod ſecùs in diuiti- 77
bus † eſt. Eleganter in hanc rem Iuuenal. ſatyr. 14.

Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto.
Per glaciem perone tegi, qui ſummouet Euros
Pellibus inuerſis: peregrina, ignotaque nobis
Ad ſcelus, atque nefas, quodcumque eſt, purpura ducit.

Neque enim ſolum (vt inquit *Cicero in prim. paradox.* de Iudicibus loquens, relatus à Barthol. Cœpol. *in dicto tractatu de Imperator. milit. delig. verſicul. Pro Imperatore verò, numero* 44. hanc eandem noſtram in præſenti firmans ſententiam) *ea, quæ habent libidine augendi cruciantur; ſed etiam amittendi metu.* Cuius potentiam optimè perpendit *Seneca in libro 1. de tranquillit. vitæ, cap. De mutatione animi. Itaque* (inquit) *cogitandum eſt, quanto leuior dolor ſit, non habere, quàm perdere.* & ibi: *Erras enim ſi putas animoſius detrimenta diuites ferre.* & ibi: *Tolerabilius autem eſt, vt dixi, facilìùſque non acquirere, quàm amittere.* & epiſtolar. libro primo, epiſtola 5. in fin. *Multa bona noſtra nobis nocent. Timoris enim tormentum memoria reducit, prouidentia anticipat.*

Diuitum metum benè depinxit *Iuni. Iuuenal. ſatyr. 10.*

Pauca licet portes argenti vaſcula puri
Nocte iter ingreſſus, gladium, contumque timebis,
Et mota ad Lunam trepidabis arundinis vmbram,
Cantabit vacuus coram latrone viator.

Et Ouid. de Nuce.

Sic timet inſidias, qui ſe ſcit ferre viator
Cur timeas, tutum carpit inanis iter.

Et Seneca in libro de Paupertate, *Nudum latro tranſmittit, etiam in obſeſſa pauperi via pax eſt.*

Alter quoque Seneca in Hercule Oetæo actu 2.

Ceſper Tyrio mollior oſtro
Solet impauidos ducere ſomnos.
Aurea rumpunt tecta quietem.
Vigileſque trahit purpura noctes.
O ſi pateant pectora ditum,
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus! Brutia coro
Pulſante fretum mitior vnda eſt.
Pectora pauper ſecura gerit, &c.

Potenſque eſt huiuſmodi metus, vt à recta via diuites declinare faciat, iuxta illud *Eccleſiaſt. capit. 31. Beatus dues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecunia, & theſauris. Quis eſt hic? & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita ſua.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quarè rectiores pauperes, æquique amantiores † existere solere, benè & suprà dicta, & quod scripsit *Mart. lib.* 11. *epigram.* 6. *in laudem Nerua Traiani* ostendunt.

Tanta tibi est recti reuerentia Cæsar, & aqui,
Quanta Numa fuerat; sed Numa pauper erat.
Ardua res hæc est, opibus non tradere mores.

Firmat hoc idem *Seneca in lib. de Pauper. Abstrahunt à recto diuitiæ* (inquit.) epistol. lib. 3. epist. 20. *Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio.* & de formula honestæ vitæ, tit. de remediis fortuitorum. *Accepit ille grandem pecuniam, absque dubio superbiam accipit.* & epistol. lib. 14. epistol. 95. *Nam quasi ista inter se contraria sunt, bona fortuna, & mens bona.* & Tragicorum sententias, carminaque referens, *Epist.* 115.

Sine me vocari pessimum, vt dines vocer.

Quod & diuitiarum desiderium, & amittendi
79 efficit metus. Ideoque in Prædicatoribus † ad nudam proferendam veritatem, vitiaque exprobranda, multum interesse, prodesseque pauperiem (suprà dicta ratione) aduertit Alfons. de Madrig. *in tract. de Episcop. Paroch. & c. tract. de prædicator. cap. de paupertate prædicatoris.* Id Ioannis Baptistæ authoritate firmans, qui solus cum pauper esset, Herodem reprehendere, carpereque est ausus; cum multi alij essent, quibus hoc etiam incumbebat munus, quos metus perpendi bona detinuit.

Ex quibus satis etiam authoritati *Auli Gelij*
80 † adductæ, *numer.* 23. *Diuitias obsidis loco haberi, nilque turpe diuites committere, ne eas perdant, audere,* responsum est. Tùm quia ex iam dictis contrarium facile licet colligere; tùm quia adeo in diuitibus potens est diuitiarum augendarum amor; vt in hominum notitiam non ventura scelera, iniusta pacta, & conuentiones, quas secreto, & occultè celebrant, facilè sibi persuadeant. Id quod etiam apertè demonstrant, quod de *Marco Crasso, & Quinto Hortensio* (potentissimis populi Romani viris, Lumina Curiæ, forique Ornamenta (tradit Valer. Max. *de auaritia lib. 9. cap.* 1. Quique scelus, quod vindicare debebant, inhonesti lucri captura inuitati, authoritatibus suis texerunt. Cùm enim *L. Minutio* admodum locupleti quidam testamentum falsum suppositisset, eiusque confirmandi gratia prædictos *Marcum Crassum, & Q. Hortensium* adiisset, tabulis eum hæredem instituerunt.

Vnde regulariter meliores diuitibus paupe-
81 tes † esse, profitetur Paul. Montan. *de tutor. & curat. cap.* 36. *de excusat. tutor. regul.* 2. *per tot.* Pluraque ad id scripsit Andre. Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo Bona, num.* 3. *C. de reuoc. donat.* Firmatur etiam ex Seneca declamat. libro 8. declamat. 1. *Magis Deos miseri* (inquit) *quàm beati colunt.* Et in libro de Diuina prouidentia. *Quarè tamen* (ait) *Deus tam iniquus indistributione fati fuit; vt bonis viris paupertatem, vulnera, & acerba funera adscriberet?* Ex Horatio quoque *lib. 2. sermon. satyr. 2.*

Cur eget indignus quisquàm, te diuite? quare
Templa ruunt antiqua Deum?

Ex ratioque statim assignata à Seneca *dict. libro de Diuina prouidentia. Ipse ignis aurum probat, miseria fortes viros.* vbi multa alia similia adducit. & *in libro de Prosperitate*, ait, *Hos itaque Deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet.* Similiaque referuntur verba *in cap. non omnis, 2. & in cap. non osculatur, 3. in ordine, 5. quæst. 6.* Sic etiam Plinius *in panegyrico ad Traian.* inquit. *Cùm secunda fœlices, aduersa magnos probet.*

De diuitibus autem dicitur Matthæi *cap.* 19 *Amen dico vobis, quia dines difficilè intrabit in Regnum Cœlorum. Et iterum dico vobis, facilius est Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in Regnum Cœlorum.* Et præter alia vitia, quæ diuitiæ gignunt, ex eisque oriuntur (quæ ne fusè vagemur, omittimus, aut obiter enarrabimus) non minorem obtinet luxuria locum. Diuitem enim præsumi luxuriosè viuere, † tradit Iac. Men. *de præ-* 82
sumpt. lib. 1. q. 15. n. 32. Adducoque tex. optimum (à nemine quem viderim ad id ponderatum) *in l. fin. §. filiis autem, versic. Melius enim est, C. de bonis, quæ liber.* & Ouid. *de remed. Amor. lib. 2.*

Gnosida fecisses inopem, sapienter amasset.
Diuitiis alitur luxuriosus amor.
Cur nemo est Hecalem, nulla est, quæ cœperit Irum?
Nempè quod alter egens, altera pauper erat.
Non habet vnde suum paupertas pascat amorem.

Et de Arte Amandi lib. 2.

Luxuriant animi rebus, plerumque secundis.

Iuuenal. satyr. 6.

Nunc patimur longæ pacis mala sæuior armis
Luxuria incubuit, victumque vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo
Paupertas Romana periit. Hinc fluxit ad Histros,
Et Sybaris colles, hinc & Rhodos, & Miletos,
Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.
Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu
Diuitiæ moles.

Claudianus quoque de raptu Proserpin. libro 3.

Haud equidem inuideo (nec enim liuescere fas est,
Vel nocuisse Deos) sed quod dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes.

Quadam gentes beneficio egestatis non nouere luxuriam, inquit Seneca de ita libro 3.

Multa diuitiarum mala congerit *D. Chrysostomus super Genes. homil. 23. 33. & 49. & homil. 13. super 2. epist. ad Corinth. & homil. 7. de pœnit., & homil. de auaritia.* Inter quæ in primis luxuriam assignat ibid. *Opes luxuriæ occa-*

sio,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſio, malitia ſcola, turpis vita, & defluentis cauſa, animi corruptela, via ad diuerſa ferens mala. Plura congeſſit Guil. Bened. *in cap. Raynuntius, verb. Guidam Petro tradiderunt, numero 25. verſic. Primo ſunt elati.* Irritamenta malorum eas vocauit *Ouidi. Metamorph. lib. 1.*

Quasque recondiderat, Stygiisque admouerat vmbris
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

Diciturque *Eccleſiaſt. 11. Si dines fueris, non eris immunis à delicto.* Vetuſq; eſt prouerbium, *Dines, aut iniquus, aut hæres iniqui:* de quo teſtatur Andr. Tiraquel. *in d. l. Si vnquam, verb. Bona, num. 3.* Pulchrè in id Seneca *controuerſ. libro 3. controuerſ. 15. ſub verſ. Fauianus, Noli pecuniam concupiſcere. Quid tibi dicam? Hæc eſt, quæ anget diſcordiam. Vrbes, & terrarum orbes in bellum agitat. Humanum genus cognatum naturæ in fraudes, & ſcelera mutua inſtigat. Hæc eſt, quæ ſenes corrumpit.* & epiſtol. libro 13. epiſt. 88. *Hanc præcedentem cauſam diuitiæ habent, inflant animos, ſuperbiam parant, inuidiam contrahunt, & vſque eo mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet.* & de ira libro tertio. *Circa pecuniam plurimùm* (inquit) *vociferationis eſt. Hæc foræ defatigat, patres, liberoſque committit, venena miſcet, gladios tam percuſſoribus, quàm legionibus tradit. Hæc eſt, quæ ſanguine noſtro delibuta. Propter hanc vxorum, maritorumque noctes ſtrepunt litibus & tribunalia Magiſtratum præmit turba, Reges ſæuiunt, rapiuntque, & ciuitates longo ſæculorum labore conſtructas euertunt.* Et nè in his longior fiat ſermo noſter (poſt multa alia diuitiarum mala, quæ congerit idem ipſe *in lib. de paupertate*, adductaque etiam à Petr. Rebuff. *in 1. tom. ad conſtit. Gallic. tit. de ſentent. prouiſ. art. 3. gloſſ. vlt. n. 1*, illaque carmina.

Diuitiis vti, res eſt damnoſa ſaluti.
Paucos crede bonos, quos habet aris bonos
Mollitiès veſtis, coitus, gula, cura quietis
Poſſunt luxuriæ quatuor eſſe nota)

83 Diuitias à vitiis † denominari (ſi *Valeriano* ſolertiſſimo antiquitatum indagatori, his duobus carminibus teſtanti, credimus) ſcire ſufficiat.

De vitiis, quòd diuitiæ congregentur, apertum eſt,
Nomen idem vitiis, diuitiisque datum.

Firmat præfata Senecæ ſententia *in Hippolyto. actu 3.*

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit. Spargitque manu.
Munera cæca, peiora fouens.

Et ibi:

Tradere turpi faſces populus
Gaudet; eoſdem colit, atque odit.
Triſtis Virtus peruerſa tulit
Præmia recti: caſtos ſequitur
Mala paupertas: vitioque potens
Regnat adulter

Supra dictiſque omnibus, & ſententiæ, quam ſequimur, ac defendimus (*pauperes honoribus, publicisque officiis decorandos, diuitibusque etiam præferendos*) auxiliatur: Quia in Iudicibus non ea conſideranda paupertas eſt, quæ quaſi compellat, malumque aliquod perpetrare, turpeve quidquam committere cogat. Cùm ſalarium Iudici ſecundùm officij, ipſiuſque qualitatem conſtitui † leges iubeant. *Authen. de Pretorib. populi, cap. 3. verſic. Oportet ergo, collat. 2. nouell. 13.* ibi: *Etenim neque citra vſum conſolationis eos relinquimus, ſed vnicuique eorum tot ſolidos occaſione annonarum annis ſingulis dabimus; quatenus hi ſufficientes his, nulli acquieſcant furto, aut venalitati. Authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. Cogitatio igitur. collat. 2. nouell. 8. authen. Iuſiurand. quod præſtatur ab his, coll. 2. §. Iuro quoque, auth. de mandat. Princip. §. Feſtinabis, collat. 3. & §. Illud tamen, authen. de Iudicib. §. Hoc autem, verſic. Et neque, collat. 6. Notatur in cap. Cùm ab omni, extra de vit. & honeſt. Cleric* Iaſon *in l. Ne quidquam, numero 2. D. de offic. Proconſul. Specul. in titulo de ſalar. §. 1. numero 8.* Angel. & Iaſ. *in §. Tripli, inſtit. de actionib.* Decius *in l. Diem functo, numero 5.* (& ibi communiter Doctores) *D. de offic. Aſſeſſor.* Diu. Thomas *2. 2. quæſtione 71. artic. 4.* Petrus Nuñez *de* Auendaño *de exequend. mandat. cap. 2. numero 7.* Camil. Borrell. *de compromiſſo, §. 5. gloſſa 2. numero 1. & ſequentib. & de Magiſtr. edict. libro 1. capite 13. numero 23.* Petrus Foller. *ad conſtitut. Regni, conſtitutione Peruenit, num. 23. & conſtitutione Ad hoc volentes, num. 3.*

Idque etiam præter ſportulas ſibi debitas, vt *quæſtione 28. numero 3. & ſequentib.* dicemus. *Vnde Ælius Lampridius in Alexandro Seuero*, inquit. *Iudices cum promoueret, exemplo veterum (vt Cicero docet) & argento, & neceſſariis inſtruebat, ita vt Præſides prouinciarum acciperent argenti P. vicena, Phialas ſenas, mulos binos, equos vinos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balnearias ſingulas, aureos cœtenos, coquos ſingulos, & ſi vxores nõ haberẽt ſingulas cõcubinas, quod ſine his eſſe nõ poſſent, redituri depoſita adminiſtratione, mulos, equos, muliones, & coquos; cætera ſibi habituri, ſi benè geſſiſſent, in quadruplum reddituri, ſi malè.* Refert Camill. Borrell. *de Magiſtrat. edict. dict. capite 13. numero 29.* hæc numero 30. adiiciens. *Sed &* Trebellius Pollio *in Claudio* epiſtolam *refert, ex qua vſus ſimilis conſtat. Valerianus ad Zoſimionem Procuratorem Syria. Claudium Illiritiana gentis virum, Tribunum Martia quinta legionis fortiſſima dedimus virum deuotiſſimis, quibuſque ac fortiſſimis veterum præferendum. Huic ſalarium de noſtro priuato ærario dedimus, annuos frumenti modios tria millia, hordei ſex millia, laridi libras duo millia; vini veteris ſextarios tria milia quingentos, ſalis modios viginti, cera pondo centum quinquaginta, fœni, palea, aceti, oleris, herbarum, quantum ſatis eſt, pellium tentoriarium decurias triginta, mulos annuos ſex, equos annuos tres, Camelas annuas decem, mulas annuas nonem, argenti in opere annuo pondo quinquaginta, & in ſtrenis quinquaginta ſeptem, & trientes centum ſexaginta. Item ſicophocondas vndecim, itẽ incaueos, & ſchyphos, & zuma pondo vndecim, tunicas ruſſas militares annuas, ſago clamydes annuas duas, fibulã auream cumacum Cypream vnam, Balteſum argenteum inauratum*

84

vnum vnciarum ſeptem, torquem libralem vnum, caſſidem inauratam vnam, ſcuta chryſographata duo, loricam vnam, quam refundat. Lanceas Herculianas duas, Alcides duas, faces fœnarias quatuor, coquum, quem refundat, vnum, mulieres ſpecioſas ex captiuis duas, albam ſubſericam vnam, cum purpura ſubcubitana, ſubarmalem vnum, ſtructorem, quem refundat, vnum, cum purpura Maura, notarium, quem refundat vnum, latum-clauum, quem refundat, vnum, venatores, qui obſequantur, duos, carpentarium, vnum, curatorem Prætorij vnum, aquarium vnum, piſcatorem vnũ, ligni quotidiani pondo mille, ſi eſt copia, ſin minus quantum fuerit, & vbi fuerit, coctilium quotidiana batilla quatuor, balneatorem vnum, & ad balnea ligna, ſin minus lauetur in publico. Iam catera, quæ propter minutias ſuas ſcribi nequeunt; pro moderatione præſtabis. Aliam conſimilem epiſtolam tranſcribit idem ipſe *Camill. Borrel. eodem num.* 30. quam apud eum videre licet.

Turcarum præterea Imperatorem plurima
85 Iudicibus † quotannis donare (poſt *Ioannem Antonium Menanium de moribus Turcarum*) ſcribit *Ferrandus Adduenſis, explicationum libro primo, capite nono.*

86 Sic & Bailli, ac Seneſcali in Gallia ſua habent ſalaria, † & ſtipendia, de quibus Franciſc. Marc. *deciſ. Delphinat.* 794. *par.* 1. tradit idem ipſe Camill. Borrell. *d. cap.* 13. *numero* 31. *&* 32.

In noſtro etiam Hiſpaniæ Regno taxari Iu-
87 dicibus ordinariis congruum ſalarium iubet *Regia lex* 10. *titulo* 5. *libro.* 3. *nouæ Reg. collectio.* ibi: *Y el Preſidente, y los del nueſtro Conſeio taſſen el ſalario a los Tenientes, y Alcaldes razonablemente, como bien viſto les fuere, y ſe informen de lo que les dan, y prouean como ſean conuenientemente pagados, porque aſſi entendemos que cumple a la buena gobernacion, y adminiſtration de la Iuſticia, y deſcargo de nueſtra Real conciencia. Y que la taſſacion que hizieren de los ſalarios, la pongam en las cartas de Corregimiento que ſe dierem, como ſe ha acoſtumdo hazer.* Idemq; & in ſuperioribus Iudicibus obſeruari, plusquàm notum eſt.

Quod & apud Eccleſiaſtica tribunalia non ſolùm obtinere: ſed etiam in foro conſcien-
88 tiæ debere Epiſcopum, † vel Prælatum Eccleſiaſticum Vicario, vel Iudici ſalarium conſtituere, & ſoluere, notant Didac. *de* Segura *in ſuo directorio iudicum Eccleſiaſticor. cap.* 14. *nu.* 36. ita practicari dicens, Ioann. Matienço *in dialogo Relator. lib.* 3. *cap.* 32. *num.* 9. Flores Diaz *de* Mena *variar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 8. §. 1. *num.* 6.

Et hæc quidem ſalaria Iudicibus debita de
89 iure communi à Fiſco † (vt iam latè deduximus) ſoluebantur. notant etiam *Afflict.* & alij relati per Petr. Nuñez *de* Auendann. *cap.* 2. *num.* 2. *verſic. Et hæc iudicum ſalaria.*

Iure autem Regio, de bonis communibus, †
90 hoc eſt, *de los propios*, huiuſmodi ſoluuntur ſalaria, ex *tex. in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 2. *Ordinam. l.* 5. *tit.* 5. *lib.* 3. *nouæ Reg. Collect.* Quodque moribus receptum dicit Couar. *practic. quæſt. cap.* 4. *num.* 5 *poſt med.* Si autem propria Ciuitas, vel populus nulla, inſufficientia vè habeat: collecta † eis, qui aliàs contribuere in collectis ſo-
91 lent, imponetur, dictis iuribus ſupra, aduertitque etiam Auendan. *loco proximè relato. verſic. Hodie autem*, Ioan. Orozc. *in l. fin. n.* 10. *D. de offic. Aſſeſſor.* Fierque in capita, † 92 (vt ex ſuprà adductis) tradit Alfonſ. *de* Azeued. *in d. l.* 5. *tit.* 5. *lib.* 3. *Reg. Collect. num.* 1. Flores Diaz *de* Mena *dict. quæſt.* 8. §. 1. *numero* 14.

Et an etiam Iudici infirmo, † abſenti, mor-
93 tuoue eius hæredibus debeatur? Et an in anni principio, vel fine ſoluendum ſit? diximus *quæſt.* 28.

Vnde cum in Iudice cui ſalarium conſtituitur, & vilitatis, & ſuſpicionis ob magnam neceſſitatem, deficiat ratio; & argumenta quoque iam relata deficient. Illudque pariter de pauperibus, qui ab accuſando, à teſtimonio, & à tutela remouentur, ex dictis *à Nobis quæſt.* 1. *numero* 29. † Prætereà quia pauper diligens, & 94 probus, ob ſolam paupertatem non remouetur, *text. in* §. *fin. inſtit. de ſuſpect. tutor. & ibid.* Accurſ. *verb. Remouendus non eſt, l. Suſpectum,* 8. *D. eodem, vbi etiam gloſſ. & in l.* 2. *C. de tut. & cur. qui non ſat. ded.* ſed ex defectu ſatisdationis, vt notat *Accurſ. dict. locis.* Id quod in iudicibus etiam contingit qui ante ſatisdationem ad officia non admittuntur, vt dicemus *quæſt.* 53. *num.* 12. ¶ Patet ex tam longè deductis & reſponſio contrariis, & firmam, veramque hanc, quam defendimus ſententiam, eamque tenuerunt † Matienz. *in dialog. Relat.* 4. *par. cap.* 8. *ex num.* 9. *cum ſeqq.* Bart. Cœpol. *in d. tra-* 95 *ctat. de Imperat. militum delig. verſ. Pro Imperatore, nu.* 42. Petr. Gregor. *lib.* 47. *ſyntagmat. capit.* 10. *num.* 17. Cùm quibus etiam (vbi ſaltem iudicibus ſalarium conſtituitur) tenet Camil. Borrel. *de Magiſtratuum edict. d. lib. cap.* 13. *num.* 22. *& ſeq.* hancque ſententiam veram, & apud politicos obtinere, teſtatur; *Homobonus in tractatu de humana vita ſtatibus,* 2. *par. fol. mihi* 649. *Marta de iuriſdict.* 1. *par. c.* 7. *num.* 15.

Optimamque ad regimen, Magiſtratuſque 96 gerendos paupertatis † à cupiditate alienæ qualitatem eſſe, aſſerit *S. Thom. lib.* 4. *de regimine Princip. c.* 15.

Non tamen de pauperibus omnino vilibus, & abiectis, de quibus ſentire contrariæ partis aſſertores videntur, ſuprà dicta (vt iam aduertimus) intelligenda ſunt. Eos namque, † & 97 Magiſtratibus ineptos eſſe diximus, & docet *Ariſtotel. 2. Politicor, cap.* 9. Sunt enim (vt *idem ipſe ibidem lib.* 4. *cap.* 11. teſtatur) occultè praui, & in rebus exiguis fraudatores, ideoque Magiſtratum gerere neſcire, ſed ad parendum aptos eſſe. Bonus ad propoſitum *text. de iure Regio in l.* 2. *tit.* 9. *par.* 2. De quibus loqui, non obſcurè demonſtrat *Conſultus in d. l. Reſcripto,* 6. *de muner. & honor.* Inque omninò exhauſtis pauperibus tius dictum, *Philoſophique* proximè relatam aſſertionem intelligit Leander Galgan. *de iure public. libro* 2. *titul.* 3. *numero* 16. & latiùs, ac apertius *libro* 2. *tit.* 5. *numero* 35. *& ſeq.*

Denique (ne per mendicata ſuffragia procedere videamur) pro noſtra ſententia eſt *text.* expreſſus de nouiori Collectionis Reg. iure *in l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 3. *nouæ Collect.* ibi: *Y que el Corregidor ſea tal, que cumpla a nueſtro ſeruicio, y a*

la

UAB Biblioteca de Ciències Socials

la execution de la Iusticia, proueyendo al oficio, mas que a la persona: y que sea persona llana, y no poderosa.

98 Ergò mediocris conditionis homines † ad Reipublicæ regimen, Magistratusque aptiores esse, ita vt nec valde potentes, ac locupletes, nec omnino pauperes viles, egentes, & inopes ad eos assumantur, constat, traditque (ex doctrina *Aristote. d. lib. 4. Politic.* quam valde extollit) *Patritius in sua Republica lib. 1. tit. 4. pag. 15. ad fin.* sic dicens: *Mediocres certè, qui neque abiecti sunt, neque opulentia nobilitatis nimis exultant; longè modestius præsunt.* & per eadem fere verba, idem ipse *ibi lib. 6. tit. 5. pag. 153.* Ad idque respexisse *d. l. 2. nouæ Reg. Collect.* colligitur. Et expressius prouidit *d. l. 2. tit. 9. par. 2.* ibi: *Estos a tales non deuen ser muy pobres, nin muy viles, nin otrosi, muy nobles, ni muy poderosos.* Tenent etiam Ioan. Matienz. *d. cap. 8. numer. 19.* Iacob. Simanc. *de primogen. lib. 4. cap. 6. & 7.* Petr. Cened. *Collectan. iuris Cano. 27. num. 11. par. 1.* Bobadilla *d. lib. 1. cap. 11. in princip. & num. 4. & 5.* Gal. ganet. vbi proximè.

99 Namque diuitibus si Respublica excellentiam honorum tribuat, † afficiunt alios iniuria, vt testis est *Philosoph. 5. Politic. cap. 1.* in eosque superbiunt iuxta illud *Horat. epod. oda 4.*

Licèt superbus ambules pecunia, &c.

Eleganterque Senec. in Hippolyto.

Cur sancta paruis habitat in tectis Venus?
Mediumque sanos vulgus affectus tenet,
Et se coercent modica? Contra diuites,
Regnoque fulti, pluraque fusè petunt.
Quod non potest, vult posse qui nimium potest.

Pro coronide denique hanc præclarè opinionem confirmantia *Imperatoris Macrini* elegantia verba (quæ in oratione ad exercitum in Imperij sui ingressu, ac primordio habita protulit) libenter refero. *Neque est tamen* (ait) *quòd quisquam indignum Imperio censeat, aut fortunæ crimen putet esse, quòd ex Equestri ordine ad Imperium peruenerim. Nam quò obsecro nobilitas ipsa, nisi morum benignitas adsit, & humanitas? Siquidem fortuna munera etiam parùm dignos exornant, animi virtus propriam cuique gloriam conciliat. Et claritas quidem generis, diuitiaque atque id genus reliqua, & si beatorum propria putantur minimè in ipsis (vt pote ab aliis tradita) laudantur. Lenitas autem, ac benignitas, & si ipsis quoque admirationi sunt; attamen habenti quoque, laudem accumulant. Quid enim vobis profuit Commodi nobilitas? aut Antonini paterna successio? Scilicèt eiusmodi homines quasi ipsis debitam hereditatem adepti, veluti proprio patrimonio per contumeliam abutuntur. Qui autem à vobis Imperium acceperunt (veluti in perpetuum obstricti) etiam referre gratiam pro meritis eniteruntur. At hæc Patricia Principum nobilitas sæpenumero in superbiam vertit, despectis omnibus, velut inferioribus.* Et alia pulchra ibi, prout *Herodian. de Imperatorum Romanorum præclaris gestis, lib. 5.* refert.

Ex quibus satis iam abundeque patet, pauperes (dummodo sordidi, viles, & abiecti, malisque moribus imbuti non sint, sed honestæ probatæque vitæ, virtute, ac literis præditi) ad Reipublicæ honores, officia, & dignitates eligendos, ac diuitibus etiam præferendos fore. Et quid in Ecclesiasticis electionibus; quæstione sequenti (vt iam huic finem imponamus) adiiciemus.

VTRVM ADMITTI, ELIGIVE ad beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, aut etiam diuiti, vel minùs pauperi digniori præferri pauper debeat?

SVMMARIVM.

1 *Pauperes ad beneficia, vel dignitates Ecclesiasticas admittendi non sunt,* & num. seqq.
Contra num. 12. & seqq.
2 *Beneficia Ecclesiastica dignioribus conferenda sunt.*
Et idem in maioribus dignitatibus, ibid. *in fin.*
3 *Episcopus eligens ad beneficium dignum, omisso digniore, mortaliter peccat, licèt de digno facta electio teneat. ad restitutionem deinde digniori ipsi obnoxius est,* num. 10.
4 *Ad beneficia curata etiam in mensibus Apostolicis, siue per reseruationem in Curia vacantia, dignior eligendus est.*
5 *Ampliatur etiam in beneficiis iuris patronatus Ecclesiastici, vel mixti, partim scilicèt laici, & partim Ecclesiastici.*
6 *Et etiam si pro duabus partibus ius patronatus laicorum, & pro vna tantum Ecclesiastici sit.*
7 *Prouisio per concursum in quibus casibus necessaria non sit?* remissiuè.
8 *An dignior ad ius patronatus laicorum eligendus sit? vel sufficiat dignum præsentari, eique beneficium sit conferendum?*
9 *Et quid si plures præsentati sunt?*
11 *Hodie ex Pij V. Bulla dignior dicitur habere ius in beneficio, poteritque si eo omisso, dignus tantum electus sit, appellare, nouoque à Superiore habito examine, declarabitur electio irrita.*
14 *Dictio* Alius, alia, aliud, *similitudinè ostendit, eandemque cum præcedentibus naturam inducit.*
15 *Causa, quæ mouit Pontificem ad faciendum beneficiorum reseruationem, fuit, vt pauperibus clericis de beneficiis reseruatis prouideret.*
16 *Ad beneficia obtinenda, simulari solet paupertas,* remissiue.
17 *Ambienda non sunt officia, tam secularia, quàm Ecclesiastica.*
18 *Clerico pauperi ambire licet beneficium pro conditione sua sufficiens.*
19 *Omnes gratiæ beneficiales ambitiosæ sunt.*
20 *Litera* In forma pauperum, *ambitiosa non sunt, sed de iustitia dicuntur.*
21 *Conferri pauperi clerico beneficium, potiùs de iustitia, quàm de gratia est, cum illi sit debitum.*

22 *Pau*

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

22 *Pauper non ſolùm ad Eccleſiaſtica beneficia admittendus eſt, ſed etiam diuitibus præferendus.*

23 *Pauper non beneficiatus in data cum beneficiato concurrens, eidem præfertur.*

24 *Pauperes expectantes: etiam officialibus, & familiaribus deſcriptis Papæ præferuntur.*

25 *Habens expectatiuam* In forma pauperum, *habenti eam* In forma communi, *præfertur.*

26 *Pauper idoneus concurrens ad beneficium cum diuite, vel minùs paupere magis idoneo, eidem præfertur.*

Fortiuſque in beneficiis ſimplicibus, & iuriſpatronatus procedit, numero 32. & 33.

27 *Idque non ſolùm propria, ſed etiam parentum, ſororum, vel fratrum operatur paupertas.*

28 *Beneficia Eccleſiaſtica dicuntur panis pauperum.*

29 *Bona Eccleſiarum, bona ſunt pauperum.*

Pauperes bonorum Eccleſiaſticorum dicuntur domini, ibid.

30 *Fructus beneficiorum, vita, & ſanguis pauperum dicuntur.*

31 *Eccleſia dicitur mater pauperum.*

34 *Dignior qualiter quis, & ex quibus ad beneficia, dignitateſque Eccleſiaſticas iudicari debeat?*

35 *Paupertatis qualitas, & circunſtantia multum ſimul cum idoneitate ad iudicandum quem magis dignum confert*, remiſſiuè.

36 *Clericus pauper præſentatus, magis idoneus, non ſolùm moribus, & virtutibus; ſed etiam literis, & ſcientia præſumitur.*

37 *Pauperes amantiores ſunt literarum, quàm diuites.*

Crates Thebanus *cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus (tanquam literarum ſtudio repugnans) abiecit*, ibid.

38 *Paupertas vna eſt ex clauibus, per quas ianuam intramus Sapientiæ, Magiſtraque omnium artium, atque repertrix*, ibid.

39 *Reſpondetur contrariis.*

Intellectus ad text. in clement. In pleriſque 5. de election. & ad Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. *ibid.*

40 *Dines in beneficij Eccleſiaſtici aſſecutione, ſi Eccleſia pauper ſit, diuitiiſque indigeat, pauperi præfertur.*

41 *Vel ſi pauper illiteratus ſit, magnumque beneficium, aut Eccleſiæ Cathedralis Canonicatus.*

42 *Secùs ſi pauper literatus ſit, quia ad magnas debet dignitates extolli.*

43 *Cùm pauperibus literatis, ſicut cum nobilibus ad beneficiorum pluralitatem diſpenſandum erit.*

QVÆSTIO VII.

COnuenit (poſtquam ſuperiori egimus quæſtione *vtrum pauperes ad honores, & officia ſecularia admitti debeant*) quid & in Eccleſiaſticis dicendum ſit, diſcutere. Ex cuius diſputatione aliqua illi, & illius, huic accommodari poterunt. Argumenta in primis, quæ pauperes ad honores, ſecularia officia, & dignitates admitendos non eſſe, ſuadent. Inter quæ non minorem obtinet locum vilitatis ex paupertate prouenientis cauſa, ob eamque ad dignitates Eccleſiaſticas admittendos pauperes non eſſe, † eſt *textus* expreſſus *in clem. In pleriſque 5. de elect.* Cuius verba ſunt: *In pleriſque Eccleſiis nedum (quod dolentes referimus) præſidio facultatum priuatis: ſed & clero carentibus & populo Chriſtiano, multos frequenter, & religioſos præſertim improuida Superiorum prouiſio ad Pontificatus aſſumit honorem; qui nec (vt expediret) prodeſſe, nec præeſſe (vt deceret) valentes, inſtabilitate vagationis, & mendicitatis opprobrio ſerenitatem Pontificalis obnubilant dignitatis, &c.* 1

Secundò hæc eadem ſententia firmatur ex eo, quia beneficia Eccleſiaſtica dignioribus, † idoneioribuſque conferenda ſunt, *cap. Conſtitutis el 2.46. in ordine de appellat. c. Moyſes 6. c. Licet 15. 8. q. 1. c. Metropolitano 19. 63. diſt. c. 2. De offic. cuſtod. cap. vnic. vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut. confer. Concil. Trident ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat.* D. Thom. *2. 2. quæſtio 63. artic. 1. & 2. & quæſt. 185. artic. 3. & quodlibet. 4. artic. 15. & quodlibet 6. art. 9. & quodlibet. 8. art. 6.* Syluester *in ſumma, verbo, Acceptio perſonarum, verb. Electio, 1. quæſt.* Dominic. Soto *de iuſtit. & iure, lib. 3. quæſt. 6. art. 2. & lib. 10. quæſt. 2. art. 3.* Mercad. *in ſuma de contract. lib. 6. cap. 27.* Emmanuel Rodrig. *in ſumm. 1. tomo, cap. 106. &* 108. Martin. Nauarr. *in manuali, cap. 17. n. 73. & de oratio.* Miſcellan. *38. cum ſeqq. vſque ad 42.* D. Antonin. Adrian. Caietan. Arag. Bañez. Vega, & plures alij, quos refert, & ſequitur Nicol. Garcia *in tractat. de beneficiis, 7. part. cap. 16. num. 2.* Didac. Couar. *in reg. Peccatum, 2. par. §. 7. num. 4. & 5.* Didac. Perez *in l. 2. tit. 6. lib. 1.* Ordinam *gloſ. 1.* Ludouic. Molin. *de Hiſpan. primog. libro 2. cap. 5. a num. 5. & num. 69.* Flamin Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt. vltim. num. 35. 36. 39. &* 40. Hieronym. Ceuallos *Communi. contra commun. quæſt. 659. numer. 1.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Curiæ Neapol. cap. 65. numer. 8. latiſſimè* Ioann. Gutierr. Canonic. *quæſt. lib. 2. cap. 11. per tot.* communem dicit Ferdinand. Vazquez Mencha. *controuer. illuſtr. lib. 1. cap. 43. num. 14. & ſeqq.* Cardinal. Franciſc. Tolet. *in ſumm. lib. 5. cap. 4. verſ. 4. & cap. 78.* Steph. Grat. *diſcept. Forenſ. lib. 2. cap. 111. n. 20.* Ioann. Hieronym. Epiſcop. Campanil. *in ſuo diuerſor. iuris Cano. rubric. 6. cap. 3. num. 12.* prope infinitos, tam Theologos, quam Iuriſtas referens, *& rubrica 7. c. 6. num. 70. & 71.* Idem in dignitatum ſuperiorum electione, vt in maioribus Prælatis, Epiſcopis, vel Papa. ex *numero 72. cum ſequentibus* dicens; plenè etiam *Alexand. Raudenſ. deciſio. 34 in princip. & à n. 78. & 179. & deciſ. 33. à n. 10.* 2

Qui omnes peccare mortaliter Epiſcopum † etiam 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

etiam idoneum, vel dignum, idoneiore, vel digniore omisso eligentem, licèt de digno facta electio teneat, tradunt.

4 Quod quidem absque dubio in beneficiis curam animarum † habentibus, etiam in mensibus Apostolicis, siue per reseruationem in Curia vacantibus procedit, quia & in eis dignioris omnino electio facienda est, ex *Bulla Pij V.* & ita *Congregatio Concilij d. cap.* 18. *verbo, Ecclesia reseruata*, declarauit.

Idemque in beneficio iurispatronatus Ecclesiastici, † vel mixti, partim scilicet laici, &
5 partim Ecclesiastici) obseruandum, notarunt Hieronym. Gonçal. *in regula* 8. *glos.* 6. *numero* 135. Oliuer. Beltramin. *in annotat. ad* Alexand. Ludouic. *decis.* 494. *numero* 6. declarauitque *Congregatio supra, vers. Iuspatronatus laicorum.* Vbi etiam idem decreuit, &
6 si pro duabus partibus iuspatronatus laicorum sit, † & pro vna tantum Ecclesiastici, adhuc enim debet per concursum fieri prouisio, digniorique beneficium conferri. Tradit latè Herculan. Marescot. *variar. resolution. lib.* 1. *capit.* 52. *numero* 2. *vsque ad* 8. *inclusiuè.* Sex inibi assignans
7 sallentias, quibus prouisio † per concursum necessariò facienda non sit: ad quæ videndus etiam *Stephanus Gratian. dict. capit.* 211. *ex n.* 9. *cum seqq.*

8 Quod & in beneficiis iurispatronatus laicorum † procedere, voluerunt Didac. Couarruu. *in d. cap. Peccatum*, 2. *part.* §. 7. *numero* 5. Mandos. *ad Lapum allegat.* 22. Gratian. *dict. n.* 9. *& sequentibus*, Gutier. *dict. capit.* 11. *num.* 19. *& sequentibus*, Episcop. Campanil *dict. rubrica* 6. *capit.* 3. *num.* 32. *versiculo, Patronus quoque.*

Licèt contrarium tenuerit Lambert. *de iure patron.* 1. *par. lib.* 2. *quæst.* 10. *art.* 3. *numero* 13. *&* 34. dicantque probabile Emanuel Rodrig. *in summ. tom.* 1. *cap.* 106. *numero* 8. Petr. Ledesm. *in sum.* 2. *par. tract.* 7. *cap.* 2. 7. *concluf. difficult.* 9. *&* Bañez, quos refert Nicol. Garc. *d. cap.* 16. *num.* 19. Hanc quoque tenens sententiam, per *dict. cap.* 18. *Concil. Tridentini*, de digno, vel idoneo tantùm quoad patronum laicum agente: ad quod forsan non aduertisse *Ioan. Gutier.* loco suprà dicto, notat difficultatibus, contrariisque respondens, *num. seqq. vsque ad* 25. *inclusiuè.* Et ita censuit, declarauitque *Congregatio in d.* §. *Quòd si iuspatronatus laicorum sit*, Alexand. Ludouic. *decis.* 494. *numero* 1. *& ibid.* Oliuer. Beltrami. *in eius annotationib.* (alios referens) *num.* 3. vbi vnicus tantùm à patrono laico electus, vel præsentatus est; sufficiet enim si idoneus sit, licèt alij adsint digniores, nec concursus fiat necesse est; se-
9 cùs si plures præsentati sint, † tunc enim examen inter ipsos præsentatos fieri, idoneiorque ab Episcopo institui debet, vt *d. loco* declarauit *Congregatio*, & in versic. *Eueniente vacatione, Alex. Ludouic. sup. num.* 2. *& ibid. Oliu. Beltram. d. numero* 3. sic sæpissime iudicatum per *Rotam.* referens. Adeoque prædicta obligatio (digniorem dignis omissis, eligendi, in casibus huiusmodi qualitatem exigentibus, iam suprà notatis) Episcopum arctat; vt non solùm aliter faciens mortaliter (vt diximus) peccet;
10 sed & digniori ipsi ad restitutionem † teneri, asseuerent Syluester, *verb. Institutio*, 3. *q. vers.* 2. Bart. *à* Medin. *in summ. lib.* 1. *cap.* 14. §. 32. Ludouic. Lopez *in instruct. conscient.* 1. *tomo capit.* 125. *&* 127. Petr. Ledesm. 2. *par. tractat.* 8. *capit.* 4. 1. *concluf. & cap.* 8. Emmanuel Rodrig. 1. *tomo, cap.* 108. *numero* 6. Paludan. Ricard. Caietan. Petr. Nauar. Salon. Aragon. & Bañez *adducti per Nicol. Garciam dict. capit.* 16. *numero* 30. Qua de re late per ipsum ex *numero* 26. *vsque ad* 61. *&* Ioan. Gutier *d. capit.* 11. *ex numero* 47. *& sequentibus*

Hodie namque dignior ex *Pij V. Bulla* iust 11
in beneficio habere dicitur, vt per *Nicol. Garc. suprà numero fin.* Poteritque se omisso, dignoque tantùm electo, appellare, ac nouo à Superiore præhabito examine, declarabitur electio irrita, ex *dicto capite* 18. *Concilij*; nominatimque per Motum proprium eiusdem *Pij V.* super Collatione Ecclesiarum parochialium (qui est 33. in bullario, vbi dicti Concilij renouatur dispositio) prouidetur. Ioannes Gutierrez iam relatus *numero* 42 Cratian. *dicto capit.* 211. *numero* 31. Ioann. Hieronym. *dict. rubrica* 7. *cap.* 6. *num.* 75.

Digniores autem ad beneficia dignitatesque Ecclesiasticas diuites esse, ex d. clement. *In plerisque*, rationibusque ibi à Pontifice expressis, satis constat, & per consequens, ad eas diuites promouendos, quorum authoritate Clericalis splendet ordo, ac pauperibus (quibus vilescit, Cleroque de decori sunt) præferendos.

Contrariam tamen sententiam, † & ex his, 12
quæ in *d. præcedenti quæstione* fusè protulimus, veram esse conuincitur; & probat expressus *text. in d. cap. Constitutis* 46. *de appellationib.* In cuius tèxtus specie præsentatus quidam à maiori, sanioreque Capituli parte ad Præpositurum fuerat, cuius electionem confirmauit Episcopus, à qua eiusque confirmatione ab aliis præsentatus ad Apostolicam Sedem appellauit, electionem, confirmationemque reuocari contendens, ea præcipuè causa, quòd electus inops, ac impotens esset. Quam friuolam, reiiciendamque summus iudicauit Pontifex, ibi: *Decanus ad Sedem Apostolicam appellauit, contrà te impotentiam dumtaxat allegans: proponendo te in partibus illis, quasi penitus impotentem, in quibus Præpositura possessiones existunt.* & ibi: *Nos ergo, quia constitit euidenter illam appellationis causam, qua fuit expressa, rationabilem non fuisse.* & ibi: *Decreuimus tua confirmationis effectum non debere per ea, qua sunt proposita, impediri.*

Præterea, pauperes idoneos, † dignos, ac 13
benemeritos ad Ecclesiastica beneficia esse, probatur, deprehenditurque manifestè, ex *regula* 8. *Cancellariæ de reseruatione mensium Apostolicorum, & de alternatiua pro Episcopis residentibus.* Cuius initium est, *Item cupiens D. N. Papa pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis prouidere, &c.* Ergo pauperes benemeriti ad Ecclesiastica beneficia sunt, & ex *pauperum* expressa mentione; & dictione illa *Alius*, 14
† *alia, aliud*, quæ similitudinem ostendit, ac denotat, eandemque cum præcedentibus naturam induit; *text. & ibi glos. & Scribent. in c. Sedes* 15. *de rescript. text.* (iuncta *glos. verb. Alia pœna*) *in l. Si fugitiui*, 3. *C. de seruis fugitiu. vbi notat* Bald. *n.* 6. Salycet. *num.* 3. Decius *num.* 33:

UAB Biblioteca de Ciències Socials

auth. Ex testamento , & ibi glos. verbo, Aliorum datorum , ibidemque Salycet. numer. 1. C. de colla. l. fin. C. de his , qui à non domin. manumissi sunt, vbi Bald. *num. 1.* plures referens Ioan Matienz. *in l. 3. glos. 2. nu. 2. tit. 8. lib. 5. nouæ Reg. Collect.* Iacob Puteus. *decis. 22. num. 2. lib. 2.* alios etiam adducens Hieronym. Gonçalez *in d. reg. 8.* Cancellar. *glos. 3. numero 24.* Multa ex hoc numeris sequentibus inferens, ac deducens. Cardinal. Tusch. *pract. conclus. lit. D. conclus. 245.* & dicemus *quæst. 9. numero 22.*

Nec solùm pauperes idoneos, benemeritosque ad Ecclesiastica beneficia esse, sed & rationem dictæ constitutionis , & regulæ , fundamentalemque causam, qua quilibet Papa ad illam faciendam mouetur , constat esse, † vt pauperibus clericis de beneficiis reseruatis prouidere possit, ipsius procœmio id monstrante, & inibi notat Hieronym. Gonçalez *glos. 2. numero 6.* allegans etiam Achil. *de Gras. decis. vnic. super eadem ipsa regula , numero 2.*

15 16 Quare ad beneficia obtinenda simulari, † fingique paupertas solet, vt præcedenti notauimus quæstione, *n. 57.*

Idque & in hoc habet præcipuum paupertas, quòd licèt officia tam secularia , quam Ecclesiastica ambienda non sint, † *vtraque lex vnic. D. & C. ad legem Iuliam de ambitu, l. Si quemquam, 30. vers. Tantum de ambitu, C. de Episc. & cleric. cap. Sancimus, 1. quæst. 7.* Clerico tamen pauperi beneficium pro conditione sua sufficiens , congruumque ambire licet , † vt notat Hieronym. Gonçalez *vbi suprà dict. glos. 2. num. 10. & 11.*

17 18 19 Eaque ratione, quamuis omnes gratiæ beneficiales ambitiosæ sint , † *cap. Quamuis 4. post princip. cap. Si motu proprio 23. de præbend. lib. 6.* Rota Roman. *decis. 8. ante med. de concess. præbend. in nouis & decis. 60. num. 7. de rescript. in antiq.* Guil. Cassador. *decis. 8. num. 4. de concess. præbend.* Literæ tamen *In forma pauperum* † ambitiosæ non dicuntur, sed de iustitia, ex *c. Cùm secundum Apostolum 16. de præbend. & dignit.* tenet Rota Roman. *decis. 10. numero 11. in antiquis.* Ideò cum filo canapis bullari aduertens; ita etiam Hieron, Gonçalez *d. glos. num. 10. & 11.* Conferreque pauperi

20 21 clerico beneficium , † potiùs iustitia dicitur, quàm gratia , cum illi sit debitum. Et propterea rescripta *In forma pauperum*, iustitiæ dicuntur, *glos. verbo, Pauper , in cap. Si pauper 30. de præbend. in 6. per text. in clement. Literas , in princ. eod. tit. glos. verb. Gratiæ, in extrauag. 1. §. Nos amouere , de concess. præbend.* Ioann. XXII. Rota Rom. *55. n. 4. de concess. præb. in antiq.* Guil. Cassad. *decis. 8. n. 9.* Staphil. *de liter. grat. §. Nona forma pauperũ, n. 5.* Hieronym. Gonçalez *d. glos. 2. n. 7.*

22 Vnde non solùm pauperem ad Ecclesiastica beneficia admittendum esse : sed etiam diuitibus præferendum; † tenent Anton. *de Butr. post* Hostiens. *in cap. Tuam, num. 7. ante finem, vers. Pro prædicta dicit* Hostiens. *de ætate , & qualit.* Roch. *de* Curte *de iurepatronat. verbo, Honorificum, quæstio 15. numero 42. vers. Secundo crederem ,* Lambertin. *eodem de iure patronat. tractat. lib. 2. part. 3. quæst. 5. princip. art. 3. numero 1. 3. & 7.* refert , & sequitur Hieronym. Gonçalez *d. regul. 8. glos. 2. numero 12.* vbi & per regulam *16. Cancellaria, de concurrentibus in data* , pauperem † non beneficiatum concurrentem in data cum beneficiato , præferri , dispositum aduertit. 23

Pauperes quoque expectantes , officialibus, † & familiaribus descriptis Papæ præferri ; notat idem ipse ibi ex *Staphilæo de literis gratiæ, capit. De prærogatiuis expectantium, numer 1. 22. & 24.* 24

Et si duo sunt pauperes habentes expectatiuam , alter *In forma pauperum* , alter *In forma communi*, † expectatiuam habens *In forma pauperum* , præferendum , docet Ioan. Aloys. Riccius *in 6. part. collectan. 2474. versic. Quam ob rem* , allegans Crecentium *decis. 15. titul. de priuilegiis* , & *Puteum decis. 200.* 25

Paupertatisque qualitas efficit , vt pauper idoneus ad beneficium cum diuite magis idoneo , vel minùs paupere concurrens , eidem præferatur , † Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 93. numero 17.* Cui assentit Martin. Nauar. *in tractat. de Oratione , Miscellanea 43. numero 74.* quem refert, & sequitur Ioan. Hieronym. Episcop. Campal. *in suo diuersorio iuris Cano. rubrica 6. capit. 3. num. 32. col. 3. versiculo, Coarctatur præterea principalis resolutio , quoties minùs dignus fulgeret aliqua pietatis , misericordiæ , vel vtilitatis publicæ causa.* Ita expressè firmat Perez *de* Lara *in tractat. de Capellan. libro 2. capit. 3. num. 11.* ex doctrina *Lambertini , Rochi de Curt. & Gutier.* 26

Quinimò non solùm huiusmodi fauorem operari , inducereque ipsiusmet clerici paupertatem ; sed etiam parentum † sororum, vel fratrum ; tenet Alexand. Raudens. *decis. Pisana 35. num. 220.* sic limitans *Concil. Tridentini* dispositionem, in hæc verba: *Ampliatur etiam ad fauorem fratris , quem reliquit superstitem defunctus egregiè benemeritus de Republica Christiana , qui sui beneficij redditibus parentes, fratres, vel sorores pro sua conditione pauperes, ad honestè viuendum , vel ad discendas bonas artes alebat. Nam esset laudabile conferre dictum beneficium dicto fratri , digno quidem sed multo minùs aliis extraneis. Principaliter quidem, vt inseruiat Deo , & minùs principaliter eo quòd probabiliter speratur id ipsum , quod frater faciebat , facturum. Sicque militat respectu huius pietatis , & misericordiæ ratio maioris vtilitatis Ecclesiæ, ob quam regulariter collatio debet fieri digniori.* Idemque ipse notat *decis. 38. numero 318.* allegans *Martin. Nanar.* (iam supra adductum) *tomo 2. Miscellan. 43. de Oratione, n. 80.* 27

Quæ ex eo etiam firmatur sententia , quia beneficia Ecclesiastica † panis dicuntur pauperum , Lndouic. Gomez *in tract. de expectatiuis , numero 75. ad fin.* Et bona Ecclesiarum † sunt bona pauperum , *cap. Indignè 21. in fin. & capit. Aurum 70. 12. quæstio. secunda* Paupereſque bonorum Ecclesiasticorum dicuntur domini , *capite Quod autem 3. 23. quæstio. 7. glos. 1. in capit. Expedit , 12. quæstio. prima glos. 1. in capit. fin. 16. quæstio. 1.* Et beneficiorum fructus vita , † & sanguis 28 29 30

guis pauperum quoque dicuntur. Philip. Prob. *in additio ad* Ioan. Monach. *in cap. Nemo, num.* 45. *de electione, lib.* 6. Eorumquè dicitur Eccleſia mater, † *cap. Super prudentia* 1. *ante fin.* 14. *quæſt.* 2. Gregor. Lopez *in rubric. tit.* 18. *part.* 1. Plura his ſimilia congerit Hieronym. Gonçalez *in dict. regul.* 8. *Cancellar. gloſ.* 2. *ex n.* 1. *cum ſeqq.*

31

Qua ratione, ſi pauperes idonei ſint, dignioribus, etiam in beneficij aſſequtione præferendos, dicendum venit.

32 Idque fortiùs in beneficiis ſimplicibus † procedit, vt (ex Hoſtienſ. Butrio, & Rocho de Curte) aſſerit Stephan. Gratia. *diſceptat. Forenſ. libro* 2. *dict. capite* 211. *numero* 23.

33 Et in beneficiis iuriſpatronatus, † *Lambertin. de iurepatronat. d. lib.* 2. *p.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 3. *num.* 23. *ante fin. verſiculo, Limitatur ſecundò,* quem, & alios (hanc ſequendo ſententiam) refert Rota Roman. *Diuerſor part.* 2. *deciſ.* 16. *numer.* 7. Camil. Borrel. *in ſumma deciſionum, tit.* 32. *num.* 360. Stephan. Gratian. *vbi ſuprà num.* 30. *& ſequentib.* Perez *de* Lara *d. tractat. de Capellaniis, lib.* 2. *capit.* 3. *numer.* 11. Cæſar *de* Graſ. *titul. de iurepatronat. deciſ.* 169. *numer.* 10. *lib.* 2.

34 Idoneitas enim, † vel dignitas, non ſolùm in maiori ſcientia, in diuitiis, illa, aut altera qualitate conſiſtit, ſed penſatis omnibus circunſtantiis & qualitatibus, ex eis Epiſcopus magis idoneum, dignioremvè iudicabit, vt ex ferè omnibus ſuprà relatis colligere licet, traditque latiſſimè *Gutier. d. lib.* 2. *Canoni. capit.* 11. *ex num.* 61. *cum ſequentib. Roland. à Valle conſ.* 47. *numer.* 75. *& 76. lib.* 1. *Ioan. Hieronym. Campanil. Epiſcop. in ſuo diuerſ. iuris Cano. rubr.* 11. *capit.* 13. *n.* 433. *& ſeq.*

35 Ad quod multum cum idoneitate, *paupertatis* circunſtantia, † & qualitas confert, ex proximè adductis, & quæſt. præcedenti, *num.* 29. & aliis, præcipuè ex *numero* 61. *vſque ad* 67. eſtque optim. *text. in cap. Venerabilis* 37. *de præbend.*

36 Imò clericus pauper præſentatus, præſumitur magis idoneus, † Lambertin. *d. lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 5. *princi. art.* 3. *num.* 6. Roland. à Valle *d. conſ.* 47. *num.* 82. Pett. Rebuf. *in praxi, titul. de reſcript in forma communi, & in forma pauperum, numero* 12. Hieronym. Goncalez *d. gloſ.* 2. *numero* 24. Sebaſtian *de Medic. in tractat. de caſibus fortuit.* 2. *par. quæſt.* 4. *numero* 39.

Non ſolùm moribus, ac virtute (qua fere ſemper diuites antecedunt, vt latè ſuprà præcedenti quæſtione, *num.* 77. *in fin.* 78. 80. 81. 82. & 83. oſtendimus.) Sed etiam literis, † ac ſcientia, vt & demonſtrant proximè relati, facereque ſimul, & eleganter oſtendit *Plinius epiſtolar. lib.* 7. *Falconi ſuo* ſcribens, ab eoque, vt *Cornelio Minuatiano* Tribunatum conferret, petens, eum inter alia, hoc capite commendans. *Amat* (inquit) *ſtudia, vt ſolent pauperes.* Non enim ſic cum diuitiis, ſicut cum paupertate conuenit ſcientia; Quod effecit, vt *Crates* ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum *Athenas* pergeret, magnum auri pondus (tanquam ſapientiæ, literariæque diſciplinæ repugnans) abiecerit, vt tradit *D. Hieronym. in cap. Gloria Epiſcopi* 71. *verſiculo, Crates ille,* 12. *quæſt.* 2. De quo etiam mentionem faciens *Seneca* ait. *Si vis addiſcere, ſis pauper, vel ſimilis pauperi Cratis Thebani reſpiciens exemplum.*

37

Paupertas enim vna eſt ex clauibus, † per quas ianuam intramus Sapientiæ vt inquit Caccialup. *in ſuo modo ſtudendi, document.* 4. *ad fin.* & confirmat Auguſt. *ſuper Pſalm.* 76. *Omnis philoſophia* (ait) *magiſtra nobis eſt Inopia. Non ita laudamus Ioſeph. cum frumentum diſtribuebat: ſicut cum carcerem habitabat.* Et Diuus *Imperator Leo,* Magiſtram Neceſſitatem vocat, *in l. Omnes,* 31. *§. fin. in fin. C. de Epiſcop. & cleric.* & in propria cauſa teſtis fidelis eſt Horatius *epiſtolar. lib.* 2. *epiſtol.* 2. *ad Florum.*

38

Paupertas impulit audax
Vt verſus facerem

Cui accedit *Claudiani* ſententia *de raptu Proſerp. lib.* 3.

Sed quod diſſuaſor honeſti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes,
Prouocet, vt ſegnes animos, rerumque remotas
Ingenioſa vias paulatim exploret Egeſtas.

Omniumque artium repertricem (inter alias paupertatis laudes) dixit *Apuleius*, vt prodit *Lutius Domitius Lucan. facetiarum, cap.* 17. Benè facit *text. in l. Societas,* 5. *§. D. pro ſocio,* ibi: *Cum plerumque pauperior opera ſua ſuppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deeſt.*

Satis igitur firma ex his remanere videtur, quam tenemus ſententia. Neque obſtat *text.* 39 *in d. clement. In pleriſque* 5. † *de election.* Quia *text. ibi,* nullo modo pauperes ad beneficia Eccleſiaſtica, dignitates, vel Epiſcopatum promouendos negat; ſed ſolùm electiones monachorum ad Pontificalem dignitatem eorum locorum, qui non ſolùm facultatum præſidio ſunt priuati; ſed & cleto, & populo Chriſtiano carent, quibus nec prodeſſe, nec præeſſe decenter valent, improbat. Quo quidem caſu (ne & vagationi, mendicitatiſque opprobrio locus detur) rectiſſimè id ſancitum eſt. In noſtro autem, diuerſiſſima conſtitutionis ratio, cum nec locus vagationi detur; imò omnimoda ſtabilitas, & reſidentia exigatur, *toto titulo de cleric. non reſident. lib.* 3. *& 6. Decretal. Concil. Trident ſeſ.* 6. *capit.* 1. *de reform. & ſeſ.* 23. *de reform. cap.* 1. *& ſeſ.* 24. *de reform. cap.* 12. Nec contemptioni ex paupertate prouenienti Cum per beneficiorum, dignitatumvè aſſequtionem vilitas, aut contemptio Clericalis Ordinis (ſi ex paupertate prouenit) ceſſet, cauſa ceſſante. Imò, & hac eadem ratione pauperes præferendi ſunt clerici, vt cum beneficio, vel dignitate abſit contemptio. Idque ſiue maiorum, ſiue minorum ſint Ordinum, ac diuitibus præferendos, & etiam dignioribus (arbitrio in his iuxta præfata Epiſcopo conceſſo) ſatis aperteque ex ſuperioribus conſtat, intellectuſque ad *Concil. Tridenti. d. ſeſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat.*

Planè caſu, quo Eccleſia pauper eſſet, diui 40 tiiſquè indigeret. † præferendum diuitem; tenuerunt Abb. *in d. capite Conſtitutis el ſecundo de appellatio.* Roch. *de* Curte *de iu-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

re patronat. verbo, Oneroſum, quæſt. 3. numero 6. Andreas Tiraquel. *de nobilitat. cap. 20. num. 17.* Stephan. Gratian. *diſceptat. Forenſ. d. capit. 211. numer. 24.* Petrus Roiz. Maur. *deciſ. Lituanie. 4. num. 250.* Quo etiam intelligi poterit *d. clemen. In pleriſque*, qui tamen non facilè eueniet: cum diuites, Eccleſias pauperes non appetant. ſed ditiores, ac pinguiores deſiderent. Nec per hoc pauperum conditio deterior effecta videri debet, cum ab incommodis pauperum Eccleſiarum liberentur, diuitum autem fruantur commodis, ad eaſque diuitibus præferantur.

Alter etiam caſus in quo diues pauperi præferretur clerico, erit, ſi pauper, licèt idoneus,
41 illiteratus ſit, † nec multa ſcientia, præditus, magnumque ſit beneficium, aut Eccleſiæ Cathedralis Canonicatus; ex *gloſ. in capit. Statutum 11. §. 1. verb. Commitantur de reſcript. lib. 6.* Staphil. *de literis gratiæ, dict. §. Nona forma, num. 40. 41. & 42.* Ludouic. Gomez *de expectatiu. num. 76. & 102. ad med. verſiculo, Ridiculum*, Hieronym. Gonçalez *d. gloſ. 3. n. 37. & ſeqq.*

42 Licèt ſecùs in paupere literato, quem ad magnas debere extolli† dignitates. teſtatur (cum Petro Rebuf. *de priuileg. ſcholaſtico. priuilegio 43.*) Hieronym. Gonçal. *vbi ſuprà gloſ. 4. num. 19. & 20.* adducens in id quod dicitur *Pſalm. 110. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, vt collocet eum cum Principibus, &c.*

43 Cùm eiſque, ſi neceſſe fuerit; ſicut cum nobilibus † ad beneficiorum pluralitatem diſpenſandum erit, Gonçalez *d. gloſ. 4. num. 26. & 27.* Cùm nobilibus comparentur, & eis etiam præponantur, vt diximus latè *quæſtion. 47. numero 33. & ſeqq.* Latiſſimè Illephonſus Perez *de* Lara *dict. tractat. de anniuerſat. & Capellaniis, lib. 2. cap. 3. numero 1. & ſeqq. vſque ad numero 11.*

VTRVM CLERICVS PAVper negotiator, vel mercaturam exercens, pœnas contrà clericos mercatores à Iure impoſitas incurrat?

SVMMARIVM.

1 *Mercaturæ exercitium multum nocens eſt, & apud multas nationes fuerunt exoſi mercatores.*

2 *Lucri cauſa negotiari, mercaturamvè exercere clerici prohibentur.*

3 *Clerici ſecularibus ſe immiſcentes negotiis, mercaturamque exercentes, clericalia priuilegia amittunt*
Et quæ? remiſſiuè.

4 *Iudex ſecularis an clericum negotiatorem negotiationis ratione delinquentem punire poſſit?*

5 *Clerici negotiatores anathematis pœna feriuntur.*
Et an ipſo iure? ibid.

6 *Et à clero pariter arcentur, à communione, officioque deponuntur.*

7 *Et ſi moniti à mercatura non deſtiterint, beneficio, Eccleſia (ſi eam habent) priuantur.*

8 *Debèt tamen eſſe trina monitio, nec generalis ſufficit citatio, vt à talibus illicitis abſtineant clerici.*

9 *Limita, vt* num. 9.

10 *Et acquiſita ex tali negotiatione reſtituere, pauperibuſque erogare tenentur clerici.*
Illicitam negotiationem exercens, in pauperes, vel alios pios vſus quidquid inde fuerit lucratus, erogare tenetur. ibid.

11 *Acquiſita per clericum ex illicita negotiatione, vel contra Sacros Canones, Camera Apoſtolicæ hodie vigore Pij IV. Bullæ applicantur.*

12 *Clericus lucri cauſa mercaturam exercens, mortaliter peccat.*

13 *Clericis nondum Sacris initiatis Ordinibus, non eſt interdicta negotiatio, ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeant, aliter ſecùs.*

14 *Clericis etiam ſacris initiatis Ordinibus. ſi pauperes ſint, non prohibetur negotiatio.*

15 *Dummodò diuinis non ſubtrahantur officiis.*

16 *Et dum modò abſque peccato, vel periurio, & cum pretio moderato negotientur.*

17 *Mercator, vel negotiator quis propriè dicatur? Et quando etiam extra caſum neceſſitatis excuſetur Clericus?* & num. ſeqq.

QVÆSTIO VIII.

MErcaturæ exercitium adeo nocens eſt, † 1
adeoque vitiis mercatores afficit, ſiue ita mercatores ipſi malis ſunt moribus imbuti, vt apud plures nationes aut mercatura in vſu non fuerit, legibuſque ſit prohibita: aut ſaltem à mercatorum commercio abſtinere, lege ſanctum ſit. Vtrumque comprobat Guil. Rodoan. *in tract. de ſpol. Eccleſ. quæſt. 2. n. 1.* Primum ex *Cicer.* dicente, *Officium mercatoris non eſt officium apti, non ſimplicis, non ingenui. non iuſti, non boni viri, ſed veſtuti, obſcuri, aſtuti, fallacis, & callidi.* & ex *D. Auguſtino*, nullum mercatorem ſine fraude diteſcere aſſerente, diciturque *Eccleſ. cap. 26. in fin. Difficile exuitur negotians à negligentia, & non inſtificabitur caupo à peccatis labiorum.* & *in cap. Qualitas, 2. de pœnit. diſt. 5.* inquit *Leo* Papa *Quia difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium, non inuenire peccatum.* Ideoque mercator vix, aut nunquam poteſt Deo placere, teſte *D. Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth.* & habetur *in cap. Eiiciens, 11. diſt. 88.* text. elegans in *l. 46. tit. 6. p. 1.* ibi: *Porque aduro puede ſer, que ome faga mercaduria que non acaeſca y pecado.*

Secundum probat *Rodoan.* vbi ſupr. ex *Carthaginenſium*, & *Gracorum* moribus, ac legibus. Illi enim mercatoribus diſtincta ſtatuerunt diuerſoria, nec ea illis cum aliis volebant eſſe communia, nec aſpectus quidem eis ad ſecretiora vrbis loca concedebatur. Hi, nequaquam mercatores in vrbe recipiebant.

Quod cum omnes mercaturæ dedeceat exercitium; multò tamen longiùs Clericos, † 2
à quo

UAB Biblioteca de Ciències Socials

à quo ſub multis eos arcent iura pœnis, *tot. diſtinct. 88. præcipuè cap. 1. c. 2. c. Perlatum, 3. c. Negotiatorem, 9. cap. Fornicari, 10. d. c. Ejiciens, 11. cap. 1. & 2. ne Clerici, vel Monachi, c. fin. de vita, & honeſt. Cleric. c. pervenit 21. qu. 3. cap. Clerici, 14. q. 4. lex regia, 46. & 49. tit. 6. p. 1. & ibid.* Greg. Lop. *Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1.* & (præter Ordinarios in dictis locis) notarunt latiſſimè Guil. Rodoan. *de ſpol. Eccleſiaſt. d. q. 2. per tot.* Bernard. Diaz *in practic. crimin. Cano. verb. negotiatores, c. 55. numero 1. & ibid.* Ignat. Lop. *in eius addit. lit. A.* Proſp. Farinac. *fragm. crimi. par. 1. lit. C. numer. 147. & 162.* infinitos prope referens Carol. *de Graſ. de effect. Cleric. effectu 6. numer. 1.* Ioan. Aloyſ. Ricci. *in praxi fori Eccleſiaſt. in quæſtione. Qua pœna puniantur Clerici negotiatores? deciſ. 375. num. 1. 2. 3. & 4.* Cardin. Dominic. Tuſch. *practic. conclu. lit. C. concluſ. 318. per tot.* Ioan. Mar. Nouar. *in collect. ſuper pragmat. Regni Neapol. collect. 130. nu. 4.* adducens quoque Graf. *in ſuis deciſ. aur. par. 2. lib. 3. cap. 2.* Clericorum mercatorum pœnas (multæ enim ſunt) recenſentem.

In primis namque Clericis ſecularibus ſe negotiis immiſcentes, mercaturamque lucri
3 cauſa exercentes Clericalia amittunt † priuilegia ex proximè relatis iuribus. Ita tenent Guid. Pap. *deciſ. 198. num. 1. & dec. 138.* Petr. Rebuf. *ad conſtit. Gallic. tom. 2. tit. de mercatorib. & negotiatorib. minnatim vendentib. artic. 1. gloſ. 13.* Petr. Follet. *in conſtit. Regni, Clerici, num. 13. & in conſt. de perſonis, num. 7.* Ferdin. Vazquez Mencha. *de ſucceſ. creat. p. 3. §. 26. num. 78.* Ioan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſidiar. remed. 73.* refert & ſequitur Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. tit. 7. de Cleric. & Sacerdotib. numer. 66. & 67. & tit. 11. de vita, & honeſt. Cleric. num. 57. & ſeqq.* Carol. *de Graſ. ſupr. nu. 6.* Vbi, quæ ſint iſta priuilegia Clericalia, quæ amittunt; *& eſt text. in d. l. 49. tit. 6. p. 1. & ibi notat* Greg. Lop. *gloſ. 3. verb. Non auràs franquezas; & in noua reg. collect. eſt text. in l. 7. titul. 18. lib. 9.* de qua eiuſque valore, latè Ioan. Gutier. *pract. quæſt. lib. 1. de gabellis, q. 93. per tot.* Prædictam quoque tenent ſententiam Cardin. Dominic. Tuſch. *d. lit. C. concluſ. 381. nu. 3.* P. Ferdi. Rebel. *de oblig. iuſt. 2. p. lib. 9. q. 18. ſect. 2. nu. 5.*

Et ſi negotiationis ratione Clericus delin-
4 quat, à ſeculari Iudice puniri † poterit, ſecundum Bart. *Caſſana. in conſuet. Burg. rubr. 1. §. 1. in gloſ. Silnagraca, nu. 90. &* Ludouic. Mexiam. *in pragm. taxa panis, concluſione 5. numero 29.* Licèt contrarium teneat Ignatius Lopez *in addition. ad Bernardum Diaz, dicto capite 55. littera A. verſiculo, Si tamen Clericus.* Qui tamen (ſibi parum conſtans) contrariam (vbi ſaltem trina proceſſit monitio) viſus eſt poſtmodum tenere in *verſiculo, notabis etiam.* Et an ad id trina requiratur, vel vnica ſufficiat monitio? vide per *Contard. Boſ. Jul. Clar.* & alios, quos citat Proſper. Farinac. *in prima part. praxis criminalis, quæſtion. 8. numero 93. &* Gregorius Lopez *in dicta lege 49. gloſ. 3.* Noſque infrà.

Clerici deinde negotiatores anathemate
5 feriuntur; † *text. in capit. Secundum, 6. ne Clerici, vel Monachi,* Guil. Rodoan. *dict. quæſtio. 2. numer. 33. in fin. & numer. 66. etiam in fine,* Farinac. *dicta litera C. numer. 157. dict. leg. 49. Partita.* Carolus *de* Graſſis *dict. effectu 6. n. 3.* intelligens id *num. 4.* non de lata ſententia, ſed de ferenda, ex *Molina. de contract. diſput. 342. num. 2.*

A Clero pariter, & à communione arcen-
6 tur, † *Concil. Carthag. 6. capit. 27. text. in capit. Canonum ſtatutis, 3. 14. quæſtion. 4.* Bernard. Diaz *d. capit. 55. numero 1.* Alexand. *de* Neuo *conſ. 60, num. 3. in fin.* vbi quòd Clerici negotiatores deponendi ſunt. Sequitur Guil. Rodoan. *vbi ſuprà numer. 47. in fin. & 48. poſt medium,* Farinac. *d. littera C. numero 152.* Carol. *de* Graſ. *d. effectu, numer. 4.* Molin. *d. numer. 2.* Graf. *in deciſ. aure. part. 2. lib. 3. capit. 2. numero 23.*

Et ſi moniti à mercatura, negotiatione què
non deſtiterint, beneficio, & Eccleſia (ſi quam habent) ſpoliabuntur; † ſecundum Innocent. 7
in d. capit. fin. de vita, & honeſt. Cleric. ſequitur (eum referendo Guil. Rodoan. *d. quæſt. 2. n. 73. verſ. Et dicit* Innocentius Farinac. ſæpè dicta *litera C. numer. 156.* allegatus.

Huiuſcemodi autem monitio trina † eſſe 8
debet; *text. in d. capit. fin. de vita, & honeſt. Cleric. & ibi gloſ. verbo, Tertiò à te moniti, clem. 1.* (ibi : *Nominati, & tertio moneant*) *eodem tit. d. l. 49. partita*, obſeruant Farinac. *ſuprà numer. 139. & ſequentib. & numer. 143. & ſeqq. & in praxi crimin. quæſt. 8. num. 93.* Bernard. Diaz *in pract. crimin. canon. cap. 69. numer. 1. & ſeqq.* Camil. Bottel. *in ſum. deciſ. d. tit. 7. de Clericis, & Sacerdotibus, numer. 70.* Petr. Cened. *in collect. iuris Canon. 37. n. 2. par. 1.* Ioan. Gutier. *de gabel. dict. quæſt. 93. n. 7.*

Neque vnica etiam peremptoria, neque ge-
generalis, *vt omnes Clerici à talibus negotiationibus illicitis abſtineant*, ſufficiet monitio, ſed ſpecificam contra mercatores iſtos eſſe oportet, *gloſ. in d. clem. 1. de vita, & honeſt. Cleric. & notat* Abb. *in d. cap. fin. eod. tit. notab. vltim.* Quod tamen (ex Hoſt. *in ſum. ne cleric. vel Monach. §. quæ ſunt permiſſa, ad fin. ver. Ego intelligo*) limitat Greg. Lop. *in d. l. 49. gloſ. 2.* Si Epiſcopus publicè denuntiet in Synodo, † conſtitutionem vè Sinodalem faciat. 9
Ne quis in his vel illis, quæ Clericis ſunt prohibita, ſub clericalis priuilegij amiſſionis pœna ſe intromittat. Quia tale edictum loco trinæ monitionis habetur. Ita etiam (aliis relatis) tenet Stephan. Grat. *diſcept. Forenſ. tom. 4. cap. 721. num. 31.*

An autem ad exactionem gabellæ à clericis mercatoribus debitæ ex diſpoſitione *d. l. 7. tit. 18. lib. 9. noue reg. collect.* huiuſmodi requiratur trina monitio? vide Gregor. Lop. *in d. l. 49. tit. 6. par. 1. gloſ. 3.* & latiùs Ioan. Gutierr. *de gabel. d. qu. 93. num. 8. & ſeqq.*

Item ex tali negotiatione quæſita tenentur
clerici reſtituere, † & ſi dominus ignoretur, 18
pauperibus erogare; ſecundum Cardin. Cened. & Imol. *in d. clemen. 1. de vita, & honeſtat. cleric.* quos refert, & ſequitur Bernard. Diaz *d. cap. 55. num. 2.* Gregorius Lopez *in d. l. 46. tit. 6. part. 1. gloſ. 3. verb. Con voluntad de ganar,* Cardinal. Tuſch. *d. litera C. concluſio. 381. numero 2.* Guil. Rodoan. *de ſpol. quæſtion. 2. numero 87. & ſequentibus,* Graffis *in deciſio. aure. d. part. 2. lib. 3. capit. 2. n. 23.*

Idquè in quolibet ex illicita negotiatione

lucrum ducente, regulare est. Quod in animæ foro (si dominus ignoretur) in pauperes, vel pios vsus forè conuertendum; tenuerunt Hostiens. Abb. & alij *in capit. Quia plerique, de immunit. Eccles.* Summ. Angelic. *verb. clericus, 7. circa fin.* vbi indubitanter asserit, restituere debere clericum, id quod ex peccato mortali notorio percepit. Prosper. Farinac. *d. litera Cod. fragm. crimin. par. 1. numer. 159.*

Hodie autem quæcunque ex illicita negotiatione, siue aliàs turpiter, iniustè, & contra Sacros Canones per Clericum quæsita Cameræ Apostolicæ † ex constitutione *Pij Quarti in Bulla* 23. applicantur, cuius tenorem de verbo ad verbum recenset Guil. Rodoan. *de spolio Eccles. dicta quæst. 2. num. 2.* De qua eiusque intellectu latè agit idem ipse ibi ex *n.* 81. cum pluribus sequentib. Prosper. Farinac. *vbi supr. numer. 161.* 11

Ex quibus satis, apertequè constat clericum lucri causa negotiantem mortaliter † peccare, & tradunt latè Farinac. *dicta litera C. numer.* 158. Ignatius Salzedo *in additio. ad* Bernard. Diaz *dict. capit. 55. litera A. versiculo, Et ex pœna,* Guil. Rodoan. *vbi suprà, numer. 66. & sequentibus,* P. Ferdin. Rebel. *de obligat. iustit. 2. par. lib. 9. quæst. 18. section. 2. num. 4.* Carolus *de* Grassis *dicto effectu 6. num. 5.* 12

Omnia verò suprà dicta in clericis sacris † initiatis Ordinibus, non in minoribus tantum constitutis, nec beneficium Ecclesiasticum habentibus procedunt, suntque intelligenda. Hi namque easdem, quas sæculares poterunt negotiationes exercere. Notant Abbas *in dicto capit. Secundum statuta, & in capit. Sed nec ne Cleric. vel Monach.* Felinus *in capit. Dilectus, numero 22. de rescript.* Albert. Trotius *de vero, & profecto Clerico, libr. 2. capite 52. numero 6.* Ignatius Lopez *loco proximè relato,* Ioan. *à* Medina *in cod. de restitut. quæstion. 31. versiculo, Nota tamen, folio 91. colu. 3.* Alban. *cons. 52. numero 5. & sequenti,* Ioann. Aloys. Ricci *in praxi fori Ecclesiast. decisio. 375. numer. 5.* Secùs si beneficium Ecclesiasticum habeant, vt notant omnes suprà relati, & P. Ferdinand. Rebel. *d. loco, num. 6. & 7.* Faciuntquè dicta à nobis *quæstion. sequenti, num. 4. & quæstio. 10. n. 3. & 4.* 13

Adhuc tamen etiam clericis in sacris constitutis Ordinibus, si pauperes sint, † nec aliunde commodè viuere, se suosquè decenter alere possint; negotiatio, vel mercatura permittitur; *text.* est *in dict. cap. 1. ne clerici, vel Monachi, & in d. cap. fin. de vita, & honestat. Clericor.* & vtrobique communiter Scribentes, *capit. Quamquam, 4. de censib. in 6. clement. Præsenti, eod. tit. glos. in cap. In summa, 14. quæst. 3. & in capit. Negotiatorem, 88. distin.* latè Guil. Rodoan. *dict. qu. 2. numer. 16. 17. 41. 42. 45. 46. & 63.* Prosper. Farinac. *d. part. 1. fragm. crimin. litera C. num. 163. & latiùs numer. 169.* Albert. Troti *dicto capit. 52. num. 5.* Ignatius Lopez *ad* Bernard Diaz *dict. cap. 55. litera A. versiculo, necessitatis tamen causa,* Carol. *de* Gras. *dicto effectu 6. numero 9. & numero 24. & sequentibus, vsque ad 28.* Stephanus Gratianus *disceptation. forens. capit. 57. numero 27. text.* de iure Regio, *in leg. 45. titulo 6. part. 1.* ibi: *Fueras ende si fuesse algun Clerigo muy menguado.* 14

Limitanda tamen, & intelligenda hæc sententia erit, dummodò ob negotiationem à Diuinis † non subtrahantur, nec desistant officiis, quibus debent incumbere, vt habetur *91. distin. per totam, & in capit. Si clericus victum, & in capit. nunquam de consecrat. distin. 5.* notant Ignatius Lopez *vbi proximè,* Rodoan. *dicta quæstion. 2. numer. 9.* Molina *dicta disputat. 342. numero 13.* Grassis *vbi suprà, numer. 40.* Isidor. Moscon *de maiestate militantis Eccles. lib. 1. part. 2. cap. 2. verb. Artificia autem.* 15

Secundò limitanda, & intelligenda est, dummodo absque mendicatio, † periurio, & cum pretio moderato negotietur Clericus pauper; secundum *Montemar. in pract. Episcop. capit. 77. numero 5. & 15. ex Speculat. & Imola* ab eo relatis: refert & sequitur Farinac. *d. litera C. nu. 171.* 16

Aduertendum deinde (pro huius materiæ complemento) pœnas contra clericos mercatores impositas, contra clericum, qui rem aliquam, † vel semel tantum, vt venderet mercatus est, locum non habere. Non enim is propriè mercator, sed qui plures exercet negotiationes dicitur; *text. in l. 1. §. Licet, & ibi glossa, verbo, Omne, D. de tribut. acti. & in proœmi. instit. §. Cumque hoc, text. in l. Semper, 5. §. Diuus Adrianus, cum lege sequenti, D. de iure immunit. text. etiam in leg. 1. titul. 7. part. 7. vbi* Gregor. Lop. *glos. 1.* Bart. Bald. Felin. Rebuf. Pute. Abil. & alij adducti per Ignat. Lop. *d. cap. 55. vers. Et huius capitis pœnis,* Ioan. Gutier. *de gabel. d. q. 93. num. 41.* hanc communem dicens: licèt & in isto casu soluendam à Clericis contendat gabellam, *num. seq.* post Ignat. Lassart. (vtramque sententiam firmantem) *de decima venditionis, cap. 19. numer. 87.* Ioan. Maria Nouar. *in collect. super pragmat. Regni Neapol. collect. 130. numer. 5.* faciuntque plura per eundem dicta ibidem *collectan. 132. per tot.* Carol. de Gras. *d. effectu 6. numer. 19. & 20.* 17

Notandum prætereà, Clericum negotiatorem non dici, qui ex propriis fundis fructus † vendit, vt tenent *Decius Tiraquel. Crauetta, Auendan. Rolandus,* & alij, quos refert, & sequitur Salzedo *vbi suprà, versiculo, Ex quibus sequitur,* Molin. Crauet. Marc. Brun. & alij quos refert, & sequitur Gras. *vbi suprà, numero 33.* Ioann. Gutierrez *dict. loco numer. 24. & 26. & numer. 36. & sequentibus,* & Nouarius *d. collect. 130. numer. 6.* P. Ferdin. Rebel. *dicta quæstion. 18. sectio. 2. nu. 9.* 18

Nec si ad sui, suorumque sustentationem aliqua Clericus emat, quod sibi supererit (etiam cariùs, † iusto tamen pretio tunc currente) vendere prohibetur, nec ob id negotiator dicetur. Ita tenent Martin. Nauar. *in Manual. Confessor. capit. 25. numer. 110.* (eoquè relato) Ignati Lopez *dicto loco, versiculo, ex quibus sequitur, post medium.* Inferens ex hoc, nec pro eius rei venditione ad gabellam teneri, & sic sæpè consuluisse Ioan. Maria Nouarri. *dicta collecta. 130. numero 4.* Carol. *de* Gras. *suprà numero trigesimo-secundo,* Molina *dicta disputation. 342. numer. 11.* Petr. Cened. *in collectan. iuris Canon. 1. part. collect. 7. numero secundo in fin.* 19

Idemquè erit, si rem etiam sibi necessariam non reuerendi animo emptam, lucriuè faciendi causa,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

20 causa, sed necessitate aliqua cogente, † vendat: Guil. Rodoan. *d. tract. de spolio. Ecclesiast. quæstio 2. numero 48. in fin. & 49.* latissimeque Ioan. Gutier. *de gabel. dicta quæstion. 93. numero 17. & sequentibus*, Carol. de Graf. *vbi suprà numero 22.* Marc. Brun. *consil. 18. numer. 293.*

VTRVM CLERICVS PAVper etiam coram iudice seculari, & in secularibus causis Aduocati, vel Procuratoris officium exercere possit?

SVMMARIVM.

1 *Qua ratione à mercatura arcentur Clerici, eadem & Procuratoris, vel Aduocati officium exercere prohibentur.*

2 *Et an tam in foro Ecclesiastico, quàm seculari clerici postulare prohibeantur?*

3 *Clerici in secularibus causis coram iudice Ecclesiastico postulare non prohibentur.*

4 *Clericus in minoribus etiam Ordinibus constitutus in secularibus, & coram iudice laico (si beneficium Ecclesiasticum habeat) postulare prohibetur, secùs si non habeat.*

5 *Clericus pauper etiam in Sacris constitutus in vtroquè foro Ecclesiastico, vel secular., & etiam in secularibus causis postulare non prohibetur reprobata sententia* glossæ in capit. 1. de postulând. *& num. seqq.*

Limita vt numer. 26. & seqq.

6 *Clericis pro miserabilibus personis etiam coram iudice seculari; proque secularibus rebus postulare licet.*

7 *Charitas benè ordinata incipit à se ipso, & plus amat se in vngue pedis, quàm alium in vertice capitis.*

Propter vnumquodque tale, & illud magis, ibid.

8 *Clerico pauperi ex operibus ruralibus victum quærere, corium emere, sotulares facere, vendereque licet.*

9 *Monacho pro necessitate Monasterij sui leuanda, iubente Superiore, in causa ipsius Monasterij, etiam coram iudicibus laicis postulare licet.*

10 *Et etiamsi causa ipsius Monasterij non sit.*

11 *Clericus pauper ad Sacros Ordines absque beneficij, vel patrimonij congrui titulo promotus, contra Episcopum, vt sibi interim de alimentis necessariis prouideat agere, potest: non tamen ad id necessario adstringitur, nec aliis licitis modis victum quærere prohibetur.*

12 *Pauper dum non habet quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contrà veritatem opprimitur.*

13 *Constitutio ne clerici absquè congrui beneficij, vel patrimonij saltem, titulo ad Sacros ordines promouerentur, ne in Clericalis ordines dedecus mendicarent, fuit facta.*

14 *Aduocatorum officium laudabile est, nobile est, nobilitat, & ab eo arcentur infames.*

15 *Officium procuratoris in curia Romana, vel Principis, honorabile est, & ab eo infames arcentur.*

16 *Procuratores etiam extra curiam, viles, vel infames non sunt.*

17 *Episcopus non debet admittere resignationem eius, qui præter beneficium, quod resignare intendit, vnde congruè viuere possit non habet: & si admittat, ad illius clerici alimenta tenetur, resignare firma manente.*

18 *Episcopus poterit Doctorem, vel literatum absque titulo beneficij, vel patrimonij ad Sacros ordines promouere.*

19 *Absque beneficij, vel congrui patrimonij titulo ad sacros ordines promoueri non potest musicus, magister Grammaticæ, pictor, vel alterius licitæ professionis, licet ex eis possit viuere, si aliunde non habet.*

20 *Intellectus ad* declarationem Congregationis Cardinalium ad capit. 2. sess. 21. de reformat. Sacri Concil. Tridentin. *& num. seqq.*

21 *Legislator si aliter voluisset, expressisset.*

22 *Dictio* Alter, altera, alterum, *vel* Alius, alia, aliud, *est repetiua similium, eiusdemque naturæ, & qualitatis.*

23 *Si statutum punit delinquentem pœna corporali amputationis pedis, siue altera, arbitrio iudicis; de amputatione membri debet intelligi.*

24 *Et idem si per statutum pœna pecuniaria, seu alia arbitrio iudicis imponatur. Quia tale arbitrium pœnam pecuniariam excedere non potest.*

25 *Clericus an non solùm sponte à litigantibus pro patrocinio oblata accipere possit, sed etiam condignum ab eis exigere salarium?*

Intellectus ad text. in capit. vnic. 15. quæst. 2. *ibid.*

26 *Clericus pauper in causa criminali pœnam sanguinis inferente postulare nequit.*

27 *Et an in causa criminali pœnam sanguinis inferente, reum possit defendere?*

28 *Clerico pauperi, ita demum pro aliis postulare conceditur, dummodo ob id à diuinis non subtrahatur officijs.*

QVÆSTIO IX.

EAdem ratione, qua clerici negotiationibus, commercijs, & mercaturis abstinere iubentur (ne scilicet sæcularibus negotiis se implicent, vt enim inquit *Apostolus ad Timoth. epist. 2. capit. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit.*) & Procuratoris, † aduocatiuè officium exercere, tam iure canonico, quàm ciuili, & regio prohibentur. 1

De iure canonico est *text. in capit. 1. & cap. fin. de postulând.* & vtrobique communiter perscribentes, *capit. Sacerdotibus, 2. in ordine, ne clerici, vel Monachi, vbi* Innocent. Abb. *& alij, capit. credo, 21. quæstion. 3. Speculat. in titulo de Aduocat. numero 5. & in titulo de procuratore, §. 1. versiculo, Item quòd est Episcopus,* Bernard. Diaz. *in pract. criminal. d. Cano. capit. 57. verbo,*

verbo, Ministri laicorum, num. 1. & seqq. Angel. *de* Clauas. *in summa, §. aduocatus, numer. 9.* Sylueſter. *eodem verbo, aduocatus, nu. 2. verſicul. Tertiò ſi ſit clericus*, Guido Papa *deciſio 221. numer. 5.* Capellan. Tholoſan. *deciſ. 124.* Proſper Farinac. *fragment. criminal. 1. part. litera C. numer. 186. tomo 6.* Camil. Borrel. *in ſumma deciſion. titul. 7. de clericis, & Sacerdotibus, numer. 86. & titul. 66. de procuratoribus, & defenſorib. numer. 69.* Petr. Rebuf. *1. tomo ad conſtit. Gal. titul. de ſentent. prouiſion. articul. 3. gloſ. vltima, numero 32.* plurimos referens Carol. *de* Graſ. *de effect. clericat. effect. 11. numero 1.* Franciſc. Viuius *deciſion. 151. nnmer. 4. & 5.* Ioann. Maria Nouar. *in collectan. ſuper pragmat. regni Neapol. collectan. 158. num. 1.*

In huiuſque rei confirmationem extat etiam *Xiphilini* Patriarchæ conſtinopolitani ſtatutum, cuius tenorem adducit Enimundus Bonifidius, *Iuris Orientalis, lib. 2. de conſtitutionibus Xiphilini*, 3. eiuſque etiam meminit Petr. Greg. *Syntagm. iuris lib. 49. cap. 6. numer. 24.* Ioann. Paul. Lancellot. *inſtitut. Cano. lib. 3. tit. de procuratore, §. poſtulandum*, Marc. Anton. Cucch. *inſtitut. canonic. lib. 3. titul. 10. numero 24. cum ſequentibus*, Camil. Borrel. (conſtitutionem prædictam ad literam referens) *d. titul. 7. numer. 87.* ideo in ea deſcribenda hic non immoramur.

De iure ciuili eſt *tex. in l. Placet, 17. & in l. repetita, propè finem, 41. C. de Epiſc. & cler. auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. §. Sed neque fieri 6. coll. 9. l. non deſtingnimus 32. §. Sacerdotio, D. de arbitr.*

De iure regio *in l. 48. titul. 6. par. 1. vbi* Greg. Lop. *& in l. 2 titul. 6. par. 3. in l. 6. tit. 19. lib. 2.* Ordina. *l. 12. tit. 3. lib. 1. & l. 23. tit. 15. d. lib. 2.* Ordina. & de nouiori, in *l. 10. tit. 3. lib. 1. nouæ reg. collect. & in l. 15. tit. 16. lib. 2.*

Quorum iurium argumento, *Azeued. in d.* 2 *leg. 10. tit. 3. lib. 1. num. 1.* prohibitionem hanc tam coram iudice Eccleſiaſtico, † quàm ſæculari, locum habere voluit, cum vtroque modo clericus ſe immiſceat negotiis, dictorumque iurium exceptiones regulam in contrarium firment.

Cuius tamen ſententia, ex ipſorum iurium conſtitutione improbatur, conuinciturque, ac ſolùm prædictam prohibitionem in negotiis ſæcularibus, coramque ſæculari iudice tractandis, intelligendam, colligitur manifeſtè ex *text.* præcipuè capitali *in d. c. 1. de poſtuland.* Cuius ſunt verba: *Clerici in ſubdiaconatu, & ſupra, & in ordinibus quoque minoribus, ſi ſtipendijs Eccleſiaſticis ſuſtententur, coram ſæculari iudice aduocati in negotiis, ſæcularibus fieri non præſumant.* Ergo à contrario ſenſu, coram Eccleſiaſtico iudice poſtulare cleri nõ prohibentur.

Nec in ſæcularibus negotiis coram iudice 3 Eccleſiaſtico † agitandis; ita firmat *Abb.* ibidem *num. 3. & 4.* communem dicens, & *in cap. fin. num. 5. eodem titul.* vbi etiam Cardinal. *in 2. quæſt.* Bart. Cœpola *in conſ. ciuil. 21. n. 7.* ſic Romanam Curiam obſeruare dicens Proſper. Farinac. *fragm. crimi. d. lit. C. num. 196.* Guilliel. Rodoa. *de ſpol. Eccleſiaſt. quæſtio. 2. num. 22. verſic. Et dicit* Abb. Cuius *text.* deciſioni nil de nouo dicta iura addere, aut detrahere videntur Regia. Vidique non ſemel in Sacris conſtitutos clericos coram ſæcularibus Iudicibus ſupet Eccleſiaſticis rebus poſtulare, cauſaſque defendere. Cùm in caſibus à iure permiſſis eodem regio iure libera clericis in Sacris conſtitutis ordinibus poſtulandi concedatur facultas, per *tex. in l. 23. titulo 15. lib. 2.* Ordinam. Et hic permiſſus caſus ſit, ex *dict. capit. 1. de poſtulando*, à contrario ſenſu, ibi, *Coram ſeculari iudice Aduocati in negotiis ſecularibus fieri non præſumant.* Per quem in cauſis ſolùm ſæcularibus, coramque ſæcularibus iudicibus poſtulare Clericos in ſacris conſtitutos prohiberi, apparet.

In minoribus etiam, ſi Eccleſiaſticum be- 4 neficium † habeant, ſecùs ſi non habeant, notant Bernard. Diaz *dict. capit. 57. num. 1. verſiculo, quod intellige*, Guil. Rodoan. *dict. quæſtion. 2. numer. 24. & 25.* Farinac. *dict. lit. C. numer. 193.* aduertimuſquè *præcedenti quæſt. numer. 13.*

Paupertatis tamen fauore clericis etiam in Sacris conſtitutis, qui nullum, aut incon- 5 gruùm beneficium habent, † aut quo viuere poſſint ſufficienti patrimonio carent; in vtroque indiſtinctè foro, pro qualiberque cauſa poſtulare in ciuilibus conceditur; probat *text.* à contrario ſenſu, *in dict. capit. 1. de poſtul.* ibi, *Si ſtipendiis Eccleſiaſticis ſuſtententur*; tenentquè ibid. Abb. *num. 4.* Henric. Bohic. *numero 3.* Cardinal. *4. in fin.* Imol. 7. Butri. 15. Anan. 7. Sylueſter *in ſumma, verbo, Aduocatus, num. 2. quæſtio. 4. verſicul.* Pan. *tamen dicit*, & (his non relatis) Farinac. *dict. litera C. numero 202.* Guil. Rodoan. *dict. quæſtion. 2. numero 22. in fin.* Martin. Nouarrus *de ſpolio cleric. §. 7. numer. 5. verſiculo, Eademque ratione*, Hieronym. Gonçalez *in regul. 8. Cancellariæ, gloſ. 3. numer. 28. & ſequentib.* Stephan. Gratian. *diſceptatio. forenſ. lib. 1. capit. 57. ex numero 22. ad numer. 30. incluſiuè.* Alphon. Villagut, *in praxi Cano. lib. 9. tit. de aduocat. concluſ. 6. poſt med. vſque ad finem*, Ioan. Baptiſt. Marcheſa. *de commiſſionib. de commiſſione auocat. cauſar. 2. part. §. 2. numero 23.* Ioann. Malder. *de virtut. Theolog. & iuſtit. tractatu 6. capit. 3. dubio 8. verſiculo, Secus dicendum*, Carol. *de* Graſ. (neminem ex his præter Henric. Bohic allegans) *de effectib. cleric. effectu 21. n. 6. & ſeqq.*

Cui reſolutioni non obſtat ſententia *gloſſæ in dicto capit. 1.* contrarium volentis (pauperem nempè clericum huiuſmodi aduocationis officium in ſæcularibus cauſis, coramque ſæculari iudice exercere non poſſe, ſed contra Epiſcopum, qui eum ordinauit, vt de neceſſarijs ei prouideat agere debere) contra quàm tenent omnes proximè relati, faciuntque plura fundamenta. Primò, idem ipſe *text. in dict. cap. 1.* à contrario ſenſu, vt iam perpendimus.

Secundò, ex alio eius capite, quo Clericis etiam coram iudice ſæculari, & in ſæcularibus cauſis pro pauperibus, † miſerabilibuſque per- 6 ſonis poſtulare conceſſum eſt, ibi: *Aut pro miſerabilibus perſonis*, notantquè Lelius Zanch. Lanfranc. Balb. Petr. Gregor. Capell. Tholoſ. & multi alij, quos refert, & ſequitur Camil. Borrel. *in ſum. deciſio. titulo 66. de procurat. & defenſorib. numero 70.* Guil. Rodoan. *dict. quæſtio. 2. numero 20.* Ioan. Maria Nouar. *ſuper pragmat. regni Neapol. collect. 196. numero 14. & 15.* Carol. *de* Graſ. *ſuprà, effectu 11. numero 17. & effectu 21. numer. 19.* Simon. Maiol. *de irregularit.*

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

gularit. libro 2. capit. 5. num. 14. in fin. Paul. Fuſc*in ſingul. litera C. numero 1.* Iacob. Benius *in tractatu de priuileg. Iuriſconſultor. par. 3. priuil. 71. num. 4.*

Abſurdum autem eſſet, vt alienæ inopiæ, miſeriæque leuandæ cauſa clericis coram iudicibus ſæcularibus, proque ſæcularibus rebus poſtulare liceret; pro ipſorummet verò neceſſitate, vtquè propriæ miſeriæ, & egeſtati ſubuenire poſſint, denegaretur poſtulandi facultas, contra benè ordinatæ Charitatis regulas,
7 quæ à ſe ipſo incipit. † iuxtà iura vulgaria in *capit. 3. de ſupplenda negligentia Prælatorum, & in l. Præſes, 6. D. ſeruitut.* Quæque (vt inquit Baldus *conſil. 312. incipit, Viſis actis, numero 3. ante medium, libro quarto*) plus amat ſe in vngue pedis, quàm alium in vertice capitis: Aymon Craueta *conſilio 6. numer. 25. & conſil. 8. numer. 17.* plura alia in huius rei confirmationem adducens Hieronym. Gonçalez *in dict. regula 8. gloſ. 2. numer. 31. & 32.* Conuenitque vulgare Ariſtotel. Poſterior. *libro 1.* axioma, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*: ad quod eſt etiam *text. in l. De acceſſionibus, 14. §. Itaque, D de diuerſ. & temporal. præſcript. authentic. Multo magis, vbi* Baldus, *C. de ſacroſanctis Eccleſ. gloſ. in clement. vnic. in principio, verbo, Profecto, de reliq. & veneratio. Sanctor.* cum adductis *à Nobis in axiom. & loc. communib. iur. lit. P. n. 124.*

Tertiò, quia clerico pauperi ex operibus
8 ruralibus † victum quærere licet, *text. in cap. 1. de celebrat. Miſſar. c. clericus, 21. quæſt. 1. cap. clerici, 91. diſtin.* Coriumque emere, ac inde ſotulares facere, & vendere, *gloſ. in cap. Canonum, 14. quæſt. 4.* latè Guiliel. Rodoan. *de ſpol. Eccleſ. dicta quæſt. 2. nu. 7. 8. & 23. verſ. Et licitè emit,* Ioan. Gut. *de gabel. q. 93. nu. 49.* Carol. *de* Graſ. *de effect. cleric. effect. 6. nu. 28.* & latiùs plurimos referens, *n. 36.* Aptius igitur, & digniùs ex aduocationis exercitio ſibi victum quærere licebit.

Quartò, quia Monacho pro ſui Monaſterij
9 neceſſitate in cauſa Monaſterij, iubente Superiore, etiam coram Iudicibus laicis † poſtulare conceditur, *cap. 2. de poſtul. cap. Monachi, 16. q. 1. gloſ. in d. c. 1. de poſtul. verb. Stipendiis,* Rodoa. *d. q. 2. num. 27.* Carol. *de* Graſ. *ſup. effect. 11. nu. 7. & effect. 21. n. 42.* Proſp. Farin. *d. lit. C. fragm. crim. 1. p. nu. 190.* Martin. Nouar. *in c. Non dicatis, 12. q. 1. n. 99.* Ignat. Lop. *de* Salzed. *in addit. ad* Bernard. Diaz *in praxi crimi. Cano. cap. 63. gloſ. 1. limit. 2.* Sylueſt. *in ſumm. d. verb. Aduocatus, numero ſecundo quæſt. 6.* Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. d. cap. 57. numero trigeſimo-quinto.*

Imò non ſolùm in ipſius pauperis Mona-
10 ſterij cauſa, ſed etiam in aliis, † vt ex lucro Monaſterio, eiuſque neceſſitatibus ſubueniat, poſtulare conceſſum eſt; ſecundum *Nauar. Rodoa. & Ignat. Lop.* proximè relatos, quos ſequitur Hieron. Gonçal. *d. reg. 8. gloſ. 2. nu. 33. & 34.* allegans etiam Alphonſ. Villagut, *in praxi. Cano. li. 6. tit. de aduoca. conc. 5.* Ergo pro ſemetipſo, &c.

Quintò, quia licèt clericus pauper abſquè beneficij, vel congrui patrimonij titulo ad Sacros Ordines promotus contra Epiſcopum
11 † agere poſſit, vt dum de beneficio non pro-

uideat, de alimentis prouideat; iuxta *text. in cap. 2. & 4. c. Cum ſecundum 16. c. Tuis 23. de præb. & digni. Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de ref. Bullamque Pij V.* editam Pontificatus ſui anno 5. Idibus Octobris: Non tamen neceſſario dicta iura Clericos abſquè titulo ordinatos adſtringunt, vt contra Epiſcopum agant, nec aliis licitis modis victum quærere prohibent, *dict. cap. 1. de celeb. Miſſar. d. c. Clericus victum, 51. diſt.* & aliis ſuprà. Ideoquè ex aduocationis exercitio neceſſaria ſibi poterunt parare. Ita ſentit *Hoſtienſ.* (cuius probat ſententiam *Abb.*) *in d. cap. 1. de poſtuland. num. 4.* argumento *d. capit. clericus victum, capit. conſilium 2. §. vltimo, de obſeruat. ieiunij, & leg. 2. Cod. de patribus, qui filios ſuos diſtraxer.*

Item quia, vel propter Epiſcopi impotentiam alimenta conſequi fortſitan non valerent (cum propter paupertatem eius, qui aliàs alere debet, ceſſet alendi obligatio, vt latiùs *quæſtione trigeſima-nona numero ſeptuageſimo-ſecundo.* annotamus) Vel propter nimiam Epiſcopi potentiam, aut nulla, aut cum maxima incommoditate, detrimentoque alimenta obtinebunt. Pauper enim dum non habet, quod
12 offerat in iudicio, † non ſolùm auditi contemnitur; ſed etiam contra veritatem opprimitur; teſte *D. Iſidoro lib. 3. de ſummo bono, cap. 58.* legiturque tranſlatiuè *in cap. Pauper 72. 11. quæſtio 3.* Ex quibus hanc firmat ſententiam contra prædictam *gloſſam* Abb. *in d. c. 1. numer. 4.* quem ſequuntur Guiliel. Rodoan. *de ſpoli. Eccleſiaſt. d. quæſt. 2. numer. 23.* & Stephan. Gratian. *diſceptation. Forenſ. d. cap. 57. numero 29.*

Sextò, dictam prohibitionem (ne clerici abſquè titulo beneficij, vel congrui ſaltem patrimonij ordinentur) ne in clericalis ordinis dedecus † mendicarent, ſordidumvè quæſtum
13 exercerent, fuiſſe factam, colligitur ex dictis iuribus hanc facientibus prohibitionem & firmat Abb. *in d. cap. 2. numero primo de præbend. & dignitat.* demonſtratquè apertè *S. Concil. Tridentin. dict. cap. ſecundo ſeſſ. 21. de reformat.* Cuius eſt initium. *Cum non deceat eos, qui diuino miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, &c.*

Quæ ratio in aduocato ceſſat, cuius offi-
14 cium † laudabile eſt, *l. Laudabile, 4. C. de Aduoc. diuerſo. iudicium.* Hominemque nobilitat, *l. Sancimus, 6. & l. Aduocati, 14. C. de Aduoca. diuerſ. iudicior.* & diximus pleniùs *quæſt. 4. numer. 32. & ſeqq.* Ab eoque arcentur infames, *cap. Infames 1. & 2. 3. quæſtio. 7.* Plura in hanc rem tradit Bart. Caſſan. *in catalog. gloriæ mundi, par. 7. capit. 28. vſque ad cap. 32.* Petr. Barboſ. *ad leg. cum Prator, 22. §. fin. numer. 127.* & Carol. *de* Graſ. *d. effect. 21. numero octauo & ſequentib.*

Idemque & in procuratoribus Curiæ ſal-
15 tem Romanæ, † quorum officium dicitur honorabile, nec infamis eſſe poteſt, vt obſeruant Bald. *in l. Sed & milites, 10. §. Sed & ignominia, D. de excuſat. tut.* Ang. *in §. fin. inſtit. de except.* Mandoſ. *in reg. 4. Cancel. quæſt. 8. col. pen. num. 7.* ſequitur (eos referendo) Stephan. Gratian. *d. c. 57. n. 38. & ſeq.*

Et in procuratoribus in Curia Regis, vel

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Principis, dicunt idem Bald. *in d.§. Sed & ignominia*, & alij proximè relati, notatquè Didac. Cou. *pract. quæst. cap.* 19. *num.* 7. vbi simul & *nu. seq.* aduertit, nec alios † extra istos procuratores viles, vel infames esse, nec ob id à procurationis officio, vel exercitio clericos arceri, sed ne se negotiis implicent. 16

Septimum, & finale fundamentum (ab aliis in proposito non tactum, ex quo non solùm poterit defendi, clericum pauperem ex aduocationis officio etiam in foro seculari necessaria ad victum quærere, omissa contra Episcopum actione posse; sed nec illam aduersus eum mouere) est, quia licèt (vt quinto dicebamus fundamentò) contra Episcopum ad sacros Ordines absquè beneficij, vel congrui patrimonij titulo aliquem promouentem, pro necessariis alimentis detur promoto actio, ne in Clericalis Ordinis dedecus mendicare cogatur, eaque ratione nec ad- 17
mittere debeat Episcopus resignationem † beneficij eius, qui præter beneficium, vnde congruè viuere possit, non habet; quòd si admittat (resignatione firma manente) ad illius teneatur congrua alimenta, vt ex *Bulla Pij V. 6. Idibus Augusti*, 1565. & ex altera *Bulla Kalend. April.* 1568. edita, probat Fari. *in declar. Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 2. *de ref. in verb. Id verò beneficium resignare, & ver. Et aliter facta resignatio*: vbi formam præbet Concilium qualiter sit facienda resignatio quæque ad eam debeat informatio, probatiovè præcedere, aliter resignationem factam annullans.

In paupere tamen Doctore, † graduato, & 18
literato deficiunt suprà dicta, ac fallunt. Adhuc enim *Sacri Concil. Trident.* dispositione stante *d. sess.* 21. *cap.* 2. *de refor.* poterit Episcopus Doctorem, vel literatum absque beneficij, vel patrimonij titulo ad sacros Ordines promouere, Canonum, Iuriumque præsertim Professorem, quem nec in anxietate, mori, nec in paupertate viuere permittunt Iura; *text. in auth. de hæred. & Falc. §. fin. in fin. coll.* 1. & diximus *quæst.* 6. *n.* 40. & 52. Et ita in specie tenet, consuluisseque testatur *Hier. Conçal. in d. reg.* 8. *Cancel. glos.* 4. *nu.* 36. & ante eum *Emman. Rodrig.* (quem allegat) *in summ.* 2. *p. c.* 15. *de ordine, n.* 15. post alios ab ipso adductos, vbi ita graues, Doctores Vniuersitatum Salmanticæ, & Complutensis hac de re consultos respondisse testatur: cuius sunt etiam voti Henriq. *in sum lib.* 10. *c.* 17. §. 4. *in com. lit.* G. Vega *in sum. p.* 1. *c.* 57. *casu* 1. Garc. *de benef.* 2. *p. c* 5. *numer.* 129. Ex quo enim literatæ personæ verisimiliter congrua non deficiet sustentatio, proque patrimonio scientia sit, *Sacri Conc. Trid.* intentioni, ac menti fit satis. Ita (post iam relatos) obseruat *Steph. Grat. discep. for. d. c.* 57. *n.* 30. Quorum opinioni nec *Concilij* mens, nec contradicere videntur verba. Ea enim quæ maiorem continent difficultatem, illamque ponderosius grauant (ibi, *Statuit sancta Synodus, ne quis deinceps clericus secularis, quamuis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines promoueatur, nisi priùs legitimè constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere* magis scientiam ad Ordines sacros recipiendos, quàm ad victum decenter quærendum parandumque respicere videntur. Non enim sicut qui moribus, ætate, scientiaque ad ordines tantùm recipiendos idoneus est, absque beneficio promoueri ad Sacros non debet: sic nec scientia insigni (iuris præsertim) ad victum decentem, beneficiumque obtinendum apta pollens promouebitur. Cùm tam dispar inter vtrosque sit ratio. In *Toletanaque* diœcesi ad literaturæ titulum (quem sufficientiæ vocant (non paucos vidi, audiuique promotos, & promouentur in dies.

Cui licèt resolutioni *Congregationis Cardinalium in declarationibus sacri Concilij Trident. ad d. cap.* 2. *verb. pro necessitate, vel commoditate, vers. Quòd si tantum habeat*, determinatio videatur obstare; quæ etsi tantum quis habeat, percipere vè ex industria, vel honesto labore possit (vt puta si sit musicus, † Magister Grammaticæ, pictor, vel alterius licitæ professionis) ex qua congruè, decenterque viuere valeat: ad sacros Ordines promoueri non ideò posse, censeat: 19

Verè tamen non obstat, nec *Congregationis* 20
declaratio nostrum casum comprehendit. † Non enim in Doctore, Licentiato, vel literato in Iure, aut Theologia, sed in musico, magistro Grammaticæ, vel pictore loquitur. Quarum artium, vel scientiarum nulla cum Theologia, vel Iurisprudentia (etiam quoad propositum nostrum) comparatio est. Quamuis enim supradictæ artes licitæ sint; haud dubiè tamen constat, non sic clericos ad victum quærendum sicut Theologiam, aut Iurisprudentiam decere, quarum qualibet honoratiùs, aptiùs, & congruentius vitæ comparantur, necessaria. Vnde cum prohibitio *Concilij* eò tendat, ne propter clericorum indigentiam oriatur clerico contemptus; prædictarumque artium exercitium ad victum quærendum aliquantulum clericos dedeceat, neque ex eo grauiter, decenter, atque honorificè vitæ necessaria secundùm Clericalem statum percipiantur; quod vtique ex Theologia, Iurisque prudentia fit: hinc euenit, musicos, Magistros Grammaticæ, vel pictores absque beneficij, vel sufficientis patrimonij titulo ad sacros Ordines promouendos non esse; rectè çensuisse Cardinalium Congregationem. Ideòque eos in prohibitione expressit, Theologiæ verò, vel Iurisprudentiæ Professores omisit. Si enim & hos voluisset in prohibitione includere, † vt alios expressisset, iuxtà 21
text. in l. 1. *§. Sin autem ad deficientis, C. de cadue. tollend.* optimus ad propositum text. (quem ab aliis in id adductum non reperio, cuiusque verba ob id referre çogor) in *leg. Curiales, fin. Cod. de prædiis decurion. sine decret. non alien. libro decimo*, Eius verba sunt. *Curiales vendere quidem res immobiles, vel mancipia rustica prohibemus sine interpositione decreti. Donationes verò, vel permutationes, vel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus celebrare contractus; quoniam & sacræ Constitutiones, quæ super hoc à retrò Principibus latæ sunt, in plurimis suis partibus de pretio non redhibendo locutæ sunt; vt ex hoc apertissimè detur intelligi solùm venditionis decurionibus sine decreto interdictum fuisse contractum text. in cap. ad Audientiam*, 12. *in fin. extr. de decim.*

decim.cap. Inter corporalia post med.vers.Unde si circà,de translat.Epis.glos.in cap.Ad audientiam,el 1.verb.Obuentiones in fin.de Ecclesiast. ædific.glos.fin. circa med. in fin. nè Clerici, vel Monachi. Ita arguit (multis aliis etiam relatis, qui hoc argumentandi modo fuerint vsi) Decius *consilio* 442. *numero* 9. & propè infiniti, quos refert,& sequitur Andreas Tiraq. *in leg.si vnquam in verb. Libertis, num.*3. *Cod.de reuoc. donat.* Socin. Iun. *cons.*100.*num.*17. *circa fin. lib.* 1. *& cons.* 3 1. *numero* 28. *lib.*3. Riminald. Iunior. *cons.* 58. *num.*55. *lib.* 1. *& consil.*504. *numero* 48.*lib.*5.*& cons.*590 *numero* 21.*&* 22. *eod.lib.*Petr.Paul.Paris.*consil.*31.*numer.* 7.*lib.*2. Aymon. Crauet. *cons.*288. *numero* 3. Barthol. Cæpol. *cons. ciuil.*15.*numero* 15.*in fin.* Franc. Becci. *consilio* 21. *numero* 27 *lib.* 1. *& consil.* 101.*num.*41. *& cons.* 105. *numero* 3 5. *eod. lib.* Prosper.Fari.*quæst.*19. *numero* 22.*pro med.*Nicolaus Intrigliol. *consil* 3.*n.*48. *& consil.*13.*nu.* 96 *lib.*1.Aluar.Valasc.*in praxi partit.qu.*13.*numer.* 91. & sic in pulchra declamatione 383. concludit *M. Fab. Quintilian.*ibi : *Et lex vbi perire vult hominem, apertè significat: Deserior occidatur.*

Prouidè igitur, ac data opera Theologiæ, Iurisvè peritos præteriit; cæteros autem expressit *Congregatio*; cum in eis prohibitionis ratio, quæ in musicis, pictoribus,similibusque aliis adest,deficiat.

Nec ideo censeri debent in dicta prohibitione inclusi ex verbo in declaratione adiecto, *Vel alterius licita professionis*,ex quo nulla vim
22 prædicta patitur resolutio. Dictio enim illa *Alterius* † ad alia diuersæ,vel dissimilis naturæ non extenditur; cum similium sit repetitiua, eiusdemque naturæ, & qualitatis, *text. & ibi glos. in l. si fugitiui* 3. *Cod. de seruit fugit.* vbi not.communiter Doctores, *tex. in auth.ex testamento Cod. de collatio.* Ludouic. Roman. *cons.*91.*numero secundo & in l. Damni.* §.*is qui vicinus,n.* 2.*D.de damno infect.*Curt.Iuni.*cons.* 38.*n.*1 Bertachin. *in reperto.iuris, verb.Alius,* Andre. Tiraqu. *in legis connubial.glos.*5. *n.* 48. *ad fin.* Iacob. Menoch. *retinen. possess. rem.* 9. *numero* 256.*& de arbitrar.lib.*1.*q.*80.*num.*122. *& casu* 66.*n.*3.*& cons.*183.*nu.*19.*& cons.*200. *n.* 2. *& cons.*308.*n.*12.*&* 13 Bertaz *d.clauſ.instrum.clauſ.*4.*glos.*18. *& clauſ.* 27. *glos.* 12. *& glos.*19.*num.*1.Brunor. *à sole in locis communib. verb.dictio,numero tertio* Petr. Surd. *consil.* 21. *numero* 13.*& consil.* 77. *numero* 15. *& consil.* 151. *numero decimo-quinto & consil.* 282. *numer.*7. *& cons.*303. *numero* 33. *& de alimen. tit.*9.*qu.*3.*num.*6. *& decis.*265.*num.*24.*& decis.* 274.*numer.*4.Flamin.Paris.*de benefic.resig. lib.* 2. *quæst.*15.*numero* 21.Rota Rom.*ex collectis à* Farin.*nouiter nouissim.decis.*91.*n.*5 *to.*1. *part.* 1.*& in praxi crimi.quæst.*17.*num.*51. Sanchez *de matrim.lib.*3.*disp.*20.*nu.*2.*cum seqq.* multos alios referens Augustin. Barbos. *in remissionib. Doctor.de diction. dict.*2.*num.*1. *&* 2. Quibus etiam adde Marc.Anton.Nattam *cons.*198.*n.*4. *decis. Pedemont.* 167. *num.* 7.Ioann. Cæphal. *cons.*13.*num.*66.Tibe.Decian. *consil.*54.*nu.*30. *vers.Natura, lib.*2.Ludouic.Cens.*de censib.*1. *part.cadite* 3.*quæst.artic.*2.*num.*11.*&* 12.Anton.Gomez *in l.*29.Taur.*num.*1. Aluar. Valas. *in praxi partit. quæstio. decima-tertia, n.* 82.

Vnde cum tam euidens sit interdictarum artium professores discrimen,tantaque dissimilitudo, nullo modo dictæ clausulæ virtute prohibitio illa ad Theologos, Iuristasvè poterit extendi, adaptarivè, cum eadem natura requiratur, & similitudo Quo fit,vt si statutum punit delinquentem pœna corporali amputationis pedis, *siue altera*, † *aut alia*, de simili 23
pœna corporali, non pecuniaria, vel capitali, quia dissimiles,sunt, sed amputationis membri intelligi debet.Ita (ex *Barthol. Cæpol. Bald.* & aliis) tradit Prosper. Farina. *d. quæst* 17. *& num.*15.

Idemque si per statutum pœna pecuniaria, *seu alia*, † arbitrio iudicis imponatur,quia tale 24
arbitrium pœnam pecuniariam excedere non potest.Felinus *in cap. Sedes*, 15. *numero* 6.*vers.Et dici pulchre,de rescript.* Iul.Clar.*in pract. quæstione* 83. verbc. *Præterea si statutum*, Prosper. Farinac.*suprà numero* 5.Iacob.Menochius *de arbitrar.libro* 2. *casu* 80. *numero* 111. *& libro casu* 59.*numero* 3.Stephan.Gratian. *discep. forens.cap.*163.*nu.*17. *cum sequentib.& decisione* 5.*nu* 8.

Ex his omnibus veram esse constat, quam aduersus *glossam in d. cap.* 1. *de postuland.*sententiam defendimus, posseque Clericum pauperem Ecclesiasticum beneficium non habentem pro aliis etiam in foro sæculari, & supet sæcularibus causis postulare, sibique ex hoc exercitio necessaria comparare.

Nec solùm sponte oblata à litigantibus accipere Clericus potest; sed etiam condignum exigere † salarium, non obstante constitutione 25
text.in cap.vnico, 15.*quæst.*2. cuius sunt verba. *Obseruandum quoque decreuimus, ne quis Sacerdotum, vel clericorum,more secularium Iudicum, pro impensis patrociniis munera audeat accipere, nisi forte in Ecclesiis gratuito oblata, quæ non fauore muneris videantur accepta, sed collatione deuotionis illata. Quòd si quis ista probatur accipere, veluti exactor fœnoris, aut vsurarum possessor, secundum statuta Patrum se nouerit degradandum.* Quem *textum*, alij in causis spiritualibus, alij in Monachis, & religiosis loqui intelligunt, vt notat Abb.*in d. cap.*1.*de postuland.n.*6.

Potestque etiam clericis, diuitibus, non pauperibus Ecclesiasticum beneficium non habentibus adaptari.

In vtrisque verò contra dictum *textum* obtinuit generalis consuetudo, vt Clerici, quibus postulare conceditur (præterquam à miserabilibus) exigere possint debitum pro patrocinio salarium : per quam dicti *cap.* constitutioni derogatum est : vt (post *glos. ibidem verbo pro impensis*) tenet Gost. & Abb. *in d. cap.* 1. *de postul. numero* 6. Sylvest. *in summa verbo Aduocatus,nu.*2.*quæst.*4.*prope fin.* Guilliel. Rodoan.*dict.quæst.*2.*numero vigesimo-primo,& vigesimo-secundo.* Stephan. Gratian. *discept. forens. capite quinquagesimo-septimo, numer. trigesimo sexto,* Leli.Zanc.*in tract.de priuileg.Eccles.priuileg.*53.*numero vigesimo-septimo, & sequent.* Carol. *de* Gra. *dict.effectu* 21. *numero* 41.

Limitanda tamen principalis conclusio (quod clericus pauper in Sacris constitutus beneficium non habens Ecclesiasticum,etiã in

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cauſis profanis, & coram Iudice ſæculari poſtulare poſſit) intelligendaque in cauſis ciuili-
26 bus, † non verò in criminalibus, in quibus ſaltem pœna ſanguinis imponenda venit, à quibus Clericus omnino abſtinere debet, *cap. Sententiam, 9. ve Cleric. vel Monach. cap. His à quibus, 10. 23. quæſt. vlt. cap. Aliquantos, 21. diſtinct. gloſſ. in d. cap. 1. verb. Stipendiis de poſtul. vbi* Abb. *numer. 4. pro pè fin.* Sylueſt. *dict. verb. Aduocatus, num. 2. quæſt. 5.* Angel. *de Claual. in ſumma, §. Aduocatus, num. 1. in fin. nu. 7.* Paul. Lancellot. *inſt. Canonic. lib. 3. tit. de procuratorib. §. poſtulandi,* Simon Maiolus *de irregul. lib. 2. cap. 9. num. 3.* Proſper. Farina. *fragment. crimin. lit. C. num. 189. part. 1. tom. 6.* Carol. *de* Graſſ. *vbi ſuprà num. 39. & 40.* Camill. Borrell. *in ſumma decis. d. tit. 7. de cleric. & Sacerdot. num. 89. & tit. 11. de vita, & honeſt. clericor. n. 39.*

Quæ ſublimitati poſſe videtur limitatio, ſi Clericus reum criminaliter accuſatum de-
27 fendat, † per *text. in cap. nouiſſimus, 27. de verbor. ſignific. & in cap. Reos ſanguinis, 7. 23. quæſt. 5.* Quia tamen, vel propter defendentis imperitiam, aduerſarijvè cauillationes poſſet reus condemnari; vel etiam propter malitiam, & aſtutiam ipſius rei poſſet idem ipſe reus iniuſtè abſolui, actorque ad tallionis pœnam condemnari; tutius eſſe, etiam à rei defenſione clericum abſtinere, admonet *gloſſ. in d. cap. Aliquantos, 51. diſtinct.* Panor. *in d. cap. 1. num. 5. de poſtulan.* Sylueſt. *d. verb. Aduocatus, num. 2. quæſt. 5.* Lelius Zanc. *de priuileg. Eccleſ. priuileg. 53. numero 26* Graſſ. *vbi ſuprà, numero 36. & ſeqq.* Nauar. *conſil. 2. num. 3. & 4. in tit. de poſtul. 1. tom.* Petr. Cened. *collect. iur. Cano. 39. n. 2. part. 1.*

Limita etiam & intellige prædictam prin-
28 cipalem concluſionem, † dummodo ob talis officij exercitium, à Diuinis non ſubtrahatur, vt in præcedenti limitauimus *quæſt. nuo. 15.*

VTRVM CLERICVS PAVper tabellionis, vel notariatus officium coram Iudice Eccleſiaſtico, vel etiam ſæculari (quin ob id pœnam incurrat) exercere valeat?

SVMMARIVM.

1 *Tabellionatus officium clericis interdictum eſt.*
2 *Tam in foro ſeculari, quàm Eccleſiaſtico.*
3 *Et tam in clericis Sacrorum Ordinum, quàm minorum, ſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, ſecus ſi non habeant: tunc enim non ſolùm coram Eccleſiaſtico, ſed etiam ſeculari Iudice tabellionis officium exercere hi poterunt, & nu. 4.*
5 *Clericus pauper congruum Eccleſiaſticum beneficium non habens, etiam in ſacris conſtitutus tabellionatus officium in foro Eccleſiaſtico exercere poterit, tam in curia Romana, quàm extra exiſtens, contra Couarr.*
6 *Et an etiam in officio ſeculari poſſit eſſe tabellio?*
7 *Clericis an precisè tabellionatus officium, an cauſatiuè per beneficij ſubtractionem prohibeatur?*
8 *Concilium prouinciale Compoſtelana prouincia, quid circa rem hanc ſtatuerit?*

QVÆSTIO X.

SVperioribus ſimilis ſubſequitur quæſtio. *Virum Clericus pauper tabellionis, vel notarij liberè exercere poſſit officium?* Quam apertè decidere videtur *tex. in cap. Sicut, 8. nè clerici, vel Monachi,* cuius ſunt verba. *Sicut te accepimus referente, &c. Fraternit. tuæ mandamus, quatenùs clericis in Sacris Ordinibus conſtitutis tabellionatus officium per beneficiorum ſubtractionem (appellatione poſtpoſita) interdicas.* Ex quo euidenter conſtat; tabellionatus officium clericis in Sactis exiſtentibus interdici. † 1
Et ibi notant communiter *Doctores,* Ludouic. Roman. *conſilio 409. num. 8.* latè Barthol. Caſſanæ. *in conſuet. Burg. tit. de Iuſtices, rubr. 1. §. 6. numero 30. cum tribus ſeqq.* Bonacoſ. *in communib. opinio. crimin. part. 2. verb. clericus impunè, verſ. Sed communis eſt opinio,* Montemaran. *in practic. Epiſcop. c. 77. numero 16.* Proſper. Farin. (alios referens) *Fragm. crimina. part. 1. lit. C. numero 212. tom. 6.* Bernard. Diaz *in pract. crimi. Cano. c. 58. per tot.* Marc. Anton. Cucch. *inſtit. canon. Maior. lib. 3. tit. 37. num. 10.* Couar. *practic. quæſt. cap. 19. n. 8.* Franciſc. Marc. *deciſ. 194. num. 1. & ſeqq. part. 2.* Camil. Borrell. *in ſumm. deciſ. tit. 11. de vit. & honeſt. cler. num. 37.* Iacob. *de* Graff. *in deciſ. aure. part. 2. lib. 3. cap. 2. num. 17.* Carol. *de* Graſſ. *de effect. Clericar. effectu 8. numero 1.* Ioann. Roxas *in ſingular. fidei 133. n. 1.* Maſtrill. *deciſ. 15. n. 1. par. 2.* Hieron. Ceual. *practic. commu. contra comm. quæſt. 404. num. 5.* Prouideturque expreſsè de iure regio per *text. in l. 45. tit. 6. part. 1. verſic. E otroſi defendio ſanta Egleſia, que ningun Clerigo fueſſe eſcriuano de ningun Conſejo. & in l. 12. tit. 3. lib. 2. & in leg. 15. tit. 18. lib. 2. Ordinam. & in leg. 10. tit. 3. libro 2. nouæ reg. collect.* & ibi per *Scribentes.*

Huiuſmodique prohibitio, tam in foro ſæculari, quàm Eccleſiaſtico † procedit, in neu- 2
troque poterit clericus tabellionatus, vel notariatus officium publicè ob dictorum iurium generalem prohibitionem exercere. Ita notat *gloſſ. in d. cap. Sicut, & ibidem* Abb. *num. 6.* Ioan. Andr. *num. 9.* Anton. *de Butrio. num. 8. verſic. ſe tenetur opinio,* Albert. Trotius *in tractat. de vera, & perfect. Cler. lib. 2. cap. 54. numero 9.* Didac. Couarr. *d. cap. 19. num. 8. poſt princip. & verſic. Secunda concluſio,* & multi alij adducti per Farina. *dict. lit. C. numero ducenteſima vigeſima-quinta.*

Nec ſolùm in Clericis Sactis initiatis Ordinibus; ſed etiam in minoribus † tantùm 3
conſtitutis, congruum Eccleſiaſticum beneficium habentibus ſuperior ſententia locum habebit: vt (ex Hoſtienſ. Ant. & Abb. *in dict. cap. Sicut*) tenet communemque dicit Couarr. *dict. capite decimo-nono, numero octauo verſiculo quaſi ea ſit receptior ſententia, & verſiculo Tertia concluſio, quæ communis eſt.* Bernard. Diaz. *in dicto capite quinquageſimo-octauo numero 2.* communem etiam teſtatur Farina.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Farina. *vbi ſupra*, *numero* 234. Didac. Perez *in d. l.* 12. *titul.* 3. *lib.* 1. Ordina. *gloſſ. vnic. verſ. Quod procedit*, Alphonſ. *de* Azeued. *in d. l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ Reg. Collect. num.* 3. *verſ. Sed contrarium eſt dicendum.* Greg. Lopez *in d. l.* 45. *tit.* 6. *part.* 1. *gloſſ.* 8. *verb. Eſcriuano*, Iacob. *de* Graff. *d. numero* 17. Card. *de* Graſſis *d. effectu* 8. *num.* 10. Ioan. Bapt. Marchef. *de commiſ. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 19.

Secùs ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeat; quia non ſolùm in Eccleſiaſticis cauſis, & coram Iudice Eccleſiaſtico tabellionis poterit publicè officio fungi; ſed etiam apud ſecularia † tribunalia, & in ſecularibus cauſis, ex his, quæ notauimus *queſt.* 8. *num.* 13. *& queſt. ſeq. numero* 4. & in ſpecie Couarr. *d. num.* 8. *verſ. Quarta concluſio*, & Farinac. (plures referens) *d. lit. C. num.* 232. Carol. *de* Graſſ. *ſuprà num.* 9. Iſidor. Moſc. *de Maieſt. Eccleſ. milit. lib.* 1. *part.* 2. *verſ. Nec officium.* Alber. Galeot. *in margar. inr. capite* 10. *numero* 13. 4

Paupertatis verò fauore Clericus in Sacris etiam conſtitutus beneficium Eccleſiaſticum, † ex quo viuere valeat, non habens, tabellionis officium in foro Eccleſiaſtico exercere poterit, ſecundum Hoſtienſ. *in d. cap. Sicut, num.* 1. *verſ. Secunda ratio*, & *verſ. Alioquin ſi agerent*, & *verſic. Vnde forſan*, & *num.* 8. *verſ. Ex hoc etiam patet*, Ioann. Andr. *numero* 4. & 7. Butri. *num.* 5. Henr. Bohic. *numero* 1. *poſt med. verſ. Ex quo etiam patet*, Anchar. *numero* 9. *in fin.* Abb. *num.* 6. *in fin.* & *numero* 7. *etiam in fin.* & *num.* 8. Iaſo. *in l.* 1. §. *Huius ſtudij, num.* 8. *verſ. Septimò limita, D. de Iuſtit.* & *iur.* Franc. Marc. *d. deciſ.* 194. *num.* 5. & 6. *part.* 2. Guilliel. Rodoan. *de Spoli. Eccleſiaſt. quæſt.* 2. *num.* 30. *Montemar. in pract. Epiſcopali, cap.* 77. *num.* 17. Proſper Farin. *d. lit. C. fragm. crimin. num.* 221. & 222. Bernard. Diaz *in pract., cum Canon. d. cap.* 58. *num.* 1. *in fin.* Gregor. Lopez *in d. l.* 45. *tit.* 6. *part.* 1. *gloſſ.* 9. *verb. Tirandole el beneficio.* Didac. Couar. *d. cap.* 19. *numero* 8. *verſ. Nam Clericus in ſacris.* Licèt *idem ipſe ibi*, & *in verſ. Secunda concluſio*, velit hanc intelligere ſententiam procedere in Clericis in Sacris conſtitutis in Curia Romana prædictum officium exercentibus, non verò extra. Cuius contrarium tenent omnes proximè relati, aſſerentes tam in Curia Romana, quàm extra, ſi Clericus in Sacris Ordinibus conſtitutus congruum beneficium non habeat, procedere. Hancque receptiorem profeſſus eſt, *idem ipſe* Couarr. *eod. loco d. numero* 8. *verſ. Quaſi ea ſit receptior ſententia*: eam etiam receptiorem dicit Farinac. *vbi ſupra, num.* 227. Carol. *de* Graſ. *d. effectu.* 8. *num.* 18. Sfort. Odd. *conſilio* 44. *num.* 19.

Cuius præcipuum fundamentum eſt *text. in d. cap. Sicut*, 8. *nè Clerici, vel Monachi*, in illis verbis, *Per beneficiorum ſubtractionem, appellatione poſtpoſita, interdicas.* Ex quibus huiuſmodi prohibitionem directò contra Clericos beneficium habentes, non contra eos, qui beneficium non habent tendere, conſtat. Faciuntque ſimul latè duabus præcedentibus dicta quæſtionibus, quibus prohibitionem mercaturam exercendi, poſtulandiuè etiam in ſecularibus, Clericos beneficiatos tantùm comprehendere, non etiam pauperes, ac beneficio Eccleſiaſtico carentes, oſtendimus. Facit etiam *text. in d. l.* 45. *titulo* 6. *part.* 1. *verſ. E otroſi*, ibi: *Puedele apremiar ſu Prelado tollendole el Beneficio que oniere faſta que lo dexe.* Ex qua deducit ibi *Gregor. Lopez verbo Tollendole el Beneficio*, Clericum etiam in Sacris conſtitutum ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeat † tabellionis etiam in ſeculari iudicio officio fungi poſſe: ſicque tenere *Hoſtien.* & *Abb. in d. cap. Sicut*, licèt hodie caſus hic non admitteretur in practica, ex ſuperioribus *Ordinamenti, nouæque Reg. Collect.* iuribus, & ex *lege* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *nouæ Reg. Collect.* De iure verò Communi pro ſuperiori ſententia auxiliatur quoque dictum *Ioann. Andr.* quem refert. *Abb. in d. cap. Sicut, num.* 8. hoc nempè officium non præcisè † Clericis prohiberi; ſed cauſatiuè, ſcilicet per ſubtractionem beneficij. De cuius veritate, vide ibi per *Abb.* 7

Tandem per *Concilium Prouinciale Compoſtelana Prouinciæ, celebratum Salmanticæ anno* 1565. *in actione* 3. *decreto* 25. *in fine*, ſtatutum extat, † vt à quolibet tribunali Eccleſiaſtico eius Prouinciæ, vbi plures adſunt notarij, vnum notariatus officium poſſit Clerico in Sacris conſtituto conferri. De cuius vſu in Eccleſiaſtico tribunali *Placentiæ*, teſtatur *Azeued. in d. l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ Reg. Collect. num.* 3. *in fin.* vbi creatum ad id fuiſſe Clericum Sacrorum Ordinum, beneficium tamen non habentem aſſerit. 8

VTRVM PARENTVM PAVpertas impediat filio Religionis ingreſſum, ſiuè ad eam voto adſtrictus ſit, ſiuè non? Et an poſt profeſſionem filium egredi compellat? Et quid in parentibus circà filios, vel fratribus circa fratres, vel ſorores pauperes?

SVMMARIVM.

1 *Diſtinctio, ſiuè quæſtionis diniſio.*

2 *Non licet filiis voto non adſtrictis Religionem ingredi, eorum parentibus in magna neceſſitate exiſtentibus, ſi aut poſſint eis ſubuenire: aut probabilis ſit ſpes fore, vt ſi in ſeculo manerent, poſſent, nec eſt alius, qui ſubueniat.*

Et quid ſi Religionis voto adſtricti ſint? ibid. numero 14.

Et quid ſi ſolemniter filius profeſſus eſt? ibid. num. 15. & ſeqq.

Et qua neceſſitas requiratur? ibid. n. 21. ſeqq.

3 *Filius omni iure parentibus ſubuenire præcipitur*, & num. ſeq.

Grauiſſimam contumeliam infert filius patri, qui cum eius neceſſitati ſubuenire poſſit, illum in neceſſitate eſſe patitur, ibi.

4 *Necare dicitur, qui alimenta denegat.*

5 *Ingredi Religionem non eſt de præcepto, ſed de conſilio.*

Præcepta propter conſilia, aut neceſſaria; propter voluntaria, omittenda non ſunt, ibidem.

6 *Religionis ingreſſus non liberat ingredientem à debitis ante ingreſſum contractis, & in eius perſona remanet obligatio, & contra ipſum poterit proponi actio; ſententiaque ferri.*

7 *Et ſi ingreſſus Religionem vnde ſoluat non habet, ſi artem decentem ſciat, debet eam in Monaſterio, vt creditoribus ſatis faciat, de Superioris licentia, vel abſque. ea, ſi illam nolit concedere, exercere.*

Et an ad id habito etiam, ſi neceſſe ſit, depoſito teneatur? ibid. remiſſiuè.

8 *Debitor, qui non eſt ſoluendo, ingredi religionem non poteſt, ſi intra paucos annos in ſeculo manens, ſit probabilis ſpes fore, vt poſſit creditoribus ſatisfacere.*

9 *Profeſſio debitorum an valeat, tam de iure communi, quàm ex Motu proprio Sixti V. & Clementis VIII?*

10 *Seruus abſque Domini conſenſu Religionem ingredi, aut in ea permanere non poteſt.*

11 *Obligatio filij circa patrem fortior, & potentior eſt, quàm ſerui circa Dominum, cum cauſa, vel obligatio naturalis, accidentali, vel ciuili potentior ſit.*

12 *Filij deſerentes parentes etiam ratione Diuini cultus, anathematizantur.*

13 *Filij parentes deſerentes moraliter peccant.*

16 *Poſterior obligatio priori non præiudicat.*

Res cum ſuo onere in poſſeſſorem tranſit, ibid.

17 *Filius, qui abſque Superioris licentia aliquandiu caſtra ob parentum affectionem deſeruit, emenſionis crimine excuſatur.*

18 *Profeſſio facta à filio exiſtentibus parentibus in neceſſitate, de qua* num. 22. & ſeqq. *valida eſt, licèt filius profeſſionem celebrans mortaliter peccet.*

19 *Filius in caſu neceſſitatis, de qua ſupra, non ſolùm cum habitu, ſed etiam eo (ſi neceſſe fuerit dimiſſo) parentibus ſubuenire debet. Neceſſitate tamen ceſſante, ſtatim ad Monaſterium tenetur redire,* & num. 20. & num. 28.

22 *Qua neceſſitas, vel indigentia parentum requiratur, vt filius obligationis voto non adſtrictus Religionem ingredi prohibeatur? aut ante profeſſionem egredi debeat?*

Et qua in Religionis voto adſtricto? & num. 25.

23 *Et an requiratur in actu? ſiuè quòd probabiliter ſperetur fore, vt in eam poſteà incidant parentes?*

24 *Paupertas grauis modo dicto* num. 22. *ſuperueniens parentibus tempore nouitiatus, ad egrediendum Religionem, ſi aliter parentibus non poſſit conſulere, filium obligat.*

25 *Filius Religionis voto adſtrictus exiſtentibus parentibus in graui neceſſitate, de qua ſupra* num. *precedentibus, ſinè votum præceſſerit paupertatem, ſiuè paupertas votum, Religionem ingredi non debet. Et ſi ſemper durat indigentia, ſemper in ſæculo manebit.*

27 *Filius Religionem ſolemniter profeſſus egredi eam tenetur, vt parentum extremæ ſubueniat egeſtati, & etiam abſque Prælati licentia, ſi eam non concedat, & habitu etiam (ſi neceſſe ſit) dimiſſo, dummodò cum primùm neceſſitati ſubuenerit reuertatur. Ad quod etiam extranei obligat extrema neceſſitas, ſi non ſit alius, qui ſubueniat,* & numero 28.

29 *Et quid ſi parentes non ſint in extrema inopia? ſed in graui, modo iam dicto?* & num. 30. 31. & 32.

33 *Suprà dicta locum habent non ſolùm in parentum primi gradus neceſſitate, ſed & vlterioris, vt in auis, proauis, &c. ſi non ſint filij, qui ſubueniant.*

34 *Parentes filiis in egeſtate relictis, Religionem ingredi non debent, iuxta dicta in filiis, quibus æquiparantur, imò & fortior in parentibus eſt ratio.*

35 *Et non ſolùm pro primi gradus deſcendentium neceſſitate, ſed etiam vlterioris iuxta dicta ſuprà* num. 33.

36 *Frater ob grauem ſororis paupertatem Religionis ingreſſum differre non debet, etiam ſi Religionis voto adſtrictus non ſit, nec Religionem egredi tenetur.*

37 *Limita, vt* num. 37. & 38.

QVÆSTIO XI.

QVoniam multi hac de re (quorum propria materia eſt (egerunt Theologi, non ſic latè, vt liceret, in ea diuagabimur. Quod vt aptè fiat, materiamque dilucidè, & clarè comprehendamus, appendiciſque loco ſit, aliqui erunt diſtinguendi caſus. Quoad primam igitur, & ſecundam principalem quæſtionis partem, quæ filiorum, parentumque obligationem reſpicit (eiſdem enim iudicantur regulis) hi erunt aſſignandi.

Primus, quando filius etiam voto † non emiſſo Religionem vult ingredi. 1

Secundus, quando voto emiſſo.

Tertius, quando non ſolùm votum, ſed etiam *profeſſionem emiſit.*

Quartus, quæ neceſſitas, vel paupertas ſufficiens ſit? caſu quo ingreſſum Religionis, vel impedire poſſit, vel ad egreſſum compellere.

Quæ picta in filiis, & in parentibus quoque locum habent, vt infrà dicemus: ideoque in eis adiicimus. Vltimò denique loco de fratribus, & ſororibus.

Igitur quoad primum caſum (argumentis contrariis, vt breuiter procedamus omiſſis) non licere filiis ingredi Religionem exiſtentibus eorum parentibus in magna paupertate, † vel ne- 2
ceſſitate, ſi aut poſſint eis ſubuenire, aut probabilis ſit ſpes fore, vt ſi in ſeculo maneant, poſſint, nec ſit alius, qui ſubueniat, dicendum eſt. Tenueruntque D. Thom. *quodlibet.* 3. *art.* 16. & *quodlibet.* 10. *art.* 9. & 2. 2. *q. vlt. art.* 6. & *quæſt.* 101. *art.* 4. *ad* 4. & *ibi* Caiet. *ad fin.* Angel. *in ſumm. verb. Religioſus, numero* 11. Sylueſt *verb. Religio,* 2. *quæſt.* 7. Gerſon. *part. tract.*

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

tract. de grauato ære alieno, an poſſit ingredi Religionem, alphabet. 39. *lit. Y.* Martin. Nauar. *in ſumm. capit.* 14. *num.* 14. Emmanuel. Sà, *verb. Religio, num.* 2. Azor *lib.* 12. *inſtit. moral. cap.* 1. *quæſt.* 8. Francis. Tolet. *lib.* 5. *ſumma, capite* 1. *num.* 5. Emmanuel Rodrig. 2. *tom. ſummæ, cap.* 6. *num.* 4. Henric. *in cap. Peruenit, el* 2. *num.* 3. *de iureiur.* D. Anton. Gandab. Ioann. *de* Neapol. Roſella, Tabiena. Armill. Caſtro. Ianſen. Corduba, & alij, quos refert, & ſequitur P. Thomas Sanchez *in ſumma ſuper præcep. Decalog. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 3. vbi hanc veriſſimam dicit ſententiam: tenet etiam P. Leonard Leſſius *de iuſtit. & iure, lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 3. *n.* 34.

Et probatur, primò, quia filius iure Diuino, Naturæ, & Poſitiuo parentibus ſubuenire
3 † præcipitur. Diuino, *quarto Decalogi præcepto. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Exod.* 20, *& Matthæi* 5. Grauiſſimamque contumeliam, atque iniuriam parentibus infert filius, qui cum eorum neceſſitati ſubuenire poſſit, eos in neceſſitate iacere patitur. Vtrumque firmat *text. in cap. Cæterùm*, 20. 86. *diſtinct.* cuius ſunt verba. *Cæterum Dei traditio eſt, vt priùs paſcas parentes. Nam ſi iuxta Diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur: quanto magis fames, quæ morte grauior eſt.* Ne-
4 careque dicitur, qui alimenta † denegat. vulgar. *tex. in l. Necare*, 4. *de liber. agnoſc. cap. Qui abſtulerit*, 12. *quæſt* 2. *cap. Non ſatis*, 86. *diſt.* Id quod etiam prouerbiis ſuis protulit Seneca: *Qui ſuccurrere perituro poteſt, cum non ſuccurrit, occidit* (inquit)

Iure etiam Naturæ, vt teſtatur *Vlpian. in l. Si quis à liberis*, 5. §. *Parens* (ibi *Parens quamuis ali à filio ratione naturali debeat*) *D. de liber. agnoſc.*

Poſitiuo, ex *l. Si filius*, 3. *C. de patr. poteſt. l.* 1. *&* 2. *C. de alend. liber. l. fin.* §. *Ipſum autem, C. de bon. quæ liber. d. l. Si quis à liberis in princip. cap. Inter cætera*, 22. *quæſt.* 4. Petr. Surd (plures referens) *de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 1. Nullo igitur iure parentes in neceſſitate, ac paupertate deſerere, Religionemque ingredi, licet filio.

Secundò etiam probatur, quia ingredi Re-
5 ligionem, non eſt de præcepto. † *Matthæi* 19. *Si vis perfectus eſſe, &c.* Parentibus autem ſubuenire, de præcepto eſt, ex proximè dictis: omittere autem præcepta propter conſilia, neceſſariaque propter voluntaria, permiſſum non eſt, imò iniuſtum, & nefas, vt de ſe patet.

Tertiò, quia filium parentibus in neceſſitate exiſtentibus ſubuentionis debitorem eſſe, conſtat ex prædictis: ideòque nec ante ſolutionem liberari poſſe, nec actum gerere per quem patri præiudicet, vel ab obligatione (etiam per Religionis ingreſſum) eximatur. Namque Re-
6 ligionis ingreſſus à debitis ante ingreſſum cõtractis ingredientem non liberat: † Interimque ſemper in eius perſona remanet obligatio: vt tenet Abb. *in cap. Cum I. & A.* 22. *num.* 27. *de ſentent. & reiudic. & in cap.* 1. *de obligat. ad ratio. vel non, num.* 8. *& ibid. Innoc.* Contra ipſumque poterit proponi actio, ferrique ſententia; vt *idem ipſi* tenent *ibi.*

Quòd ſi vnde ſoluat non habeat, artem tamen decentem ſciat; eam debet in Monaſterio exercere † vt creditoribus ſatisfaciat, ſecun- 7
dum *Innocen. vbi ſupra.* Etiamque abſque Prælati licentia, ſi eam concedere nolit, ex ſententia *Molin. Angles Florib. Nauarri.* & aliorum, quos refert P. Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 14. *verſ. Aliis placet, & verſ. Addunt*; vbi & an ad id teneatur habitu etiam (ſi neceſſe ſit) depoſito? *num.* 15. *&* 16. Videndumque etiam P. Ferdinand. Rebell. *de obligat. iuſt. lib.* 2. *quæſt.* 17. *ſect.* 4. *num.* 17. *verſ. Virùm tamen fas ſit, & num.* 28. *&* 29. Vbi an & ad Indos poſſit etiam abſque Superioris conſenſu proficiſci?

Et quòd debitor, qui ſoluendo non eſt, Religionem ingredi non poſſit, † ſi intra paucos 8
annos in ſæculo manens, probabilis ſit ſpes fore, vt poſſit creditoribus ſatisfacere; tenet etiam P. Leonar. Leſſius *de iuſtit. & iure d. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 3. *num.* 32 quia æquitas non patitur, vt cum damno aliorum ingrediatur: plurimos huius ſententiæ referens Sanchez *d. loco, numero* 6. per quem latiſſimè *per tot. cap.* Aduertens pariter, *num.* 2. 19. *&* 21. de iure communi debitorum profeſſionem valuiſſe, † poſt 9
modum verò per *Motum proprium Sixti V.* editum anno 1587. inhabiles ad profeſſionem factos fuiſſe, licèt per alium *Clementis VIII.* edictum anno 1602. quoad hoc, vt profeſſio valeat, fuerit moderatus.

Ex quibus fit, vt neque ſeruus abſque Domini conſenſu Religionem ingredi, † aut in 10
ea, ſi ingreſſus fuerit, permanere poſſit; *text. in cap. Si quis*, 3. 17. *quæſt.* 2. *cap.* 1. *c.* 2. *cap. Si quis obligatus*, 7. *cap. De rebus*, 8. 54. *diſt. cap.* 1. *c.* 2. *cap. Conſuluit*, 5. *de ſeruis non ordinand.* Dominic. Soto *in* 4. *ſentent diſt.* 35. *art.* 1. *ad fin.* Didac. Couar. *pract. cap.* 15. *numero* 1. *colum.* 3. Leonard. Leſſius *d. loco, numero* 31.

Debitum autem, & obligatio filij erga patrem fortior, & potentior eſt ſerui erga domi- 11
num obligatione. † Cum illa, iure (vt diximus) Naturæ; hæc, iure gentium ſit, *tex. in* §. *Ius autem gentium, inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* Illa, ſecum Naturam (qua etiam irrationabilia erga genitores mouentur animalia.) Hæc, contra ipſam Naturam, ex hominum diſpoſitione, *d.* §. *Ius autem gentium.* Illa, naturalis: accidentalis hæc. Obligatioque, vel cauſa naturalis accidentali, vel ciuili potentior ſit, iuxta *l. Qui habent, D. de tutel. l. Filio quem pater. de lib. & poſth. l. fin. C. de his, qui ven. atat. impet. cap. Præſenti*, § *Idem, de præben. in* 6. Sed propter obligationem ergà dominum, Religionem ingredi, aut in ea domino inuito permanere non poteſt ſeruus; ergo à fortiori nec filius, qui parentum ſubuentioni tot titulis deuinctus eſt.

Hanc denique ſententiam *Gangrenſe Concilium* approbauit *ſeſſ.* 16. habeturque in *cap. Si qui filij*, 1. *diſt.* vbi anathematizantur † filij 12
etiam Diuini cultus ratione parentes deſerentes. Vnde conſtat, filium parentibus in neceſſitate relictis Religionem ingredientem (iuxta præ- 13
dicta) mortaliter † (cum ob id anathematizentur) peccare, vt docent *Martin. Nauar. Franciſ. Tolet. Emman. Rod. & Tho. Sanch. n.* 1. *adducti*, tanquam grauiſſimi præcepti tranſgreſſores.

Hæc quoad primum caſum. Quoad ſecundum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dum verò, quando Religionis votum filius
14 emiſſit, † idem quoque dicendum erit, voto ſcilicet non obſtante, ingredi non debere parentum exiſtente neceſſitate, nec votum obligare. Ita docent *D. Anton. Ioan. de Neapol. Sylueſt. Tabien. Caſtro Paſarel. & Emman. eod. loco*, quo *dicto n. 1. ſup.* eos retulimus, prout eos etiam refert, & cum quibus tenet *Tho. Sanc. d. cap. 20. n. 8.* ex rationibus ſupra adductis, quæ in vtroque pariter militant caſu, & aliis ab eiſdem traditis.

In tertio quoque (vbi nempè filius Religionem ingreſſus eſt, in eaque ſolemniter profeſ-
15 ſus) † adhuc parentum egeſtatem operari, vt egredi teneatur, ſi aliter eis conſultùm eſſe non poſſit, quin ingredi prohibebatur, obligatione *parentibus ſubueniendi iam contracta*; tenet Ioan. Maior. *in 4. diſt. 38. q. 2.* Martin. Nauar. *in ſumm. cap. 14. num. 14. & in comm. 3. de regul. numero 45.* P. Leonard. Leſſius *de iuſtit. & iur. d. quæſt. 41. dub. 3. numero 34. verſ. Si filius.*

16 Poſterior enim obligatio priori non præiudicat, † vt *in cap. Veniens, 16. & in cap. Intellecto. 33. de iureiuran.* Cùm ergò omni iure filius patri obligatus ſit, nec votum, nec profeſſio filij patri poterit præiudicium afferre, vel generare, tranſibitque cum ſuo onere filius in Prælati poteſtatem, cum ad poſſeſſorem res cum ſuo onere tranſeat, *cap. Ex literis, 5. de pignor.* cum ſimilibus, de quibus *Nos in axiomat. & locis commun. iur. lit. R. num. 76.* Benè facit pro ſuprà dicta ſententia *text* de iure ciuili *in l. Qui cum vno. 4. §. fin. D. de re milit.*
17 vbi emenſionis crimine excuſatur filius, † qui ob parentum affectionem aliquandiu abſque Superioris licentia caſtra deſeruit: per quem ad caſum noſtrum infert *Rainer. de Forliuio*, tenetque per eum (vt parentibus ſubueniat, licere filio Religionem deſerere, cum Forliuio) Nellus *de* Sancto Geminiano *tractat. de Bannitis, 1. par. 2. tempor. num. 48. in fin.* Hippol. *de* Marſil. *ſingular. 149. n. 3.* Petr. Duenñas *reg. 66. limi. 10. circa fin.* Aſcan. Clem. *in tract. de patria. poteſt. effectu 17. num. 4.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 69. num. 2. &* Ioan. Bapt. Pontan *eod. tract. de aliment. cap. 9. numero 7.*

18 Profeſſio autem in hoc caſu facta valida eſt, † licèt filius ſic profeſſionem celebrans, mortaliter peccet, vt docent Martin. Nauar. *lib. 3. conſilior. tit. de regul. in 1. editione, conſil. 26. num. vnico, & lib. 2. conſ. 3. numero vnico,* Emmanuel Rodrig. *1. tom. ſummæ, cap. 6. num. 4. & tom. 3. de regular. q. 13. art. 5. dict. 4.* quos refert, & ſequitur Thomas Sanchez *d. lib. 4. cap. 20. num. 10.* obiectionibus, quæ poſſent opponi ſatisfaciens.

Nec ſolùm in prædicto caſu, ſi neceſſe fue-
19 rit exire Religionem cum habitu poterit filius; ſed etiam ſine eo, † vt infrà dicemus. Tenetur tamen ceſſante parentum neceſſitate ad Mona-
20 ſterium ſtatim redire. Ita † Martin. Nauarr. *dict. lib. 3. conſil. tit. de regular. 1. editione, conſilio 26. numero vnico, & dicto conſilio 3. numero etiam vnic. dict. libro 2.* Corrad. *in ſuis caſuum reſponſis, queſt. 61.* Thom. Sanchez *d. cap. 20. num. 14.*

Reſtat nunc de quarto, Quæ ſcilicet pauperтas, vel neceſſitas, vt ſuprà dicta proce-
dant; requiratur? † An extrema deſideretur, 21
vel magna, aut grauis ſufficiat? Et an paupertatem præceſſiſſe neceſſe ſit votum, Religionis ingreſſum, vel profeſſionem? ſatisvè ſit poſt hæc ſupereueniſſe? Qua etiam *in re aliqui diſtinguendi ſunt caſus.*

Aut enim in primo ſuprà aſſignato, (quando nempè Religionem abſque voti obligatione vult ingredi filius) loquimur: Aut in ſecundo, quando voti tenetur obligatione: Aut in tertio cum profeſſus fuit.

Primo caſu, non requiri parentum extremam indigentiam † ad impediendum filio Religio- 22
nis ingreſſum, colligitur ex *Diu. Thom. 2. 2. quæſt. vlt. art. 6. corpore, & Turrecremat. in cap. 1. diſtin. 30. art. 1. num. 3.* (prout eos refert *Thom. Sanchez infrà citandus*) *dicentes* hanc neceſſitatem contingere, quando commodè parentibus aliter ſubueniri, quàm per filiorum obſequium non poteſt: Secùs quando eo non multum indigent, Quibus adhæret *Caiet. 2. 2. q. 101. articulo 4. ad fin.* vbi ait, hanc eam eſſe neceſſitatem, quæ filios ad operas ſuas parentibus exhibendas obligat, neque ad hoc extremam deſiderari, ſed ſatis eſſe neceſſitatem magnam latitudinem habentem: Sufficere itaque neceſſitatem, vel paupertatem decentiæ ſtatus, ſcilicet ſi parentes ad faciendum ea, quæ in notabilem decentiæ ſtatus iacturam cederent, cogerentur; vt artem mechanicam exercere, mendicare, aliis famulari cum notabili proprij ſtatus diminutione: ſecùs quando parentes poſſent vitam tranſigere, etſi non ita commodè, abundanter, & honorifice; tenentque *Ioann. de Neapol. Diu. Antonin. Angel. Sylueſt. Cordub. Paſarell.* locis ſupra in princip. *quæſtionis* relatis, eiſque adductis *Sanchez* ſæpè repetito *libro 4. ſummæ ſuper præcept. Decalog. cap. 20. numero 4.* vbi hanc neceſſitatem tunc accidere dicit, quando reverà arbitrio prudentis reputatur non leuis, ſed magna, iuxta proximè dicta. Eandem etiam ſequi videtur ſententiam *Leonardus Leſſius* (de graui neceſſitate ſimpliciter loquens) *de iuſtit. & iure dicto libro 2. quæſtione 41. dubitat. 3. numero 34.* Ita etiam è noſtris (ſufficere ſcilicet in iſto caſu parentum paupertatem, quæ ad magnam exiſtimationis, & ſtatus iacturam congeret, vt quia nobilis aliis ſeruire adſtringeretur, vel mendicare) dicit Petrus Surdus *de aliment. titulo 8. dicto priuilegio 68. numero 4.* ex ſententia D. Thomæ *quodlibet. 3. quæſtione 5. &* Angel. *de* Clauaſ. *in ſumma verbo Religioſus, quæſtione 11.*

Idque (ſecundum *Thom. Sanchez vbi ſuprà numero 5.*) procedet, ſiue actu parentes huiuſ- 23
modi patiantur neceſſitatem † tempore Religionis ingreſſus, ſiue probabiliter ſperetur fore, vt in eam poſtea deueniant, contra *Emmanuel Rodriguez 2. tom. ſumma, capite 6. n. 4.* cui ſatisfacit.

Ac ideò id locum habere, ſi nouitiatus tempore durante, † dicta grauis ſuperueniat paren- 24
tum egeſtas, atque ita docere *Ioann. de Neapol. D. Ant. Tabien. Palac. Emmanuel. Sà, & Nauarr.* aſſerit idem ipſe *ibi numero 7.* Quia cum licitè egredi valeat, & perſeuerantia ſolius conſilij ſit; *ſubueniendi parentibus præceptum* anteferendum eſt. Imò idem quoque erit dicendum in ſecundo caſu, quando ſcilicet filius votum

Religionis

25 Religionis emisit : † voto enim non obstante, ingredi non tenetur, donec parentum necessitas cesset. Idque siue votum præcesserit paupertatem ; siue paupertas votum. Vt (ex *Ioan. de Neapol. D. Ant. Syluest. Cordub.* & aliis) tradit *Sanchez vbi suprà num.* 8. Addens ex eisdem fieri inde, quòd si semper durat ea indigentia, semper in seculo manere debebit, ibiq; rationem reddit.

26 In tertio verò casu, quando filius solemniter professus est, † duo sunt distinguendi. An scilicet egestas sit summa parentum; vel non ita maxima, vel extrema; sed grauis modo in præcedentibus casibus dicto.

27 In primo dubium non est, Religionem egredi, † etiam Superiore renitente, & contradicente, vt extremæ parentum egestati subueniat filium professum teneri. Cùm in tali necessitate, & ad subueniendum extraneo, etiam renitente Prælato, si non sit alius, qui subueniat Monachus claustrum egredi teneatur. Ita docent *Caiet. Maior. Adrian. Abulens. Metin. Tabien. Armill. Nauar. Ledesm. Pasarell. alter Metin. Angles Florib. Ludouic. Lopez, & Corrad.* quos refert, & sequitur *Sanch. d. c. 20. n. 14.* Tenerique etiam, si ad id opus sit habitum dimittere, † Cùm *Cordub. in summ. q. 4. ar. 2. opin. 4. punc. 2. vers. Y no es el mismo* : Redire tamen professum cum primùm necessitati subuenerit, vt & suprà diximus *num.* 20.

28

In secundò autem (grauis scilicet modo iam dicto non extremæ inopiæ,) An filius professus Religionem exire teneatur, si aliter

29 parentibus subuenire non possit ; † tres sunt Doctorum sententiæ. Prima est, teneri egredi, etiam inuito Prælato. Secunda non teneri absque Superioris licentia. Tertia distinguens, an egestas præcesserit professionem, quia tunc

30 tenebitur egredi : secùs si professio egestatem. Primam † sustinent Anchona *de potest. Papæ, quæst. 5. art. 1.* Guandabo *quod lib. 6. quæst. 16.* Ianssen. *in concordant. Euangel. cap. 60.* in ea verba, *Vos autem dicitis.* Viguerius *lib. constit. c. 5. §. 7. in princip.* Cordub. *in regula D. Francisc. cap. 2. q. 6. art. 2. potest. 4. opinion.* Palac. *4. dist. 38. disp. 1. in solut. ad 3.*

31 Secundam, † Alex. Alens. *3. par. quæst. 33. memb. 4. art. 1. in fin.* D. Thom. *quodlib. 3. artic. 26. & quod libet. 10. artic. 9. & 2. 2. quæst. 101. art. 4. ad 4. Turrecrem. in cap. 13. quæst. 1 art. 2. num. 6.* Hentic. *in cap. peruenit, el. 2. numero 3. de iureiurand.* Lyra Supplement. Gabriel. D. Antonin Abulen. Armilla, Tabiena, Cord. Emman. Rodrig. Emman. Sà, & alij; quos refert, & sequitur (hanc tanquam veriorem approbans sententiam) Tho. Sanchez *d. cap. 20. num. 17.*

32 Tertiam, † Sylvest. *verb. Religio, 6. quæst. 9.* Martin. Nauar. *in summa, cap. 14. num. 14. & comment. 3. de regul. num. 48.* Anton. Cucus *l. 3 instit. moral. tit. 1. numero 126.* Cardin. Francis. Tolet, *lib. 5 summæ cap. 1. num. 6.* Ludouic. Lopez *1. par. instructorij, cap. 54.* Emmanuel. Rodrig. *2. tom. summæ, cap. 6. num. 4.* relati à Sanch. *vbi sup. num. 16.* Quam etiam sequitur sententiam P. Leonard. Lessius *de instit. & iure, d. libro 2. cap. 41. dubio 3. num. 34. vers. Si filius.*

Nec solùm prædicta pro parentibus primi

33 gradus ; sed etiam vlteriorum, † procedere intelligenda sunt ; si filiis ; vel descendentibus, qui eis subuenire valeant, carent ; vt aut Religionem ingredi non debeant : aut eam cogantur deserere, iuxta suprà tradita. Ita Tho. *Sanchez d. cap. 20. num. 28.*

Eadem autem omnia in filiis quoad parentes, eorumque egestatis leuandæ causa dicta ; & in parentibus † pro filiorum subuentione locum habent. Cùm eadem, ac maior etiam filios subueniendi, in parentibus sit ratio : vt latè prosequitur Tho. Sanchez *suprà relato loco, num. 34. vsque ad 40.* & Leonard. Lessius *d. dub. 3. num. 34.* 34

Nec pro inopia tantùm filiorum primi gradus leuanda, iam dictis regulis adstringuntur primi gradus parentes (vt illis in necessitate existentibus, Religionem non ingrediantur ; vel vt eis subueniant, Religionem, si opus sit deserant) sed etiam vlterioris gradus, † vti auus, 35
proauus, &c. si parentes descendentes non habeant, qui eis possint subuenire ; quia parentum loco & ipsi sunt : vt notat *Sanchez vbi supra, num. 37.*

Quod attinet ad vltimam quæstionis partem (An scilicet propter sororis ; vel fratris pauperiem, vel egestatem prohibeatur frater ingredi Religionem, vel teneatur egredi, si aliter eis subuenire non potest, nec sit alius, qui subueniat ?) † vt breuiter procedamus, dicendum 36
est. Ob grauem sororis, vel fratris, modo sæpè dicto, necessitatem (de grauissima enim, & extrema ; dubitatio non est, cum quilibet etiam extraneus illi, deserendo etiam Religionem, vt supra *n. 27. & 28.* notauimus, subuenire teneatur) nec ingredi Religionem prohiberi fratrem, nec ingressum differre debere ; aut egredi adstringi. Ita docet *Leonard. Lessius dict. c. 41. dub. 3. num. 34.* Etiamsi voto Religionis adstrictus non sit. Quia sororibus, sicut parentibus priuando se tanto bono succurrere non tenetur. Firmat etiam *Sanchez d. cap. 20. nu. 30.* Qui tamen *nu. 31.* iustam existimat causam differendi ingressum (& si votum Religionis adsit quando tempus non est præfixum † voto 37
implendo, licèt impudicitiæ periculum non subsit. Quod ad alios consanguineos non extendendum arbitratur, quorum subsidio tanta non est obligatio.

Si verò magna sororum esset paupertas, cuius ratione earum pudicitiæ periculum esset, † 38
existimat idem ipse *ibi n. 32.* quòd etiamsi voto fratri tempus præfixum sit, illudquè accedat ; poterit ingressum ex prædicta causa differre. In aliis verò fœminis consanguineis eidem periculo expositis, aut fratribus, qui sibi faciliùs possunt prouidere, firmare non audet.

VTRVM ET QVANDO propter paupertatem fieri possit, vel debeat beneficiorum, aut dignitatum vnio? Et an ob eam, tàm ex dispensatione, quàm sine illa plura quis beneficia valeat obtinere?

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum vnio odiosa est, ac iuri communi regnans.*
2 *Qualibet Ecclesia suũ debet habere rectorẽ*
3 *Ecclesia pauper, tenuisque redditus poterit*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

alteri Ecclesiæ etiam curata vniri.

Ampliatur num. 5.

Quid in dignitatibus? Et qualiter hodie ex Sacro Concilio Tridentino dignitatum vnio facienda sit? num. 7.

4 *Vnionis necessitas, vel causa probanda est, nec sufficit causæ vel necessitatis nunciatio, alias nulla est vnio,*

6 *Prælatus religionis poterit duo monialium monasteria, si moniales in altero monasterio non possunt decenter, & sine penuria viuere, vnire, monasterioquè euacuato Capellanum deseruire facere.*

8 *Episcopus qualiter, & qua Seminario puerorum possit vnire?*

9 *Vnio beneficiorum Seminario etiam erigendo, fraude cessante, fieri potest.*

10 *Episcopus reprehenditur, si pauperum Ecclesiarum, necessitateque existente, vniones non faciat.*

11 *Vnionis probatio plenè facienda est.*

12 *Nec solo verbo, aut facto vnio fieri potest, & si fiat irrita tur.*

Fructus ex Ecclesia vnita verbo, aut facto solùm, tanquam malè percepti restituuntur, ibid.

13 *Beneficiorum vnio quanto tempore, & quomodò ex temporis diturnitate probari possit?*

14 *Probari debet modus per quem fuit facta vnio, quia ex vniendi variis modis, varij resultant effectus.*

15 *vnio beneficiorum non solùm pauperum Ecclesiarum respectu; sed etiam ipsius Clerici obtinentis, eiusque attenta conditione fieri potest.*

16 *Limita in eo, qui à principio pauperem Ecclesiam acceptauit,* & num. 17.

18 *Rectori, vel vicario congrua debetur portio.*

19 *Qui altari seruit, de altari viuere debet,*

20 *Congrua talis esse debet, vt ex ea rector, vel vicarius commodè, eius conditione attenta, sustentetur,* & num. 22.

21 *Incerta non sunt in congruam computanda.*

23 *Rector, seu vicarius, cui semel assignata fuit congrua, quam acceptauit, ea, vel beneficio, quod recepit, debet esse contentus.*

24 *Secùs si à principio sufficiens esset, superueniretque paupertas.*

25 *Congrua erit augenda, beneficiumquè poterit vniri etiam post beneficij, vel congruæ acceptationem, si adeò tenue sit beneficium, vel congrua, vt sui, Ecclesiaque onera sustinere non valeat.*

26 *Ecclesia propter eius pinguedinem, & populi multitudinem, sicut ob paupertatem vniri, poterit dismembrari.*

27 *Et qua solemnitate dismembratio facienda sit?* remissiuè.

28 *Et an ad id citari debeat is apud quem est Ecclesiæ regimen, & ad quem Ecclesiæ fructus pertinent, de illiusque consensu debeat fieri dismembratio?* remissiuè.

29 *Paupertas, iusta est causa concedendi dispensationem ad beneficiorum pluralitatem.* & num 33.

30 *plura beneficia retinere prohibitum est, & vtroque priuatur, qui duo simul incompatibilia retinere intendit.*

Et qui latè de hac egerint materia? ibidem.

31 *Dispensatio ad pluralitatem beneficiorum obtenta, magis dicitur per exquisitos modos & subreptitiè impetrata; quàm legitimè adepta.*

32 *Pontifex propter importunitatem supplicantium sæpè præoccupatus, vel circumuentus, non concedenda concedit.*

34 *Plura beneficia (si primum ad sufficientem vitæ sustentationem non sufficiat) etiam citra dispensationem potest quis obtinere. Et quæ?* & num. 36.

35 *Tertium beneficium, si primum, & secundum ad congruam sustentationem non sufficiant, absque Apostolica dispensatione retineri non potest.*

37 *paupertas ob quam licitè quis plura possit obtinere beneficia, qualiter sit considerauda? Et qua sufficiat, etiam absque dispensatione? Licèt tutius sit eam obtinere.*

38 *Ecclesia pauper, qua dicatur, vt vnio fieri possit, vel quis pauper, vt plura beneficia habere possit, Iudicis arbitrio relinquitur.*

QVÆSTIO XII.

BEneficiorum vnio odiosa, † ac iuri communi repugnans est. Cardin. Zabarel. *consilio* 96. *n.* 2. Calderin. *consilio* 275. *versic. Item vnio est stricti iuris (aliàs,* 13.*) de reb. Eccles. nõ alienand.* Petr. Andr. Gambar. *de authorit. Legat. de latere, lib.* 5. *c. De potestat. Legati in vniendo, n.* 28. Cardin. Iacob. Puteus *decis.* 209. *n.* 5. *l.* 2. Anton. Faber *in Codice Fabriano l.* 1. *ti.* 2. *definitione* 74. Camil. Borrell. *in summa, decis. tit.* 28. *de præbend. n.* 58. Tiberi. Decian. *cons.* 51. *n.* 8. *& n.* 46. *lib.* 3. Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. V. cõclus.* 229. *n.* 5. Aymon Ctauet. *cons.* 258. *n.* 10. Stephan. Cratian. *discept. forens. c.* 614. *n.* 5. *lib.* 4. Borgnin. Caualcan. *decis. Fauizian.* 4. *n.* 8. *part.* 2. Rota Romã. *Diuersor. decis.* 557. *n.* 5. *part.* 1. 1

Quælibet enim Ecclesia suum debet habere Rectorem, †*cap. Quia nonnulli,* 3. *c. Conquerente,* 6. *& toto tit. de Cleric. non resident. capit. Præcipimus,* 53. 16. *q.* 1. *capit. Sanctorum Canonum,* 70. *distin.* Aymon Crauet. *consil.* 258. *n.* 10. Stephan. Gratian. *discep. forens. d. c.* 614. *n.* 16. Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 16. *p.* 1. *glo.* 5. *colum.* 2. *ante finem.* 2

Ideòque neque propter paupertatem faciendam beneficiorum, dignitatumvè vnionem, dicendum videbatur.

Contrarium tamen absque controuersia verum est. Ecclesia enim pauper, tenuisque redditus †alteri Ecclesiæ non curatæ, vel curatæ per Episcopum poterit vniri. *text. in cap. Vnio,* 3 *ad finem,* 10. *q.* 3. *text. in cap. Eam te,* 4. *in fin.* (ibi: *Nisi ita fuerint tenues in substãtia, quòd proprios Sacerdotes non possint conuenienter alere*) *de ætate, & qualit.* vbi etiam not. *gloss. verb. Tenues, text. in c. Postquam,* 49. 16. *q.* 1. *& in c. Itanos,* 25. *q.* 2. (quæ duo capita in Episcopatibus, qui paupertatis causa ab Apostolica Sede vniri possunt, solentque, loquuntur) *text. & ibi glossa verbo Necessitas in c. Exposuisti,* 33. *de præbẽd. & dignit. text. vbi etiam gloss. verb. Tenues, in c.* 1. *de reb. Eccles. non alienand. lib.* 6. *clem.* 1. 3

§. Ad

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. *Ad hæc, de ſtat. Monachor. gloſſ. in cap. Clericus, verb. Neceſſitatem, 21. quæſt. 1. gloſſ. in cap. Cum noſtris, 6. verb. Iuſta cauſa, vbi etiam not.* Abb. *num. 15. de conceſ. præbend.* Felin. *conſilio 2. numero 33.* Oldrald. *conſil. 260. in princip. & conſilio 261. & conſil. 262. & conſ. 296. numero 2.* Guido Pap. *conſil. 134. (incip. circa proceſſum) num. 2.* Cardinal. Tuſch. *practic. concluſ. litera V. concluſ. 231. numero 1. & ſequentib.* Vbi talem neceſſitatem, vnioniſque
4 cauſam probandam, † nec eius ſufficere nunciationem, aliterque nullas vnionem vires habere firmat, & *concluſ. 132. num. 1. & concluſione 243. numero 1. & concluſ. 244. num. 1.* Petrus *de* Peruſio *in tractat. de vnione Eccleſiarum, cap. 3. num. 1. verſic. Tertia cauſa eſt, & verſicul. Quarta cauſa eſt,* Ioann. Baptiſt. Caccial. *in tractat. de vnionib. artic. 5. num. 1. verſ. Tertia cauſa eſt paupertas,* Mandoſ. *regul. 12. de vnionib. quæſt. 5. num. 3. ad fin.* Et de iure Regio eſt *text. in leg. 13. tit. 5. part. 1.* ibi *: E puede fazer de dos Egleſias vna, veyendo que es meneſter, porque ſon pobres*: vbi etiam notat Gregor. Lopez *gloſſa 7. verbo Vna, in princip.*

Idquè hodie ex *Sacri Concilij Tridentini* diſpoſitione laxiores recepit habenas. Quo expreſsè facultas conceſſa eſt Epiſcopis, vt ex prædicta paupertatis cauſa, etiam Eccleſias generaliter, ſiue ſpecialiter reſeruatas, aut qualiter-
5 cumque affectas † poſſint vnire; *text. eſt in cap. 5. de reformat. ſeſſione 21.* poteſtatem ad hoc tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis Epiſcopis concedens; eius ſunt verba. *Vt etiam Eccleſiarum ſtatus vbi ſacra Deo officia miniſtrantur, ex dignitate conſeruetur: poſſint Epiſcopi, etiam tanquam Apoſtolica Sedis delegatis, iuxta formam iuris (ſine tamen præiudicio obtinentium) facere vniones perpetuas, quarumcumque Eccleſiarum Parochialium, & baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à iure permiſſis, etiamſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter reſeruata, aut qualitercumque affecta. Quæ vniones etiam non poſſint reuocari, nec quoquomodò infringi vigore cuiuſcumque prouiſionis, etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis.*

Quæ & in Religionum Prælatis, quoad Monaſteria eis ſubiecta † ampliatur ſententia.
6 Poterit enim talis Prælatus duo Monialium vnire Monaſteria, ſi Moniales in altero Monaſterio non poſſunt decenter, & ſine penuria viuere. Ita *Federicus de Senis conſil. 29. numero 1. in fin. verſic. Plus dico*: vbi & quòd poteſt educere Moniales ex vno Monaſterio, & in aliud eas inducere; Monaſterioquè euacuato Capellanum deſeruire facere: refert, & ſequitur *Cardinal. Dominicus Tuſch. pract. concluſ. litera V. conclu. 238. num. 1.* Ad quod etiam videndus *tex.* de iure Regio in *leg. 4. tit. 12. par. 1.*

Vniones verò dignitatum, † vel beneficio-
7 rum curatorum cum dignitatibus, vel Eccleſia Cathedrali, niſi conſulto Pontifice Summo, facere Epiſcopus prohibetur, ex eodem *Sacro Concilio Tridentino ſeſſione 24. cap. 13. de reformat.* Conceditur tamen ei paupertatis ratione Eccleſiæ Cathedrali, vel Canonicatibus cum Capituli conſenſu beneficia ſimplicia, non tamen regularia vnire poſſe, vel ad minorem numerum (ſi per talium beneficiorum numerum vniones Eccleſiæ paupertati prouideri nequeat) præbendas reducere, in eadem *ſeſſione 24. cap. 15. de reformat.*

Pro pauperibus etiam pueris edocendis, eorumque Collegio, † vel Seminario, eius fabri-
8 ca, puerorum alimonia, ipſorum præceptorum, miniſtrorumque mercede, licet Epiſcopo, conſilio duorum de Capitulo, quorum alter ab ipſo Epiſcopo, alter à Capitulo electus ſit; duorumque etiam de Clero ciuitatis; quorum alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum; alterius ad Clerum pertineat: ex fructibus menſæ Epiſcopalis, & Capituli, & quarumcumque dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum, cuiuſcumque Ordinis, etiam regularis, cuiuſuis qualitatis, vel conditionis fuerint, & beneficiorum quoruncumque, etiam regularium, & etiamſi iuris patronatus cuiuſcumque fuerint, etiamſi exempta, etiamſi nullius diœceſis, vel aliis Eccleſiis, Monaſteriis, & Hoſpitalibus, & aliis quibuſuis locis piis partem aliquam, vel portionem detrahere, eamque, necnon beneficia aliquot ſimplicia cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, & etiam reſeruata, vel affecta (ſine tamen obtinentium præiudicio) Seminario incorporare, & vnire: vt late (ordinem, formamque præfiniens) ſtatuit *Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 18. de reformat.*

Quòd non ſolùm in Seminario iam erecto, vel conſtructo; ſed etiam in erigendo, † vel conſtruendo in futurum (fraude tamen ceſſante) locum habet. Ita (poſt multa hinc inde) concludit Hieronymus Gonçalez *in regul. 8. Cancellariæ, gloſſ. 5. §. 7. numero 76. & ſeqq.* ſequitur Stephan. Gratian. (ſic intelligendus, fraude ſcilicet ceſſante) *diſcept. forenſ. cap. 145. num. 21. & cap. 278. num. 41. & cap. 358. num. 5.* Licèt contrarium dicat Farinac. *deciſ. Rotæ Roman. nouiſſim. 361. num. 3. & ſeq. par. 2.* Et poſt hæc, ita (cum Hieronym. Gonçalez, & Gratiano *ſupra*) tenentem reperij Oliuerium Beltraminum *in annotationib. ad S. D. N.* Gregor. XV. *deciſ. 258. n. 10. lit. C.*

Ampliatur ſuprà dicta principalis reſolutio (ob reddituum tenuitatem, paupertatemque poſſe Epiſcopum beneficiorum vniones facere) vt non ſolùm poſſit, ſed etiam eas facere debeat, † reprehenditurque ſi non faciat, vt (per
10 rex. *in cap. fin. de Eccleſ. ædific.*) tenet Ioan. Baptiſt. Caccialup. *in tract. de vnionib. d. art. 5. n. 3.* Mandoſ. *d. reg. 12. de vnionib. q. 6. num. 4.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. quæſt. 26. num. 20. in fine.* Stephan. Gratia. *diſcept. forenſ. tom. 4. d. cap. 614. num. 2.*

Vnde in ſuprà dicto paupertatis caſu, non odioſas, imò fauorabiles vniones videri: cum id Eccleſiaſticæ expediat dignitati, vt vnde viuere decenter Clerici poſſint, habeant: vtque Sacramenta commodè, aprequè miniſtrari valeant, firmandum videtur, ex traditisque *à Nobis in axiomat. & locis communib. iur. lit. O. numero 13. 14. & 15.*

Et ſi aliquod in præſenti verſaretur odiũ, non

tam vniones ipſas ; quàm vnionum reſpiceret probationem. Non enim indiciis præſumptionibus . vel coniecturis , † ſed plenè , & perfectè per inſtrumentum , ſeu literas vnionis, ſcripturas authenticas ſeu priuilegia Apoſtolica , vel præſcriptionem immemorabilem probandæ ſunt : vt tenet Aymon Craueta *conſ.* 258.*num.* 10. *&* 11.cum aliis adductis per Nicol. Gartiam *de beneficiis par.* 12. *cap.* 2. §. 3. *num.* 226. Cùm per hæc perficiatur vnio , nec ſolo verbo , † aut facto vniti beneficia poſſint. Et ſi ita fiant vniones,paſſim irritantur,fructuſque interim tanquam malè percepti reſtituuntur. Vt accidiſſe teſtatur *Nicol. Garcia ſupra,* Benauenti , vbi quędam beneficia erant vnita Seminario , ſolo verbo (& facto , & per *Nuncium Apoſtolicum* fuit reuocationis talium vnionum , cum condemnatione reſtitutionis fructuum ſententia lata. De cuius etiam caſus contingentia teſtatur *Zerol. in praxi , part.* 1. *verb. vnio.* §. 8.quos refert, & ſequitur Stephan. Gratian.*d. cap.* 614. *num.* 6. *&* 7. Vbi etiam *numer. ſeqq.* quanto tempore , † & quomodò ex temporis diuturnitate poſſit probari vnio , ex *Nicolao Gartia , Aymon , Oſaſco, Puteo , Caputaq.* & aliis multis. De qua etiam materia Ioann. Bapt. Caccial. *in d. tract. de vnionib.art.* 7. & latiſſimè , per 25. numeros Cardinal. Dominic. Tuſch. *dict. lit. V. concluſ.* 241. *Ex quibus cauſis vnio probetur?*

Fiatque etiam opportet probatio , modi † per quem fit facta vnio : vt ſi per viam æqualitatis , acceſſionis , ſubiectionis , vel aliis modis, per quos fieri vniones poſſunt. Cùm varij ex his vniendi modis reſultent effectus : de quibus per *gloſſa & Scribent. in cap. Et temporis, verb. Vnire* , 16. *quæſt.* 1. *&* *in cap.* 1. *verb. Vniendo, Ne ſede vacant. aliquid innouet.* Ioan.Baptiſt. Caccialup. *in dict.tractat. de vnionib.artic.* 2.Petrus *de* Peruſio , *de vnion.Eccleſiar.cap.* 1.*per. totum.* Ildephonſus Oxeda *de beneficior. incompatibili.part.* 2.*cap.* 3.*num.* 2. Mandoſ. *de reſignat gratia, titulo de vnionib.* Hieronymus Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellar.gloſſa.* 5 §.7.*à numero* 26.*cum ſeqq.* Nicol. Gartia *de benefic c.* 2.*in print. num.* 7.*cum ſeqq.* Cardin.Dominic. Tuſch. *practica.concluſ. litera V.concluſ.* 230.*per totam.* Stephan. Gratia. *dict. cap.* 614.*numero* 15.*&* 16. Deque vniendi modis eſt etiam de iure Regio *textus in l.* 4. *rit.* 12.*part.* 1.*vbi* Greg. Lopez.

Non ſolùm autem beneficiorum vnio ratione paupertatis ipſarum Eccleſiarum, vel Eccleſiæ vniendę ; ſed etiam ipſius Clerici : † cuius conditione , & qualitate attenta , viuere decenter ex vnius illarum Eccleſiarum fructibus non poſſet , licèt alius poſſet: permittitur. Ad quam faciendam ſufficientem hanc eſſe rationem , ex ſupra relatis iuribus , *num.* 3. colligitur , ex text. præcipuè in *d.cap. Eam te* , 4. *in fin.de etat. & qualit.* in illis verbis , *d. num.* 3. tranſcriptis, *Quod proprios Sacerdotes non poſſint conuenienter alere.* & ex *Concil. Tridentin. ſeſſione* 24.*capite* 15.*de reformat.* ibi: *In Eccleſiis Cathedralibus,& Collegiatis inſignibus, vbi frequentes , adeòquè tenues ſunt prębendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo docenti Canonicorum gradui pro loci , & perſonarum qualitate non ſufficiant , liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, aliquot ſimplicia beneficia ; non tamen regularia iis vnire, &c.* Vltra prouidens , ſi huiuſmodi ex quibus vniones Dignitatibus , vel Canonicatibus fieri poſſint , beneficia non adſint , ſecundum ea, quæ ſupra *num.* 7. diximus. Ea ita expreſſe firmat *gloſ. verbo Nęceſſitatem , in dict. cap. Clericus* , 21. *quæſtione* 1. vbi latè , quæ ad id dicatur Eccleſia pauper , vt vnio fieri debeat? Concludens tandem , ad id qualitatem perſonæ , Eccleſiæque ſitum conſiderandum. Quia aliquid vni,quod non alij ſufficit , vt *cap. Non cogantur,* 41. *diſtinct.* tradidimusque latè ſuprà *quæſtione* 4.*à.num.* 11. *cum ſequentib.* propiuſque ad præſentis ſpeciei terminos accedendo, *numero* 50. *cum duobus ſeqq.* Et quia minus manenti extra vias communes , quàm in viis ſufficit.

Limitat tamen *gloſ.* prædicta hanc eamdem ſententiam , in eo , qui cum á principio ſciuiſſet , † pauperem Eccleſiam acceptauit: Sibi enim id debet imputare , argum.*l. Imperator,* 72.(*aliàs* 70. ſecundum *Dionyſ. Gothofredi* impreſſionem) in §. *Si centum , verſic. Enim verò, D.de legat.* 2. cuius *gloſſa* ſententiam (ſingulariſſimam dicens) ſequitur,firmatque *Mar.Ant. Genuenſ.in pract. Eccleſ.q.* 203.

Non enim ſubueniendum eſt eis , quibus culpa poteſt imputari † cur ſibi non proſpexerint , *l. Qui bona fide* , 13. §. *De illo, D. de damno infect.l.* 3.§.*fin.D.de aqua pluuia arcen.* Concinit Ouid. *in epiſ. Oenoni Paridi.*

Leniter ex merito quidquid patiere ferendum eſt.

Et Amor.lib.1.elegia 14.

Facta mann,culpaque tua diſpendia ſentis.

Quo fit , vt licèt Eccleſiæ Rectori , vel Vicario congrua debeatur † portio , *cap. Nulli Epiſcoporum* , 12.*q.*1.*x.* 2.*de ſupplen. neglig. Prælat.cap.De Monachis* , 12.*cap. Extirpandæ*,30.§. *Qui verò,de præben. & dignit.* Petr. Rebuff. *in tract. de congr.q.*4.*in princip.* Card. Franc. Mantic. *dec.* 250.*nu.* 1.*&* *deciſ.* 269. *n.* 3. Cæſar *de* Graſſ. *deciſ.* 6.*num.* 7. *de præben.* Rot. Roman. *Diuerſor. deciſ.* 16. *n.* 1. *part.* 1. *&* *in noniſſimis apud* Farin. *deciſ.* 20.*n.* 3.*par.* 1. *&* *deciſ.* 449.*num.* 5.*part.* 2.*&* *apud Sanctiſſ. D. N.Greg.XV.* (tunc Rotæ Auditorem)*deciſ.* 429.*num.* 1.*&* *ibidem* Oliuer.Beltraminus *in eius annotationib.lit.A.*

Cùm qui altari ſeruit , de altari viuere † debeat iuxta *Pauli* traditionem *ad Corinth.* 1. *cap.* 9. *cap. Cùm ſecundum* , 16. *de præbend. & dignit.cap.Ex his,* 12.*quæſt.* 1. Ioan.*à* Capiſtrano *de authorit. Papæ.p.* 2.*partis ſecundæ principalis, num.* 82. cum adductis à *Nobis in axiomatibus , & locis communibus iuris lit. A. num.* 231.

Taliſque debeat eſſe congrua , vt ex ea decenter, † & commodè ſuſtentari Clericus poſſit *gloſſa in cap.vnico , verbo Abſque penuria, de ſtatu regular. libro* 6. Petrus Rebuffus *dict. tract.de congrua , quæſt.* 8. *numero* 78. Cardinal. Franciſc. Mantic. *dict. deciſ.* 269. *num.* 4.

Ac ideò necincerta ſint in congruam imputanda, † Petrus Rebuff. *vbi ſupra,quæſt.* 11.*n.* 83.*&* 86.Mantic. (alios referens) *d. deciſ.* 269 *n.*6.Rota Roman.*part.*2.*Diuerſor.deciſ.*5. *n.*3.*&* *nouiter nouiſſim.*1.*par. deciſ.* 449. *n.* 6. Oliuer.Beltramin. *loco ſupra relato.*

In

Inc ongruæque assignatione, personæ ve-
22 niat inspicienda conditio † vt si sit nobilis, literatus, vel in aliqua dignitate constitutus, iuxta *glossa* traditionem *in cap. conquerente, 6. verb. sufficientia, de cleric. non reside.* Rota Roman. *nouiter nouissim d. decis.* 449. *n.* 7. *par.* 2. & diximus supra.

Si tamen à principio congrua fuit assignata, illa debet rector, aut vicarius esse contenta,
23 tus, † nec erit augẽda, cum sibi debeat (vt proximè in beneficio diximus (quòd insufficientem receperit imputare. Ita Petr. Rebuff. *d. tract. de congrua, q.* 12. *num.* 92. Cardin. Mantic. *decis.* 22. *n.* 1. *& decis.* 250. *n.* 4. *& decis.* 255. *nu.* 2. Rota Rom. *nouiter nouiss. decis.* 449. *num.* 5. *& apud S. D. N. Greg. XV. d. decis.* 429. *n.* 3. vbi etiam Oliuer. Beltramin. *in eius annotat. lit. A.*

Si verò à principio sufficiens cõgrua fuisset assignata, vel sufficiens beneficium quis fuisset adeptus, superueniretque ex parochianorum
24 deficientia, † vel alia causa beneficij paupertas, insufficiensque redderetur congrua ob casus varietates, vel caristiam (non quidem momentaneam) aliavè simili ratione clericus viuere decenter non valeret: beneficium posset alteri vniri, foretque augenda congrua, ex *glossa in dict. cap. clericus, verb. necessit. item.* Quia tunc non est, quod clerico possit imputari.

Sublimitanda tamen adhuc suprà tradita erit resolutio (semel scilicèt assignatam congruam, acceptatamque beneficiumvè insufficiens, nec postmodum *augendam congruam, nec beneficium fore vniendum*) nisi adeò tenuis
25 † esset congrua, beneficiumvè insufficiens, vt rector, aut vicarius nequeat se sustentare, Ecclesiæque onera sustinere. Cùm tunc non solùm habeatur rectoris personæ ratio, dequè eius tantùm agatur præiudicio: sed etiam Ecclesiæ, ordinisque clericalis; ne cum illius dedecore mendicare cogatur, aut minus decenter viuere: ac ideò nec ratio illa, *quòd sibi debeat imputare*, locum habet. Ita declarauit *Rot. Rom. nouit. noniss. decis.* 420. *n.* 4. *p.* 1. *& d. decis.* 449. *n.* 5. *notatque* Oliuer. Beltramin. *in annot. ad Alexand. Ludouic.* (tunc Rotæ Rom. Auditorem, postea S. D. N. Gregor. XV.) *ad d. decis.* 429. *lit. A.* sic eam decisionem limitans, & intelligens cum Farinac. *supra d. decis.* 420.

Sicut autem propter Ecclesiæ paupertatem fieri potest beneficiorum vnio: sic propter Ecclesiæ pinguedinem, ac diuitias, clerique augmentum potest Ecclesiæ fieri dismembratio,
26 † *text. in cap. ad Audientiam, 3. de Eccles. ædific.* & notat Abb. *in cap. ex parte, 1. notabil. de rescrip. cap. Vacante, 26. in fin. de prabend. & dignit.* & ita *in vna Toletan. beneficij 2. Decemb.* 1579. *apud* Cardin. Seraphin. *decis.* 428. fuit conclusum, Nicolaus Gartia *de beneficijs, part.* 12. *cap.* 3. *num.* 3. *& sequen.* latè Cardin. Tusch. *practic. conclus. litera E. conclus.* 272 *per totam.* Estque *lex Regia*, 13. *titulo* 5. *part.* 1. *versic. En el lugar donde no ay mas de vna Eglesia pueden fazer dos, entendiendo que lo han menester.* & ibi notat Gregor Lopez *glos.* 6. *Dos.* Ita etiam disponit *S. Concilium Tridentin. sessione* 2. *cap.* 4. *de reform.*

Qua autem solemnitate dismembratio facienda sit, † apud Cardinal. Seraphin. *decis.*
27 1062. *numero secundo* Rota Roman. *nouissim. decisione* 288. *nu.* 1. *& seq. par.* 2. *& decis.* 119. *num.* 11. *& 12. & decis.* 239. *numero* 1. *part.* 1. vide.

Et an ille apud quem est Ecclesiæ regimen, 28
† & ad quem fructus illius pertinent, citari debeat de eiusque consensu facienda dismembratio sit? vide Rotam Roman. *nouit. nouissim dict. decisione* 288. *num.* 4 *part.* 2. *& decis.* 455. *num.* 6. *ead.* 2. *part.* Seraphin. *dict. decis.* 1062. *nu.* 2. De quibus omnibus consulendus Oliuerius Beltramin. *in annotat. ad Alexand. Ludouic. decis.* 504. *num.* 8. *& 9.*

Nunc ad secundam quæstionis partem. In qua breuiter dicendum. Quòd sicut paupertas iustam vniendi beneficia causam præbet: sic & dispensandi, † vt quis plura possit obtine- 29
re. Licèt enim plura quis prohibeatur retinere beneficia, † & si duplici incompatibili benefi- 30
cio frui velit, ac vtrumque retinere, vtroque priuetur: iuxta *text. in cap. de multa, 28. de prabend. & dignit. cap. Literas, 9. de conces. prabend. cap. sanctorum vbi glossa* 70. *distinct. cap. gratia, 7. & ibid. glossa, verbo non potest, de rescript. in* 5. *Extrauagan. Execrabilis Ioann.* 22. *de prabend. Extat que sacri Concilij Tridentini dispositio sess.* 7. *capite* 4. *de reform. & sessione* 24. *capite* 17. De iure regio *text. in l.* 3. *tit.* 16. *part.* 1. *versic. Otrosi, el que ouisse beneficio en vna Eglesia.* & plenè per scribentes in dictis locis, & per Abbat. *in cap. Extirpanda*, 30. §. *Qui verò, de prabend.* Ioann. *de* Lignan. *in tract. de benefic. pluralit. per totum.* Thom. Campeg. *eod. tract. per totam.* Nicola. Gimonte *eodem tractat à numer.* 1. *& sequentibus.* Bernard. Diaz *in praxi criminal. Canon. capite* 58. *verb. beneficia plura possident, per totum, & ibi per eius Additionat.* Ignat. de Salcedo, plurimos hac de materia agentes referens Didacus Perez *in leg.* 5. *tit.* 6. *lib.* 2. Ordinam. *glossa vnica.* Ildephons. Oxeda *de incompat. benefic.* 1. *part. capite* 13. *numero* 12. *cum sequentib. & capitibus sequentib.* vbi latissimè de beneficiis etiam simplicibus, vel in commendam, & aliis similibus, de quibus etiam hodie est *textus in dicto capite* 18. *de reformat. dicta sessione* 24. Diu. Antonin. *in summa, 3. parte, titulo* 15. *capite* 1. *per totum, & præcipuè* §. 6. Lambert. *in tract. de iure patron. libro* 2. *part.* 1. *quæstione* 7. *articulo* 15. Albert. Trotius *de perfecto clerico, libro* 2. *cap.* 45. *&* 46. Hieronym. Gonçalez *in regul.* 8. *Chancellar. gloss.* 15. *à num.* 15. *vsque ad* 43. Carolus *de* Grassis *in tractat. de effectib. clericat. in proœm. nu.* 137.

Ad pluraque beneficia obtenta dispensatio, licèt magis per exquisitos modos, & per subreptionem, † quàm legitimè obtenta dicatur; 31
d. extrauagan. Execrabilis Ioann. 22. *de prabend.* Carol. *de* Grassis *vbi suprà dict. numero* 137.

Cùm propter importunitatem supplicantium sæpè præoccupatus, vel circunuentus Pontifex, multa aliàs non concedenda † con- 32
cedat, *l.* 1. *C. de pet. bonor. libro* 10. *cap. Cùm in iuuentute,* 12. *de purgat. Canon. cap.* 2. *de conces. prabend. cap. si quando,* 5. *& ibi.* Abb. *num.* 1. *de rescript.* Felin. *in cap. Cùm olim, num.* 5. *de re iudic.* Guilliel. Cassador. *decis.* 39. *num.* 5. Martin. Nauar. *in tractat. de oration. cap.* 22. Miscellan. Gonçal. *dict. gloss.* 15. *n.* 34.

Paupertas tamen impetrantis, qui vnde decenter, & congruè viuere possit non habet;

UAB Biblioteca de Ciències Socials

iusta ad beneficia plura obtinenda dispensatio-
33 nis causa † est, ex *tex. in cap. Et si illa*, 23. 1. *q.* 7. notant omnes in *d. cap. de multa*, 28. *de præben. & dignit. gl. in d. cap. clericus, verb. Necessitatem*, 21. *quæst.* 1. Ildephon. Oxeda *dict. tract. de incompat. benefic.* 2. *par. cap.* 12. *numero* 55.

Imò nec in hoc casu dispensationem re-
34 quiri, † posseque Episcopum paupertatis ratione plura alicui beneficia conferre, ipsumque ea posse retinere; deducitur ex *leg. Regia*, 3. *tit.* 16. *par.* 1. à contrario sensu, ibi: *Otrosi, el que oviesse beneficio en vna Eglesia, que le oviessen dado por titulo, si le fuesse dado a tal beneficio, que pueda vivir en el, non debe auer otro en otra Eglesia teniendo aquel.* & ibi Gregor. Lopez post *Abbat.* ab ipso adductam, *glos.* 5. *col.* 2. *propè med.* Hieron. Gonçalez *dict. glos.* 15. *numer.* 39. *text. etiam in d. cap.* 17. *de reformat. sess.* 24. ibi: *Quod quidem si ad vitam eius, cui conferetur honestè sustentandam non sufficiat; licèt nihilominus aliud simplex sufficiens (dummodò vtrumque personalem residentiam non requirat) eidem conferri*: vbi id expressiùs firmauit *Cardinalium Congregatio*, posse Episcopum habenti vnum simplex beneficium ad eius sustentationem non sufficiens, aliud citra dispensationem Apostolicam conferre.

Licèt autem Episcopus secundum beneficium, si primum sit insufficiens, possit conferre; si tamen nec duo sufficerent, absque dis-
35 pensatione Apostolica tertium † conferre non posse, declarauit eadem *Congregatio ibidem, in verbo, Liceat. nihilominus ad aliud simplex sufficiens, versiculo, Episcopus potest.*

Dubitatumque circa hæc fuit in *Congregatione*, an obtinentes dignitates in Cathedrali Ecclesia, quorum præbendæ sunt admodum tenues, nec ad quotidianas distributiones (etiamsi personaliter diuinis laudibus cum aliis in choro inseruiant) admittuntur; possent vacante parochiali intra ciuitatem, eius curam
36 habere, † seruata in reliquis forma *Concilij*, si digni, & idonei per concursum examinati reperiantur? Et censuit *Congregatio* posse, expectandum tamen donec parochialis aliqua huiusmodi vacet, tuncque debere Episcopum S. D. N. consulere, & veros dignitatis, parochialisque redditus exprimere. Habetur in *declarat. ad cap.* 4. *de reformat. sess.* 7. *in* §. *Incompatibilia beneficia, versiculo, An obtinentes.*

Talisque paupertas ob quam beneficiorum pluralitas conceditur; personæ conditione at-
37 tenta † consideranda est. Ita Illephons. Hoxeda, *d.* 2. *par. cap.* 12. *num.* 55. Hieronym. Gonçalez *dict. nu.* 139. vbi quod quantum cuique opus sit, ex personæ qualitate, & locorum diuersitate, vnusquisque sibi iudex erit: addens ad id esse considerandas latè traditas distinctiones per Guiliel. Rodoan. *in tractat. de spol. Ecclesiast. quæst.* 9. §. *Quod dicendum, ex num.* 12. *cum sequentib.* Matt. Nauar. *in tractat. de oration. capit.* 22. *num.* 73. & plenius per *Ludouicum Mol. de iustit. & iur.* 1. *parte, disputatio.* 145. *per totam.* Licèt consultiùs sit expressam à sede Apostolica super pluralitate dispensationem obtinere, vt ipse notat, ibid. *n.* 40.

Et quæ in præsenti ad Ecclesiarum vnionem faciendam, pluralitatemque beneficiorum concedendam, sufficiens sit paupertas, iudicis arbitrio relinquendum; tenet (post Petr. Rebuf *in praxi benef. titul. de vnionib. numer.* 36.) Dionys. Gothofred. *in sua praxi, lib.* 1. *tit.* 5. *de stat. homin. cap. Quis dines, quis pauper, quis inops dicatur; versiculo, sic dicas.*

VTRVM CONIVNCTVS pro coniuncto paupere absquè mandato in beneficialibus admittatur?

SVMMARIVM.

1 *In profanis absquè mandato pro coniuncto admittitur coniunctus.*
2 *Præstare debet cautionem de rato coniunctus, ne iudicium reddatur illusorium.*
3 *Et an huiusmodi exceptio debeat ante litem contestatam opponi? valeantque absque huiusmodi cautione iudicium, & acta.*
In beneficialibus coniunctus pro coniuncto absque mandato non admittitur, num. 4.
Limita, n. 9.
5 *Mandatum generale ad omnes lites, & causas, an beneficiales comprehendat?*
6 *Causæ beneficiales spirituales sunt.*
7 *Spiritualia æstimationem non recipiunt.*
8 *In spiritualibus carnalis proximitas non attenditur.*

QVÆSTIO XIII.

REgulare in profanis est, coniunctum, etiam absque mandato, pro coniuncto vs-
1 que ad quartum gradum admitti; † *tex.* est in *l. sed & ha persona*, 35. *D. de procur. text. in c. Nonnulli*, 28. §. *sunt & alij, in fin.* & ibi per scribentes, extra *de rescript. & in capit.* 1. *de procurat.* de iure Reg. *text. in leg.* 10. *tit.* 5. *part.* 3. Petr. Barbos. *in leg. Cùm prætor*, 12. *num.* 46. *D. de iudic. & in l. si longius*, 18. §. *si filiusfamilias, numer.* 4. & 11. *D. eod.* latè (plures huic regulæ ampliationes assignans) Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. litera C. conclus.* 735. *per tot.* (vt infinitos alios hac de re omittamus agentes.)

2 Præstare tamen cautionem de rato † debet coniunctus, ne iudicium reddatur illusorium, cum possit absens ratum non habere, quod illius nomine gestum est; *text. in l.* 1. *C. quib. res iudic. non noc.* tradit (ex *Bart. Paul. Iaf.* & aliis) Petr. Barb. *in d.* §. *si filiusfam. numer.* 4. Card. Tusch. *suprà numer.* 15. Vbi an hæc exceptio cautionis de rato, mandatiuè defectus, ante litem contestatam † opponi debeat? adducit
3 Alexand. *cons.* 47. *num.* 2. *lib.* 7. & *cons.* 176. *incip. visis narratis, in fin. eod. lib.* qui cauendum de rato concludit, si opponatur, procedereque iudicium, & acta si ante litem contestatam non fuerit oppositum.

In beneficialibus autem coniunctum pro coniuncto absque mandato † non admitti te-
4 statur *Rota Romana in nouis, titul. de procurat. decis.* 6. & *decis.* 35. *numer.* 1. *eod. tit.* Francis. Viui. *decis.* 249. *num.* 5. Camil. Borrel. *in summa decis. tit.* 22. *de beneficiorum gratia, nu.* 55. Cardinal. Tusch. *suprà n.* 33.

Quinimò

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quinimò magna dubitatio est, An mandatum generale ad omnes lites & causas, beneficiales † etiam comprehendat? vel speciale ad eas mandatum requiratur? Qua de re latè *Rota Romana d. decis. 6. num. 3.* & latiùs *decis. 27. d. tit. de procurat. in nouis, per tot.*

Ratio autem quare in beneficialibus (etiam cum cautione de rato) coniunctus non admittatur, est. † Quia beneficiales causæ spirituales sunt; *text. in capit. si annum 3. in princip.* (ibi: *In beneficialibus, & aliis causis spiritualibus*) *de iudic. in 6.* & notat, supponuntque omnes suprà relati.

Ideòque æstimationem, vel interesse non recipiunt, † in ijsdem terminis, docet *Rota Romana d. decis. 35. titul. de procurat. nu. 1.* vbi eius *Addi.* in id ipsum allegat *glos. in prag. sanct. in titul. de elect. in verbo. Vtiliorem*, & Innocent. *in capit. quarelam, extr. de elect.* Petr. Surd. *consil. 364. n. 9.*

Neque in huiusmodi spiritualibus, carnalis proximitas, siue coniunctio attenditur, † quidquam vè operatur; *text. in d. cap. si annum, in fin. versiculo. In huiusmodi quoque litibus.* Notat in terminis *Rota Romana d. decision. 6. numer. 1. tit. de procurat. in nouis.*

Paupertatis tamen fauore absque mandato potest quis pro coniuncto procurator etiam in beneficialibus † existere. Gratiam enim *in forma pauperum*, ad coniunctæ personæ instantiam, absque aliquo mandato purificari per executorem posse: Est *decisio Rotæ Romanæ in nouis, titul. de concess. prabend. decis. 9.* Camil. Borrel. *in summ. decis. d. titul. 22. num. 93.* Ioann. Aloys. Ricci. *in collect. decis. 6. par. collectanea 2474. versiculo. Et acceptatio*, ibi: *gratia in forma pauperum, &c.*

VTRVM SPONSALIA DE futuro propter superuenientem alterius ex sponsis paupertatem dissoluantur?

SVMMARIVM.

1 *Paupertas superueniens sponsalia non dirimit. Contrà* n. 2. & sequentibus.
Adhibetur inter has duas sententias distinctio, n. 8. & seqq.
3 *Promissio etiam iurata intelligi debet* rebus sic stantibus.
4 *Sponsalia per superuenientiam grauis morbi, vel deformitatis, tam corporis, quàm animi dissoluuntur.* & n. 6.
Vel si tempore sponsaliorum aderat, ignorabatur tamen ab sponsorum altero, ibid. d. n. 6.
5 *Paupertas quolibet morbo, & morte ipsa grauior est.*
7 *Propter paupertatem diminutionem existimationis, & honoris quis patitur.*
12 *Mulier nubens de dote mentionem non faciens, an omnia sua bona in dotem dedisse censeatur?* & n. 18.
14 *Intellectus ad* text. in l. Necessario, 8. D. de peric. & commod. rei vendit. *Et* ad l. Lutius, 11. D. de euictio. & num. 16. & 17.
Reprobatur Baldi & Alexand. de Neuo *sententia.* ibid. dict. numero 14.
15 *Sponsalia propter superuenientem paupertatem, si certa dotis quantitas fuit promissa, eaque solnatur, non dissoluuntur.*
17 *Promissio dotis expressa, siue tacita, est veluti conditio, sub qua sponsalia celebrantur, qua deficiente, sponsalia non obligant.*
19 *Paupertas superueniens sponsalia etiam iurata dirimit.*
20 *Et tam si superueniat sponso, quàm sponsæ.*
21 *Sponsalia ex eo quòd sponsorum altero in eodem statu manente; alteri ingentissima diuitiarum copia accreuit, non dirimuntur.*
22 *Compensatio an sit admittenda inter sponsos ad paupertatem pariter post sponsalia deuenientes, ob idquè nequeant sponsalia dirimi?*
23 *Et quid in aliis euenientibus, quando vterque similiter deliquit?*
24 *Intellectus ad* text. in capit. De illis, 5. de sponsalib. & matrim.
25 *Paupertas superueniens, sponsalia non dirimit, si alter ex sponsis ita spondentem adamaret, vt etiam paupertatis casu præuiso, vel cogitato, matrimonium contraheret.*
Et idem in alio superuenienti casu, vel defectu, ob quem aliàs sponsalia dirimi possent, ibid.
26 *Ad cuius rei probationem tam in interiori, quàm exteriori foro spondentis iuramento stabitur*, & n. 18.
27 *Quæ in animo consistunt, patris iuramento probantur.*

QVÆSTIO XIV.

SI accidat sponsalia de futuro contrahi, interimque antequam matrimonium celebretur, sponsa pauper facta sit, an resilire sponso liceat? frequens est dubitatio, sæpè in praxi, foroquè occurrens, vt testatur Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. quæst. 775.* Qui ea se breuissimè expedit; cum tamen valdè dubia sit, multaquè pro vtraque parte vrgeant argumenta, & opiniones.

Prima fuit *glossa in cap. quemadmodum, 25. de iureiurand. verbo, Oculos*, simpliciter asserentis, † paupertatem superuenientem sponsalia non dirimire: quam sequuntur Bald. *ibid. num. 8.* & Alexand. *de Neuo. num. 16.* non ob id solùm sponsalia dirimi posse contendentes. Cùm per sponsam, quæ sponsaliorum tempore diues erat, sufficientesque ad dotis solutionem facultates habebat, non steterit. Hancquè sententiam firmat Bald. *ex text. in l. Necessario, 8. D. de pericul. & commodo rei vendit.* & ex *l. Lutius, 11. D. de euict.* Quibus casum superuenientem non impedire quominùs contractus valeat, & teneat, ad illiusquè obseruationem, ac pretij solutionem agi posse probatur. Eandem quoque sequuntur, tenentque Cardinal Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 3. tit. 17. numero 14.* Iacobus Menoch. *consil. 386. numero 9.* cum quibus transit Marc. Anton. Genuens. *vbi supr. tricenario. 16. dict. quæstio. 775.* Petr. Surd. *cons. 364. n. 9.*

Contrarium † (superuenientem scilicet à pauperta

UAB Biblioteca de Ciències Socials

paupertatem ſponſalia de futuro diſſoluere poſſe) ſuadent, firmantque plura argumenta, rationes, & iura.

Primò, quia promiſſio, *rebus ſic ſtantibus* 3 † intelligi debet; *text. in leg. Cùm quis*, 38. *in princ. & in l. Stichum*, 95. §. *vſumfructum*, *D. de ſolut.* Comprobat pulcherrimè *Seneca de benefic. lib.* 4. *c.* 39. vbi poſt multa. *Omnia eſſe debent, quæ fuerunt cùm promitterem, vt promittentis fidem teneam*, inquit: cum aliis à *Nobis* adductis *in axiomat. & locis commun. iur. lit. D. nu.* 105. *& lit. P. num* 219.

Imò, & ſi appoſitum ſit iuramentum promiſſioni, huiuſmodi conditio adiecta cenſetur; *text in d. capit. Quemadmodum*, 25. *de iureiurando, & ibi gloſ. verbo, Conditio, & verbo, Oculos.*

Ergo cum rei ſtatus per ſuperuenientem ſponſæ paupertatem mutatus, ſit, reſilire ſponſo licebit, iuſtaque ſponſaliorum diſſolutioni cauſa erit. *Quid miraris* (inquit vbi proximè Seneca) *cùm conditio promittentis mutata ſit, mutatum eſſe conſilium?*

Secundò, quia ſponſalia propter ſuperuen- 4 tiam alicuius ex morbis, † de quibus in *dict. cap. Quemadmodum*, aut grauiorum, diſſoluuntur, vt ibidem prouidet *text. & in capit. fin. de coniug. leproſor.* vbi etiam *gloſ.* Didac. Couar. *in epitom. de ſponſal. par. cap.* 5. *num.* 6. P. Ferdinand. Rebello *de obligation. iuſtitiæ, p.* 2. *lib.* 4. *qu.* 8. *ſection* 8. *n.* 57.

Sed paupertas quolibet morbo, † imò & 5 morte ipſa eſt grauior. Dicitur enim *Eccleſiaſt. cap.* 40. *Melius eſt mori, quàm indigere.* Firmatque Imperator *in l. Quiſquis*, 5. §. *filij verò, in fin. C. ad leg. Iul. Maieſt.* & dicemus latiùs *quæſtio.* 51.

Tertiò, quia ſi animi, vel exiſtimationis no- 6 tabilis deformitas † ſponſorum alteri ſuperueniat (vt ſi furti, vel alterius criminis turpis damnatus ſit) ſponſalia poterunt ob id diſſolui; vt docet Anton. Cucus *lib.* 5. *inſtitut. maior. tit.* 10. *nu.* 63. & Thomas Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 57. *num.* 2. *circa fin.* Cùm enim propter externam ſuperuenientem deformitatem ſponſalia (vt diximus) diſſoluantur: à fortiori propter internam, morum, exiſtimationis, & famæ. Quanto enim animus corpore excellentior eſt: tanto magis morum, exiſtimationis, & famæ macula, vel deformitas, externæ, corporiſvè præponderat deformitati, vt in terminis notant *Cucus, & Sanchez*; tenet etiam *P. Ferdinand. Rebello d.* 2 *par. lib.* 4. *quæſt.* 8. *ſect.* 2. *numer.* 11. Vbi, quòd non ſolùm propter furtum, homicidium, ſimilivè delictum ſuperueniens, ſponſalia poſſunt diſſolui: ſed etiam ſi iam tempore ſponſaliorum tale delictum adeſſet, per quod dedecus, grauem moleſtiam, vel damnum ſponſus incurreret, ſi ſponſaliorum tempore delictum commiſſum ignoraret.

Propter paupertatem verò, diminutionem 7 exiſtimationis, & honoris quis patitur, † iuxta *text. in l.* 2. §. *quid enim, C. quando, & quib. quart. pars debeat.* Ita vt neque in teſtem pauper, neque ad tutelam, neque ad honores ſine magna admittatur controuerſia, propter ſuſpicionem, vilipendium, exiſtimationiſque ex ea prouenientem diminutionem; vt latè ſupr. *quæſt.* 6. *numer.* 3. *& ſeq.* præcipuè *n.* 6. 7. *&* 15. oſtendimus.

Quare hanc contrarietatē voluerunt multi diſtinctionis fœdere componere, duos diſtinguendo caſus. Alterum, quando ſponſalia cum dotis promiſſione † contracta ſunt: Alterum, 8 quando ſimpliciter, nec dotis aliqua habita mentione. Vt primo, ſuperueniens paupertas ſponſalia dirimat: non ſecundo.

Primi caſus ſententiam † probat *text. in* 9 *capit. de illis*, 3. *de condit. appoſit.* & poſt alios Didac. Couatr. *de ſponſa.* 1. *par. cap.* 5. *num.* 4. Gregor Lopez *in l.* 7. *tit.* 1. *par.* 4. *verbo, Excuſacion.* Ioann. Brunell. *in tractat. de ſponſalib. concluſ.* 8. *num.* 6. Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 3. *cent.* 5. *caſu* 455. *num.* 6. *& d. conſ.* 386. *n.* 3. Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. d. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 14. Ioann. Gutierrez (communem dicens) *de matrimonio. q.* 33. *num.* 3. Ex Theologis Dominic. Soto *in* 4. *diſtin.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 5. *caſu* 6. Barthol. à Ledeſma *de matrimon. dubio* 13. *caſu* 10. Petr. à Ledeſma *eodem de matrimon. tractat. q.* 43. *artic.* 3. *cauſa* 9. Emmanuel. Rodriguez *in ſumm. in ſecunda editione, cap.* 245. *num.* 5. P. Thom. Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *diſputat.* 59. *num.* 2. P. Ferdinand. Rebello *de obligat. iuſtitia, d.* 2. *part. lib.* 4. *qu.* 8. *ſectio.* 8. *n.* 69.

Secundam diſtinctionis partem (quæ ſponſalia non dirimi † propter ſponſæ ſuperuenien- 10 tem paupertatem habet, vbi abſque dotis conſtitutione, vel promiſſione contracta fuerunt) ſuſtinet *gloſſa* ſuprà in principio adducta *in d. capit. Quemadmodum.* Quæ licèt indiſtinctè loquatur; in hoc tamen caſu intelligendam dicunt *Ioan. Andr. Anton. Imol. Hoſtienſ.* & alij ibidem per *text. in d. capit. de illis*, 3. *de condit. appoſit.* iuxta communem eius intellectum, & *leg. ſi ita ſtipulatus fuero.* 97. § *ſi tibi nupſero, in fin. D. de verbor. obligation.* Couar. *d. capit.* 5. *numer.* 4. Petr. Gregor. Syntagm. *iuris, part.* 2. *lib.* 8. *capit.* 9. *num.* 9. Ioan. Matienzo *in rubric. titul.* 1. *lib.* 5. *noua reg. collect. gloſ.* 1. *numer.* 47. Iacob. Menoch. *dict. conſ.* 386. *num.* 3. *vol.* 4. Ludouic. Lopez *in* 2. *par. ſui inſtructorij in materia de matrimonio, capit.* 38. Emmanuel Rodriguez *vbi ſuprà num.* 3. Thom. Sanchez *d. diſput.* 59. *num.* 3. Ioan. Gutier. *d. cap.* 33. *numer.* 3.

Fundamentum eorum, qui hanc tuentur ſententiam, duplex eſt. Primum, quòd ſibi im- 11 puter † ſponſus, qui potuit prouidere de dote cauendo, & non prouidit. Faciunt dicta ſuprà *qu.* 12. *n.* 16. 17. *&* 23.

Secundum, quia mulier nubens de dote mentionem non faciens, bona ſua omnia in do- 12 tem dare † non præſumitur, vt (poſt alios) tenet Couar. *d. capit.* 4. *num.* 5. Roland. à Valle *de lucro dotis, quæſtion.* 73. *per totam, præcipuè n.* 3. Ioſeph. Maſcard. *de probat. concluſ.* 577. *num.* 2. Petr. Barboſ. *in rubric. D. ſolut. matrim.* 4. *par. num.* 32. Thom. Sanch. *d. diſput.* 59. *nu.* 3. Gutier. *vbi ſuprà num.* 4. Petr. Surd. *conſ.* 94. *nu.* 3. licèt malè pro hac parte alleget *gloſſam in l. Mulier bona*, 78. *D. de ritu nup.* Quæ de re inferiùs dicendum, latè Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 6. *n.* 61. *& ſeqq.* vbi plenè de materia, per *tot. cap.*

Adhuc tamen huiuſmodi diſtinctio opinionum varietatem non ſedat, neque ſuperioribus adductis argumentis, ſuperuenientem ſponſæ paupertatem ſponſalia dirimere poſſe probantibus,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tibus, ſatisfacit. Ideoque etiam vbi nulla dotis facta mentione ſponſalia fuerunt contracta,
13 paupertate ſuperueniente dirimi; † tenuerunt Abb. *in d.cap. Quemadmodum, num.* 10. Ioann. Brunel. *in tractat. de ſponſalib. d. concl.* 8. *num.* 6. Angel. *in ſumma, verb. Sponſalia, num.* 33. Syluest. *eod. verb. quæſt.* 10. *caſu* 9. Martin. Nauar. *in manual. Latino, cap.* 22. *num.* 27. Anton. Cucus *lib.* 5. *inſtit. maior. tit.* 10. *numero* 71. Henriq. *de matrim. lib.* 11. *cap.* 14 *num.* 6. Cui opinioni tanquam veriori adhæret P. Thom. Sanch. *d. diſput.* 59. *nu.* 4. verioremque etiam cenſet Ioan. Gutier. *d. cap.* 33. *nu.* 4. Quorum ſequitur ſententiam Ferdinand. Rebel. *de obligat. iuſtitiæ, d.* 2. *p. libr.* 4. *quæſt.* 8. *ſect.* 8. *num.* 69. quàm longè veriorem, tenendamque omninò (ex rationibus, & argumentis ſuprà relatis, infraquè deducendis) iudico: tenentque ſimpliciter Ioan. Aloyſ. Ricci. Collectan. 1370. *verſ. Excuſantur ſextò*, Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nupt. 2. part. clauſ.* 12. *gloſ. vnic. num.* 7.

Quibus non obſtant argumenta contra-
14 ria. Et in primis *Baldi*, † *& Alex. de Neuo* obiectio, tenentium, etiam vbi de dote conuentum fuit, paupertatem ſuperuenientem ſponſalia non poſſe dirimere: aduerſus quos eſt communis Doctorum ſententia, vt ſuprà notauimus. Neque eorum opinioni auxiliatur *d. l. Neceſſariò, 8. de pecul. & commod. rei vendit.* Imò ſi benè perpendatur) contrà eam retorquetur. Poſtquam enim ibi *Paulus Iureconſultus* conſtituit, poſt perfectam venditionem periculum ad emptorem pertinere; de contractu ſub conditione celebrato hæc adiicit. *Quod ſi ſub conditione res venierit, ſi quidem defecerit conditio, nulla eſt emptio, ſicut nec ſtipulatio.* Ergo ſiuè in ſponſalibus ſub dotis expreſſa conditione celebratis loquamur, ſiuè etiam de dote non expreſsè cauendo (quia tacitè illa ineſt conditio, *ſi dos ſoluta fuerit, ſi res in eodem ſtatu manſerit*) conditione deficiente, corruet actus, poteruntque per paupertatem ſuperuenientem (iuxta eiuſdem *text.* diſpoſitionem) ſponſalia dirimi. Idquè ipſum ex infrà dicendis, & ex ſolutione ad *d. legem Lutius*, clariùs apparebit, eademque hæc confirmabitur ſolutio. Et prædictam ſententiam (ineſſe, vel intelligi condemnationem, *ſi dos ſoluatur*, etiam nulla facta de dote mentione) firmant ex pluribus Thom. Sanch. *ſupr. diſput.* 60. *numero* 2. *&* Ioan. Gutier. *de iuram. confirmat.* 1. *par. cap.* 37. *numero* 3. *propè fin. verſ. Imò quod magis.* Faciuntque multa eleganter congeſta per Guil. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verb. Dotem quam ei dederat, nu.* 13. *&* 14. *de teſtam.*

Planè ſi ſponſaliorum contractu certa dotis quantitas fuiſſet promiſſa, eaquè ſolui poſſet,
15 † licèt magnam ſponſa bonorum poſt ſponſalia iacturam feciſſet, cogendus ſponſus foret matrimonium contrahere, cum obligationem ſuam ſponſa adimpleat. Ita notat *P. Ferdinand. Rebel.* (in hoc tantum caſu intelligendum, recipiendumque dicens Couar. *de ſponſalib. d. 1. part. cap.* 5. *nu.* 4.) *in d. tract. de obligat. iuſtit. d. ſect.* 8. *numer.* 69.

Nec etiam ſuprà dictis obſtat *text. in dict. leg. Lutius*, 11. *D. de euict.* (quam pro ſuæ ſententiæ confirmatione adducit *Bald.*) Quia reſpondetur, † in illius *text.* ſpecie, iam contra- 16
ctum perfectum eſſe, ex omnibuſque ſuis partibus abſolutum: ideoque periculum ad emptorem pertinere; proque pretio venditorem agere poſſe: neque id caſum impedire, regulare eſt. At nos in caſu non ſic imperfecto, & abſoluto, ſed qui plurimum conditionis habet, loquimur. Promiſſio enim dotis, eſt veluti conditio
17 † ſub qua ſponſalia celebrantur, qua deficiente (etiam citra fœminæ culpam) ſponſalia non obligabunt, iuxta *text. in d. capit. de illis, 3. de condit. appoſit.* notant Sanch. *d. diſput.* 59. *nu.* 2. & omnes ferè iam relati.

Idque etiam dicendum, ſi tacita tantum dotis intercedat promiſſio, quando nempè de dote actum non eſt. Cùm (ſecundum veriorem, magiſquè communem reſolutionem) mulier nubens, nulla de dote mentione facta, omnia bona ſua † in dotem videatur dare. Quam 18
tenent *gloſ. in d. l. Mulier bona, 78. D. de ritu nupt.* Bart. *in l. ſi conſtante, num.* 78. *D. ſolut. matrimon.* Bald. *in l. nulla, numer.* 2. *in fin. C. de iure dot. & in leg. vltim. numer.* 9. *C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. profer.* refert, & ſequitur Cardin. Franciſc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro* 12. *tit.* 21. *numer.* 27. Thom. Sanch. *d. diſput.* 59. *num.* 4. Ioann. Gutier. *d. cap.* 33. *numer.* 4. Anton. Gom. *in l.* 50. *Tauri, numer.* 17. Ferdin. Rebello *ſupr. d. numero* 69. quod etiam colligi dicit ex iure regio Luſitaniæ, *lib* 4. *Ordinam. tit.* 7. *& in noua collect. ex eod. lib. titul.* 46. *ad initium*, idque contrà Couar. & alios firmat. Conuenit Ouid. Faſtor. *lib.* 6.

Et caput, & Regnum factum eſt dotare parentis.

Et quibus omnibus ſuprà dictam tenendam ſententiam omninò videtur. Eaque retenta, ampliatur, vt procedat, locumquè habeat, etiamſi in ſponſalibus appoſitum ſit iuramentum, † vt tenent Anton. Cucus *inſtitut. maior.* 19
lib. 5. *tit.* 10. *numer.* 71. Thom. Sanch. *d. diſput.* 59. *numer.* 5. *& diſput.* 60. *n.* 2. Ioan. Gutier. *repetito cap.* 33. *num.* 4. *& de iurament. confirmat.* 1. *parte dict. capit.* 37. *numer.* 3. *verſ. Imò quod magis eſt.*

Ampliatur ſecundò, vt tam in ſponſo, quàm
20 in ſponſa † procedat. Namque ſi ſponſus ſponſaliorum tempore ditiſſimus eſſet, interimque notabiliter pauper efficiatur, ei nubere ſponſa non tenebitur: cum eadem in vtroque ſit ratio, defectus ſcilicet in tali caſu conſenſus, propter notabilem illam mutationem, quæ ſi à principio adeſſet, actum impediret, vt firmant *Cuc. Sanchez, & Gutierrez*, locis proximè relatis.

Diuerſum tamen eſſet, ſi altero ſponſorum in eodem ſtatu manente, alteri ingentiſſima diuitiarum copia accreſceret. † Non enim ob 21
id diſſoluerentur ſponſalia, cum melior, non deterior ſuperuenerit conditio. Notat Sanchez ſuprà *d. diſput.* 59. *num.* 7. *&* Gutier. *dicto capite* 33. *numero* 4. *verſiculo, Nihilominus, in fin.*

Quid autem ſi tam ſponſus, quàm ſponſa
22 pauperiores † ſint effecti? admittenda ne compenſatio erit? firmaque ſponſalia manebunt? Et licèt affirmatiuam probabilem dicat *Ferdinand. Rebello d. ſectio.* 8. *num.* 69. *in fine*: Probabiliorem tamen negatiuam, ex natura rei, aſſerit ibidem, *num.* 70. Quia per vtriuſque non

UAB Biblioteca de Ciències Socials

præuisam paupertatem, multò difficiliùs futuri matrimonij redditur onus; maximè si à principio, præscius numquam sic contraxisset.

23 In aliis verò euentibus admittendam compensationem forè; † vt si vterque in hæresim labatur, iterumquè resipiscat, vel si alter alteri parem intulerit iniuriam, quæ sufficiens esset secundum se ad sponsaliorum dissolutionem: nisi fortè in posterum altero renuente, timeantur odia, vel ex vtriusque iniuria matrimonium notabiliter onerosius reddatur. Respondetque

24 *ad textum in dicto capite de illis, 5. † de sponsalib. & matrimon. numero 71.* Ideo ibi sponsæ (cuius sponsus *in longinquas se partes* contulerat) contrahendi cum alio liberam concessam facultatem fuisse; quia aderat incontinentiæ timor ob sponsi absentiam, quæ in aliis casibus non subest.

Limitatur etiam suprà dicta principalis conclusio, si sponsus ita sponsaliorum tempore adamasset sponsam, † vt etiam si tunc pauper esset, cum ea matrimonium contraheret.

25 Tunc enim per superuenientem paupertatem sponsalia, non ditimi; suadent argumenta suprà adducta, & notat *Gutierrez dicto capite 33. numero 4. versiculo, Et retenta.* Idemque erit dicendum alio quoque defectu intercueniente, si nihilominus eo præuiso, quilibet sponsorum matrimonium contraheret, cum citra spondentis intentionem non sit euentus, ex iam dictis, sentitque expressè P. Ferdinand. Rebel. *dicta 2. part. libro 4. qu. 8. sectione 8. numero 57.*

Ad huiusmodi autem rei probationem

26 (cum ab animo pendeat, hominumque effugiat notitiam) spondentis iuramento † tam in foro conscientiæ, quàm iudiciali stabitur. Quæ enim in animo consistunt, neque in

27 actum prodeunt externum, partis iuramento probari; † communis, & indubitata est sententia, probaturque expressè per *text. in capit. Cùm in tua, 6. §. fin. qui matrimon. accusar. poss. text. in capit. Pastoralis, 4. in fin. de exception. text. in capit. si verò, 3. in ordine, de sentent. excommunic. & ibid. not. glos. verbo, propria manu, capit. Intellectum, 33. quæstion. 2. capit. si verum, 31. quæst. 2. glos. in capit. significasti, 16. verbo. Si ita est, de homic. volunt. vel casua. & in capit. Præsentium, 31. verbo, Iuramento, de testibus; text. in l. non omnes, 5. §. à Barbaris, D. de re militari, l. furti, 6. §. Qui iussu, D. de his qui notat. infamia,* Batt. *in l. inter omnes, §. rectè, numer. 2. D. de furtis, glos. ordin. in capite præsumitur, de regulis iuris in 6.* Iason *in §. Sed ista, num. 88. & seq. instit. de actionib.* latè Didac. Cou. *variar. libro 2. cap. 20. numer. 1.* Andr. Gail. (communem dicens) *practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 48. numero 14. & obseruat. 105. num. 7. & obseruat. 106. numer. 5.* Ioseph. Mascard. *de probat. conclus. 45. num. 48. & conclus. 94. num. 5.* Prosper. Farinac. *lib. 1. prax. crimin. quæst. 4. nu. 21. vers. si vero quis, & in fragm. litera I. numero 235.*

28 Et in terminis nostris, † prædictam sententiam tenet Martin. Nauar. *in summa Latina, capit. 18. numero 7. & Hispana, numero quinto.* quem sequuntur P. Thom. Sanchez *de matrim. libro primo disput. 62. numero sexto, &* Gutier. *dict. cap. 33. numero 9.* Temperans id quoad forum exterius, *vt ibi per eum videre est.* Hæc licèt specialem paupertatis fauorem non inducant: quia omnino materiæ conuenientia, scituquè sunt dignissima: hic inferere necessarium duximus.

VTRVM PATER NATVRALIS filiam naturalem pauperem dotare teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Paternum officium est filias dotare.*
2 *Pater filias etiam diuites dotare tenetur,*
ad idque officio iudicis compelli potest.
3 *Et etiam nuptas.*
4 *Et si inconsulto, & inuito patre etiam ante vigesimum quintum ætatis annum, nullaquè dote promissa filia nubat.*
5 *Pater dotem incongruam, qua filia nupsit, augere, eamque congruè dotare tenetur.*
Et quid si congruè ab alio dotata sit? num. 6. & 7.
6 *Pater filiam dotare, etiamsi alter ad eius dotem adstrictus sit, tenetur.*
8 *Pater naturalis tantùm, an filiam naturalem dotare teneatur? & num. seq.*
9 *Dos & alimenta à pari procedunt.*
11 *Iuris canonici dispositione cum ratione tollendi peccati agitur, in vtroque foro standum est.*
12 *Pater tenetur dotare filiam spuriam, illegitimam, vel bastardam.*
Intellige si filia pauper sit, nec aliunde dotem habere possit, & n. 16. 17. & 33.
13 *Ad idque etiam patris tenebuntur hæredes, & nu. 14.*
15 *Onus dotandi, cum bonis ex quibus dos constituenda est, transit.*
18 *Clericus filias spurias etiam ex beneficij redditibus (aliis bonis deficientibus) dotare tenetur.*
19 *Pater naturalis etiam pro Religionis ingressu, naturalem tantùm filiam dotare tenetur, & num. seqq.*
Intellige vt, num. 22.
Obligatus aliquam dotare, non solùm pro matrimonio carnali, sed etiam spirituali dotem constituere tenetur. ibid.
20 *Dotare filium si velit ad Sacros Ordines ascendere, adstringitur pater, remissiuè.*
21 *Vasalli subuenire Domino pro filia spiritualiter nubente, sicut pro ea, quæ carnaliter nubit, tenentur, remissiuè.*
23 *Filia naturali, minor quàm legitima & naturali constituenda dos est.*
24 *Dos filia naturalis, quantitatem alimentorum, quæ ei debentur, excedere non debet.*
25 *Et si alimentorum quantitatem excedat, pro excessu reuocabitur.*
26 *Et quid si dote ad alimenta commensurata, virum condignum non inueniat pater, an eam augere debeat?*
27 *Cuius generis, vel qualitatis debeant esse alimen*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

alimenta, quæ naturalibus præstanda sunt? remissiuè.

28 *Hodie ad quam vsque summam possit filiarum dos, vel alimenta ascendere, legitimis, naturalibus existentibus liberis?*

29 *Intellectus ad* textum in l. Vxorem, 39. §. Pater naturalis, D. de legatis 3. *& num. seqq.*

30 *Pater legitimus, & naturalis dotando filiã, de propriis ipsiusmet bonis, etiamsi filia propria bona habeat, dotasse videtur.*

31 *Etiamquè si de ipsiusmet bonis, filiæquè pariter se illam dotare pater dicat, quia in subsidium filiæ bona intelliguntur adiecta.*

32 *Pater naturalis dotando filiam naturalem, cuius bona habet, non de propriis bonis dotare, sed animo compensandi facere præsumitur,* & n. 29.

33 *Nec tenetur filiam naturalem, quæ aliundè ex propriis bonis, vel artificio decenti se dotare potest, dotare, secùs in legitima, & naturali. Et quæ sit differentiæ ratio?*

QVÆSTO XV.

1 QVam scitissimum est, paternum officium, munusque filias dotare † esse, & probat *l. fin. C. de promission. leg. qui liberos, 19. Digestis de ritu nupt. leg. 8. titul. 11. part. 4. vbi* Gregor. Lopez *glos. 2. verbo, El padre, glos. in leg. Cum post, 70. §. gener, verbo, Placuit, D. de iure dot.*

2 Idque etiamsi filia diues sit, ex dictis iuribus. † Bald. *in d. l. fin. numero quarto Cod. de dot. promis.* Corras. *in dict. leg. Qui liberos, num. 90.* communem dicens Ripa *num. 55. & 70.* Crot. *numero septuagesimo-tertio,* Pontan. *numer. 46.* Sotin. Iun. *numer. 162.* Petr. Barbos. *in leg. 1. 4. part. numero decimo-sexto. D. solut. matrimon.* Alexand. *consilio 7. num. 10. libro secundo & cons. 169. numero quarto libro 7. & in l. Mulier, §. Cum proponeretur, numero decimo-sexto D. ad* Trebel. *& in d. l. 1. num. 12. D. solut. matrimon.* Carol. Ruyn. *cons. 140. numero quarto lib. 4.* Didac. Couar. *in cap. 3. §. 6. numer. octauo extra, de testam.* Gaspar. Baëça *de dote, capite 2. numer. 26. & cap. 5. num. 5. & capit. 11. num. 144.* Corduba *de* Lara *in leg. si quis à liberis, §. sed si filius, numero quarto Digestis de liber. agnoscend.* Ludouic. Molina *de* Hispano. *primogen. libro secundo cap. 15. num. 7. & 8.* Spino *de testam. glos. 11. à numero duodecimo,* communem dicit Anton. Gamma *decis. 376. numero 1.* Cardina. Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro 12. tit. 16. num. 15.* Borgnin. Gaualcan. *decis. Fauisan. 20. numero 18. & decis. 26. num. 24. par. 3.* Hieronym. Ceual. *commun. contrà commun. quæst. 5 in princ.* Ascan. Clem *de patria potestat. cap. 6. effectu 11. numer. 144.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 6. nu. 4. & 11. & quæst. 1. numer. 9. tit. 2.* Stephan. Grat. *discept. forens. libro secundo cap. 259. num. 5.* infinitos alios referens Marius Giurba *in consuetud. Senat. Mesanens. cap. 3. glos. 3. numero secundo par. 1.* Ioseph. Ludouic. *decis. Pexusin. 11. numer. 25.* Ioan. Cæphal. *cons. 308. numero 20. lib. 3. & cons. 485. numero 16. lib. 4. & cons. 501. numer. 12. eod. lib.* Cardina. Domi i. Tusch. *practic. conclus. litera D. conclus. 780. num. 7. 11. & 50.* Andreas Gail. *lib. 2. obseruat. 95. num. 14.* vbi communem dicit, Nicolaus Intrigliol. *cons. 20. numero 28. 29. & 31. libro 1.* magis communem & ab omnibus receptam dicens, P. Ferdin. Rebel. *de obligatio. iustit. 2. par. lib. 5. de contractu dotali, quæst. 4. num. 1.* Ad quod officio iudicis posse compelli patrem, notant omnes suprà adducti.

3 Filiamque ideo etiam nuptam dotare † teneri, docet *gl. in l. Obligam. §1 §. l. obligam. D. de action. & oblig.* Ias. *in auth. Præterea, n. 8. C. vnde vir, & vxor.* vbi dictam *gloss.* communiter receptam dicit, Cornel. Beninc. *de paupertat. speciali. 3. in contract. numero secundo* communem etiam testatur Anton. Gamma *d. decis. 376.* & magis communem Petrus Barbos. *in d. l. 1. par. 4. numero 26.* Gaspar Baëça *de dot. cap. 5. nu. 4.* Francisc. Vivius *commun. opinio. lib. 2. opinio. 587.* Cæsar Barzius *decis. 29. numer. 2. & 8.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 6. & cons. 255. numero 16.* Ascan. Clem. *de patria potestat. effect. 11. numero 13.* Ioan. Bapt. Costa *de ration. rata, quæst. 208. numero 1.* Cardina. Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 17. numero 12.* Marius Giurba (alios adducens) *dict. glos. 3. num. 6.* Vbi idem quoque quamuis inconsulto, † vel inuito patre nupserit, & ante 4 25. annum, nullaque dote promissa (ex *Surdo, Barzio, Baeça, Costa, Sanchez, Mantica,* & aliis) dicit; Nosque latiùs dicemus; plenè etiam (hanc firmans sententiam) Guiliel. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verbo, Dotem, quam ei dederat, à numero trigesimo cum sequentib.*

Ampliatur prætereà etsi filia nupta, sit incongruè dotata, † quia eam congruè dotare, 5 dotemque augere tenetur pater. Ita (per *glos. in d. §. Lege, cum Bald. & Paulo Castrens.* ibi relatis) tenet (hanc opinionem, veluti æquiorem amplectens) *Guil. Benedict.* vbi suprà *numer. 42.* Casum assignans, in filia quæ parua dote à parente assignata matrimonium cum marito, qui eius erat amore captus, neque de dote curauit, contraxit; quia pro sua, mariti, patrimonijque conditione dotem augere debet pater; tenet etiam Gregor. Lopez *in dict. leg. 8. tit. 11. part. 4. glos. 2. verbo, El padre, ante finem.*

Ampliatur deinde ab huiusmodi obligatione non liberari patrem, etiamsi alter filiam dotare teneatur, † vt si ab aliquo defiorata sit, 6 postquam pœnitentiam egerit: Aretin. *cons. 17. num. 13. & 15.* Francisc. Bursat. *cons. 215. numer. 3.* Octaui. Olac. *decis. Pedamont. 107. numer. 10.*

Vel etiamsi ab extraneo, vel eius marito fuisset dotata: Neuizan. *cons. 45. numero 34.* Simon *de pratis cons. 138. numero 106.* Riminald. Iunior *consilio 15. numero 15. libro 1. & consilio 143. numero 3. lib. 2. & consilio 514. numero 1. libro 5. & consilio 600. n. 6. eodem lib.* Iacob. Menoch. *cons. 183. numero 14. libro 2.* Ioan. Cæphal. *cons. 308. num. 19. & 22. lib. 3. & cons. 334. numer. 25. eodem lib. & cons. 486. nu. 11. lib. 4. & cons. 467. n. 19. & cons. 578. numer. 18.* Nicola. Intrigliol. *cons. 20. numer. 30. lib. 1.*

Contrarium licèt sentiat (cum *Baldo Nouello,* quem ibi refert) Gregorius Lopez *d. glos. verbo, El padre, ante fin.* in filia nupta, & dotata congruenter, † vbi quòd si filia dotetur 7

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ab alio, si adhuc maritata non est, teneatur eam dotare, secùs si maritata, & congruenter dotata.

8 Hæc autem in filia naturali & legitima, in naturali † autem solùm, spuria, & bastarda, quid dicendum, videre restat. Et non teneri patrem naturalem tantùm, filiam naturalem, vel illegitimam dotare, videbatur firmandum; ex *text. in l. Vxorem, 39. §. Pater naturalis, D. de legat. 3.* per quem ita tradunt Bald. *in l. fin. numero 8. C. de dot. promis. & in authentic. Res qua, numero 7. C. commun. de legat.* Bart. *in l. 1. numero 11. D. soluto matrimon. vbi* Alexand. *numero 17.* Aretin. Imol. Roman. & alij, Bart. *in leg. si quis à liberis, §. Vtrum, numero 3. D. de liber. agnoscend.* Decius *in l. si certis annis, numero 9. C. de pact.* Laurent. Syluan. *cons. 2. numero 16.* Nicolaus Boër. *decis. 127. num. 11.* And. Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo, Susceperit liberos, numero 61. & 119. C. de reuoc. donat. & de primogeni. quæstione 62. numero 11.* Iason *in §. fuerat, numero 120. instit. de action.* Ioannes Campegius *de dot. 1. part. quæstione 17.* Palaci. Rube. *in repet. capit. per vestras, 3. notab. §. 32. numero 4. de donatio. inter vir. & vxorem,* Anton. à Padilla *in dict. authentic. res qua, à numero 63. C. commun. de legatis,* Petrus Surd. *de alimentis, titulo 1. quæst. 9. numero 7.* Petrus Barbosa *in l. 1. 4. par. numero 48. versiculo, His ita, D. soluto matrimonio,* Hieronym. Ceuallos *quæst. commun. contrà commun. 565. in principio,* Gregor. Lopez *in dicta l. 8. titulo 11. part. 4. glossa 2. verbo, El padre, post principi, sub versiculo, Item procedit,* ibi: *Sunt enim aliqui casus, &c.*

Contraria tamen sententia probatur, ex *authentic. Licet patri, C. de natural. liber.* ex qua naturalibus debentur alimenta, & per consequens dos, cum à pari procedant, † vt voluit 9 *glos. in l. Ob as, 12. C. de prad. & aliis reb. minor.* quàm ad hoc notant plures relati per Nicol. Euerard. *in locis legal. loco ab alimentis ad dotem,* vbi etiam maiorem in dote, quàm in alimentis dicit inesse rationem, ex Cyn. Panorm. Bald. & aliis, Nicol. Intrigliol. *d. cons. 20. nu. 33.* Andr. Gail. *practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 95. n. 15.*

Et per istam æquipatationem, hanc tenuerunt sententiam Bald. Nouel. *de dot. part. 6. prinileg. 16.* Ioannes Compegius *eodem tractat. de dot. part. 1. quæstio. 17.* Ioan. Lup. *in repet. capit. per vestras, 3. notab. §. 9. num. 1. & §. 32. num. 4. & 22. de donat. inter vir. & vxor.* Didac. Couar. *in epit. de sponsalib. part. 2. capit. 8. §. 6. numero 11.* Andreas Tiraquel. *de iure primog. quæstio. 62. numero 12.* communem dicit Ripa *in l. 1. numero 65. D. soluto matrimon.* Caccial. *in authentic. si qua illustris, numero 71. C. ad S. C. Orfician.* Corras. *in dicta l. qui liberos, numer. 114. D. de ritu nupt.* Decius *in cap. In præsentia, numero 29. & ibid.* Beroi. *numer. 213. extra de probat.* pluribus hanc sententiam firmat rationibus Petr. Surd. *de aliment. titul. 1. quæst. 9. num. 6. & seq. & quæst. 10. numero quinto & sequentib.* Nicol. Boër. *decision. 127. num. 6. & sequentibus* Anton. Capit. *decis. 164. numero secundo* Marius Giurba *in consuet. Sen. Messan. dict. capite 3. glos. 3. numer. 12. part. 1.* Vincent. *de* Franch. *decis. 283. num. 11. & 25.* P. Ferdin. Rebello *de obligatio. iustit. part. 2. libro 5. qu. 8. sect. 1. numero tertio.* Lara *in dict. l. si quis à liberis, §. Idem respondit, numero 23. D. de liber. agnosc.* Petr. Sanz Morquech. *de diuisione bonor. lib. 2. capit. 17. numero 27.* Tell. Fernand. *in leg. 10. Tauri, nu. 11.* Petr. Barbos. *in l. 1. 4. part. num. 49. D. solut. matrim.* Hieronym. Ceuallos *commun. contra comm. d. quæstion. 565. ex num. 2. cum seqq.*

Idque de iure canonico † fortius procedit, 10 ex dispositione *textus in capit. Cùm haberet, 5. de eo qui duxit in matrimon. quàm pol. per adult. & ibidem glossa fin.* notat Barr. Alexand. Dec. & alij, quos refert, & sequitur Cornel. Benincac. *de pauperiat. spec. 3. in contract. numero 6.* vbi communem dicit. Idque hodie de iure regio videtur approbatum per *text. in l. 5. titulo 19. part. 4.* vbi notat Gregor. Lopez *glos. 5. verbo, Quesaben. in princip.*

In hoc etenim casu, iuris Canonici dispositioni (cum ratione tollendi peccati disponat) in vtroque foro, tam Ecclesiastico, quàm 11 sæculari † standum erit, etiam vbi contraria adesset (quæ non adest dispositio, sed conformis, vt ex iam dictis colligitur, ex proximèque dicendis, & responsione ad *text. in d. §. Pater naturalis,* constabit.

Suprà dictam etiam sententiam in filia spuria, † illegitima, aut bastarda, firmant Co- 12 uarruuias *in dict. §. 6. num. 11.* Roland. à Valle *cons. 58. numero 1. & sequentibus, præcipuè numer. 3. 5. 6. & 7. lib. 3.* Anton. Gamma *d. decis. 149. numero 7.* Francisc. Burtat. *consilio 53. numero 21.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 10. num. 9. & q. 12. num. 1. & quæst. 13. num. 2. & 3. & consil. 310. num. 2. & cons. 393. num. 31.* Ludouic. Molin. *de Hispan. primog. d. lib. 2. cap. 15. num. 45. & 49.* Marius Giurba (multos referens) *d. c. 3. glos. 3. n. 13.* Guil. Bened. *in repet. cap. Raynuntius, verb. Dotem, quam ei dederat, num. 45. de testam.* Ioan. Matienz. *in l. 8. glos. 1. numer. 36. tit. 8. noua reg. collect.* Petr. Barbos. *in d. l. 1. 4. part. num. 42. D. solut. matrim.* magis communem dicit Philipp. Paschal. *de virib. patr. potestat. 2. par. cap. 3. numero 36.* Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumptio 189. numero 25.* Andreas Gail. *pract. obseruat. lib. secundo obseruat. 88. numero quarto, & sequentibus.* Vbi hanc communem Doctorum opinionem, & in vtroque foro seruandam asserit; Nosquè etiam diximus *quæstione 4. nu. 64. & seq.*

Ad idquè etiam patris tenebuntur hæredes, ad eosquè huiusmodi transit dotandi obligatio. Sicut enim filiam legitimam, & naturalem dotare patris tenentur hæredes (tradente † *Decio consilio trigesimo-quinto, ex numero* 13 *sexto.* cum hæres recusare non possit onus, quod nec is cuius hæreditatem suscepit, recusare potuit, vt in *leg. Postulante, quadragesima-quarta, D. ad Senat. Consult. Trebellian.* Iureconsultus Marcellus inquit, docentque Cardinal. Francisc. Mantica *de tacitis & ambiguis conuentionibus, libro duodecimo, titulo decimo-sexto, numero trigesimo sexto,* Petrus Surdus *consilio 265. numero decimo-octauo,* Tiberius Decianus *consilio 70. numero decimo-tertio, libro quarto* Vincentius de Franchis *decisione 178. numero 7. & 18.* alios referens Marius

Giurba

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Giurba *in conſuetudinib. Senatus Meſſanenſis, dicto capit. 3. gloſ. 3. numero* 27. Petrus Barboſa *in dicta l. 1. 4. parte, num.* 6. Ferdinand. Rebello *de obligatio. iuſtitiæ, part. 2. libro* 5. *quæſt.* 4. *de contractu dotali, numero* 7. *&* 13. Ioannes Gutierrez *practicar, quæſtion.* 125. *numero* 2. *libro* 2. Cardinal. Dominic. Tuſchus *litera D. concluſione* 780. *numero* 3. 34. 63. *&* 66.)

14 Sic & circa naturales, & ſpurias filias † idem quoque dicendum eſt, cum eas parentes teneãtur dotare; & per conſequens eorum hæredes, ex ratione *dicta legis, Poſtulante.* Et quia

15 dotandi onus cum bonis tranſit, † ex quibus conſtituenda dos eſt, vt (cum *Bart. Paulo Caſtrenſi, Franciſco Ripa, Matthæo de Afflictis, Alex. Gaſpare Baeca, Petro Barboſ. Marco Antonio Peregrino, Franciſco Viuio. Vincentio de Franchis*, & multis aliis) tradunt Mari. Giurb. *loco ſuprà relato*, & Gutier. *d. quæſt.* 125. *numero* 2. *verſ. Præterea onus dotandi.*

16 Prædicta tamen procedere intelligenda ſunt, ſi filia naturalis pauper † ſit, neque dotem poſſit aliunde habere, vt omnes iam relati notant: ſecùs ſi filia naturalis pauper non ſit, aliundeque alimenta, vel dotem valet percipere; ab alimentorum, vel dotis conſtitutione liberi parentes exiſtunt; ex *text. in l. Si quis a liberis,* 5. §. *Sed ſi filius, D. de liber. agnoſc.* Anton. Abb. & communiter Scribentes *in d. cap Cùm haberet*, Bart. *in l. fin. num.* 7. *D. de his quib. vt indign.* Iaſ. *in* §. *Fuerat, num.* 104. *inſtit. de actio.* Dec. *conſ.* 576. *num.* 3. Laurent. Calcan. *conſ.* 62. *num.* 14. Didac. Couar. *de ſponſal. d.* 2. *par. cap.* 8. §. 6. *num.* 9. Ludouic Molin. *d. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 46. Guilliel. Benedict. *in cap. Raynuntius, verbo, Dotem, quam ei dederat, num.* 44. *&* 45. Bald. *in l. fin. num.* 6. *C. de dot. promiſ.* Bart. Roman. Imol. & Alex. *in d. l.* 1. *D. ſoluto matr.* vbi communem dicit Ripa *num.* 65. Bolognet. *n.* 113. Crot. *num.* 65. Cardin. Tuſch. *d. concluſ.* 780. *num.* 137. *&* 138. *&* 158. Federic. *de Solis in tract. de dote, art.* 2. *numero* 8. Aſcan. Clem. *de effect. patr. poteſt. effectu* 11. *nu.* 5. Mari. Giurb. *d. gloſ.* 3. *cap.* 3. *num.* 16. *&* 17. Didac. Spino *de teſtam. gloſ.* 11. *num.* 46. *& gloſ.* 16. *num.* 119. Petr. Surdus *de alimentis, titulo* 7. *quæſt.* 6. *num.* 3. Petrus Barboſa *dicta l.* 1. 4. *parte, numero* 62. Rolandus à *Valle conſilio* 54. *numero* 53. *lib.* 2. Hieronym. Ceuallos *commun. contra commun. d. quæſt.* 565. *num.* 3. dicemuſquè infrà in reſponſione ad *d. paragraphũ Pater naturalis*, diximuſque etiam *q.* 4. *num.* 143.

Sublimitanda tamen eſt proxima limitatio, & intelligenda ſi filia naturalis officium, ex quo alimenta, vel dotem percipere poteſt, decen-

17 ter † & abſque dedecore exercere valeat, non aliter. Qua de re latè Nos *d. quæſt.* 4. §. 3. *num.* 141. & pluribus relatis, tradit Ludouic. Molina *d. cap.* 15. *num.* 47. Et magis ſpecificè in terminis noſtris in filia naturali, & illegitima loquendo, docet Guil. Bened. *d. verb. Dotem quam ei dederat, numer.* 45. *verſ. Et illud, quod dictum eſt.*

Ampliatur autem ſuprà dicta concluſio (quæ patrem filiam illegitimam pauperem dotare ad-

18 ſtringit) etiam in nata ex damnabili coitu, † vt in filia presbyteri, quam etiam ex beneficij redditibus (patrimonialibus deficientibus bonis ex *d. capit. Cùm haberet*) alere, vel dotare debere presbyterum; tenent. D. Thom. 2. 2 *quæſt.* 185. *art.* 5. *in reſp. ad ſecund.* Ioan. Lup. *in repet. cap. Per veſtras,* §. 23. *num.* 13. *de donat. inter vir. & vxor.* Petr. Ducẽ. *regul.* 366. *num.* 1. Petr. Nunnez *de Auendan. reſponſo* 19. *numer.* 5. Cordub. *de Lara in d. l. Si quis a liberis,* §. *Idem reſcripſit, nu.* 25. *&* 26. Franciſc. Burſat. *conſ.* 255. *num.* 16. Ioann Baptiſt. Coſta *de remed ſubſidia. remed.* 66. Marius Giurba *d. cap.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 19. Martin. Nauar. *deſpoli. Clericor.* §. *vltim. numer.* 11. P. Ferdinand. Rebello *de obligat. iuſtitiæ, d.* 2. *par. lib.* 5. *q.* 4. *num.* 22. Didac. Spin. *de teſtament.* 14. *parte. gloſſa rubrica, num.* 9. *ex gloſ. per text. ibi in cap. Omnino,* 31. *diſt.* Cald. Pereyr. *de iure emphyt.* 3. *par. de poteſtate eligend cap.* 13. *num.* 11. Guillel. Benedict. *in repet. d. cap. Raynuntius, verb. Dotem, quam ei dederat, num.* 42. Petr. Anton. Petra *de fideicommiſ. quæſt.* 8. *num.* 462. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 92. *numer.* 5. Diximuſquè etiam *d. quæſt.* 4. *num.* 52. *&* 68. Et de fratre Clerico dicemus *quæſt. ſeq.*

Ampliari etiam ſuprà dicta principalis concluſio poterit, non ſolùm ſi filia naturalis nubere velit, carnalequè † matrimonium contra- 19
here, ſed etiam ſpirituale, ſi Religionem velit ingredi. Namquè aliquam dotare obligatus non ſolùm, ei, quæ carnaliter, ſed quæ ſpiritualiter, per Religionis ingreſſum nubit, dotem aſſignare tenetur, vt docent Bart. *in l.* 1. §. *Si parens, D. ſi quis à par. fuer. manum.* Bald. *in l. fin. num.* 7. *C. de dot. promiſ.* Felin. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 79. *verſ. Cæterùm, quia contra, extr. de conſtit.* Matth. *de Afflict. deciſ.* 349. Alexand. *conſ.* 139. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 2. Guillel. Benedict. *loco ſuprà relato, num.* 7. Iacob. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *numero* 91. Nicol. Boer. *deciſione* 126. *numero* 12. Petr. *de Auendann. reſponſo* 17. *numero* 4. Petr. Barboſ. *in d. l.* 1. 4. *par. num.* 27. *D. ſolut. matrimon.* Andreas Gail. *practicar. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 95. *num.* 1. Petr. Anton. Petra. *de fideicommiſſis, quæſtione* 8. *num.* 354. Cardin. Domin. Tuſch. *practicar. concluſ. litera D. d. concluſ.* 780. *numer.* 22. *&* 48. *& concluſ.* 730. *d. litera* D. Thom. Sanchez. *de matrimon. libro* 4. *diſput.* 26. *num.* 7. Marius Giurba *dicto cap.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 24.
Vbi etiam ex plurimis idem in filio dicit, † ſi ad 20
ſacros velit aſcendere Ordines. Et in filia domini, † ſi Religionem profiteri velit, vt vaſ- 21
ſalli teneantur ad id domino ſubuenire, vt in matrimonio carnali tenentur, *num.* 25. De quo latiùs nobis agendum, *quæſt.* 38

In noſtro tamen caſu id procedere arbitror, dummodo maior ſumma, vel dos ad Religionis
ingreſſum, † quàm ad matrimonium carnale 22
non requiratur, habita conſideratione, quòd naturali, & illegitimæ minor eſt conſtituenda dos, † quàm legitimæ, & naturali; vt notant 23
Abbas *conſilio* 115. *numero* 1. *libro* 2. Lup. *de illegitim. comment.* 2. §. 1. *numero* 46. Petr. Surd. *de aliment. titulo* 1. *quæſtione* 10. *numero* 15. Martin Coller. *eodem tractat, de aliment. libro* 1. *capite* 3. *numero* 70. Tellus Fernand. *in l.* 10. *Tauri, num.* 2. 11. *&* 12. Ferdinand, Rebello *dicta quæſt.* 4. *num.* 27. Andreas Gail *libro* 2. *obſeruatio.* 88. *num.* 8. Petr. Barboſa *dicta l.* 14. *part. n.* 56. *verſiculo, Quare ad veram reſolutionem, & n.* 69. *circa fin. verſ. Pro qua cõcordia.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cuius dotis quantitatem ad mensuram de-
24 bitorum alimentorum filiæ naturali taxant,† de-
beriquè dicunt Bart. *in authentica, Ex comple-
xu,n.4.C.de incest. nupt.* Riminaldus Iunior.
consilio 475. *numero* 21.& 22.Petrus Duennas
regula 366. *numero* 3. Didacus Couarruuias
de sponsalib.dicta 2.*parte,capite* 8.§. 6. *numero*
11. Petrus Barbosa, *suprà n.*69.Didacus Spi-
no *de testamentis, glossa* 11. *n.*46.& *glos.*16.
*n.*119.Cordub. *de Lara in dicta l. Si quis à li-
beris*, §. *Idem rescripsit,nu.* 31. Anto. Capic.
*decis.*181.*n.*1.Anton.Gabriel *lib.*6. *communium
opin.tit.de aliment.conclus.* 1. *num.* 14. Marc.
Anton.Pereg.*de fideicommis.tit.* 18.*num.* 69. &
*cons.*81.*num.*5.*lib.* 5. Petr. Anton. Petra *eod.
tractat.de fideicommis.quæst.*8. *n.* 463. & 464.
Rolandus *à Valle cons.*74.*num.*40.*lib.*1.& *cons.*
85.*n.*6.*lib.*3. Martin.Coller. *de aliment. dicto
capite* 3.*num.* 57.Cardinal.Tuschus *dicta con-
clus.*780. *num.* 105. plurimos alios referens
Giurba *dict. glos.*3.*numero* 14. Hercul. Mares-
cot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 83. *numero*
34.& 35.

Quòd si dos alimenta excedat, pro excessu
25 reuocari, † plurimis adductis, tradit Gail. *d.
observat.*88.*numero* 8.*Capiti.dict.decis.*181.*n.*
1. Ludouic. Molin. *d. cap.* 15. *num.* 50. Ioan.
Matienzo *in l.*8.*tit.*8.*lib.* 5.*nouæ Reg. Collect.
num.*33.*glos.*1. Hieronym.Gabriel *cons.*25.*num.*
4.& *numer.*15.Roland. *a Valle d.consil.*85.*nu-
mero* 6.& 9. Petrus Barbos *suprà d.numero* 69.
P.Ferdinand. Rebello *de obligat. iustitiæ, d.
quæst.*4. *num.* 28.addens, quòd si pater condig-
26 num virum ea dote (commensurata scilicet ad
alimenta) non inueniat, dotem † tenebitur au-
gere, quantam patres similis conditionis, filia-
bus naturalibus in ea patria dare solent. Viden-
daquè latiùs circa hæc tradita per *Petr.Barbos.
d.num.*69.

Et cuius generis, vel qualitatis debeant esse
27 alimenta, † quibus dos commensuranda est,an
pro necessitate viuendi tantùm? an conditio-
ne qualitatequè personarum, & patrimonij at-
tenta? vide plenissimè (præter alios) Petr.Bar-
bos. *suprà num.*6.*vers. His ita explicatis, &
seqq.*& Nos etiam latè *quæstione.*4.*numero.*65,
66.& 67.

Hodiè autem, ad quam vsque summam pos-
28 sit naturalium filiarum (legitimis stantibus) dos
ascendere † vel alimenta; disponit *text.in l.* 10.
*Tauri,& l.*7.& 8. *tit.*6.*lib.*5.*nouæ Reg.Collect.*
Quæ de quinta solùm bonorum parte legiti-
mis, & naturalibus liberis stantibus, parenti-
bus pro filiorum naturalium alimentis,vel alio
modo disponere permittunt, inque maiori ve-
tant quantitate.Et ita notant in specie nostra
Didac. Couar *d.cap.*8.§.6.*num.*8. Didac. Perez
*in l.*22.*tit* 3.*lib.*1. Ordinam. Ludouic. Molin
d.cap. 15.*numer* 50.Didac.Spino *vbi suprà glos.*
10.*num.*46.Hieronym.Ceuall. *commun. contra
commun.d.quæst.*565.*num.*& diximus *d. quæst.*
4.*num.*66.Intra eam tamen quantitatem, (& si
magna sit) poterit naturalis filia dotem pro
conditione personarum, & patrimonij (iuxta
text.in l. Si filia, 41. *in fin. D. de leg.* 3.)
petere.

Quibus non obstat de iure ciuili *text. in d.l.*
29 *vxorem*, 39.§. *Pater naturalis,D. de leg.*3.Cui
dupliciter responderi potest.† primò dictum §.
non id ad quod pro contraria parte adducitur,
probare) patrem scilicet filiam naturalem dota-
re non teneri)non enim hac de re agit ibi *Con-
sultus*, sed an dos data à patre filiæ naturali,de
bonis ipsius patris data censeatur? an de bonis
filiæ, ex fideicommisso sibi à marito relicto(cu-
ius erat debitor pater) videatur constituta?Quo
casu,licèt donationem non præsumi, dicat *Sca-
bola*: non tamen ideo filiam naturalem dotan-
di excludit obligationem.

Idquè præcipuum (inter alia) filia legitima
& naturalis habet, quia in eius dotis constitu-
tione mera patris liberalitas † præsumitur, ne- 30
que animo compensandi, aut de bonis filiæ do-
tem videtur promisisse, licèt bona filiæ habeat;
text est *in l.fin.C.de dot.promis.*Adeo vt si ex-
pressè de propriis bonis, & bonis ipsius filiæ, se
dotare profiteatur pater; bona filiæ in subsi-
dium† (quatenus patris bona non sufficiant) 31
censeantur adiecta; ex *d.l.fin.*quam sic commu-
niter intelligunt Doctores, vt (pluribus rela-
tis) tradit Iacob.Menoch.*de præsumpt. lib.* 3.
*præsumpt.*15.*num.*22. & *seq.* Ioseph. Mascard.
*de probat.conclus.*1155. *num.* 5.& *seq.* Cardin.
Francisc. Mantic.*de tac.* & *ambig. conuention.
lib.*12.*tit.*19.*à num.* 8. *cum seqq.* vbi plenissimè,
plures adducens ampliationes. Anton. Gomez
*in l.*50.*Tauri,num.* 21. Nicol. Intrigliol. *cons.*
20.*num.*22.& *seqq.lib.*1. Philip.Paschal. com-
munem asseuerans) *de virib. patr. potest at.* 2.
*par.cap.*6.*per tot.*præcipuè *num.*3.vt antiquio-
res omittam.

In patre tamen naturali non ea liberalitas
præsumitur,† vt nec compensatio, si filiæ bona 32
pater habeat, admittatur. Quam differentiam
agnoscunt omnes; teste Soci.*in l.*1.*n.*41.*D.so-
lut.matr.*& ibid.Pet.Barbos.*n.*49.*vers. Retenta
hac opinione.*

Vndè non sequitur necessariò, Pater natu-
ralis dando dotem pro filia, si bona ipsius filiæ
habeat, videtur animo compensandi donare;
ergo eam non tenetur dotare, vt aduertit Petr.
Surd. *de alim. tit.*1.*q.*9.*n.* 8. *vers. Responderi
etiam potest.*Quia tenetur filiam dotare natura-
lem,quando ipsa se dotare non potest,neque ad
id bona habet,secùs si habeat,vt monstrauimus
suprà.

Ex quo secundus etiam ad *dict.*§.*Pater na-
turalis*,descendit intellectus.Filiam ibi pauper- 33
rem non esse, † proque dote fideicommissum
habere, eoque casu exstinctum obligationis
naturalis vinculum filiam naturalem dotandi,
esse Licèt enim pater legitimus, & naturalis
etiam filiam diuitem,& quę bona pro dote ha-
bet, dotare teneatur (vt plenè suprà ostendi-
mus) secùs pater naturalis,cuius naturalis filia
bona habet, vel aliunde se dotare potest. Diffe-
rentiæ ratio est, quia pater legitimus, & natu-
ralis vtroque iure, naturali, & ciuili filiam do-
tare tenetur, *d. l.Qui liberos*, 19.*D. de ritu
nupt.* cum aliis, naturalis verò, ex præcepto iu-
ris naturalis tantùm, quod non nisi quando
filia aliter se dotare non valet;obligat, *d. l. Si
quis à liberis,*§.*Sed si filius, D.de liber. agnos-
cend.* Sic tenent, & declarant *d.*§.*Pater natura-
lis*, Bald.*in l. Neque mater, num.*1. *C. de iure
dot.* Bald. Nouell, Campag. Couar.Ioann.Lup.
& alij suprà adducti *num.*9. Petr. Surd.*de ali-
ment.d.tit.*1.*quæst.* 9. *num.* 8. vbi ita passim à
Doctoribus *d.*§. intelligi, dicit, Bolognet.*in l.*
1.*n.*411.& 119. *D. solut. matrimon.* & ibidem
Petr,

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Petr. Barboſ. 4. *par. num.* 54. *verſ. Vltimo loco, & num.* 55. Cardina. Paleot. *de nothis, & ſpur. cap.* 49. *num.* 5. Fertunius Garcia *de vltim fine iur. numero* 143. Guil. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verbo, Dotem, quam ei dederat, num.* 45. *extr. de teſtam* Hieronym. Ceuall. *d. quæſt.* 565. *commun. contra commun. num.* 2. *& ſeqq.* Roland. *a Valle* (communi Doctorum calculo receptam hanc ſententiam dicens) *conſ.* 54. *num.* 52. *& ſeqq. lib.* 2.

VTRVM FILIAM SEMEL dotatam, quæ dotem amiſit, pauperquè eſt, iterum dotare, alerevè, cui iam alimenta dederat teneatur pater? Et quid in fratre circa ſororem, vel fratrem?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum, ſemel dando, vel faciendo, obligationi ſatisfacit. Intellige, vt* numero 13.

2 *Frater per pactum, vel ſtatutum ſororem dotare obligatus, poſt primam dotem aliam conſtituere (niſi aliter expreſſè actum ſit) non tenetur, &* n. 3.

Et quid ſi per legem adſtrictus ſit? numer. 14. & 15.

4 *Patrem ſemel filiam dotaſſe ſufficit.*

Contrà num. 5. & ſeqq. *quando abſquè dolo, vel culpa dotem amiſit.*

6 *Et qua filia culpa in dotis conſumptione, vel perditione ad patris exonerationem ſufficiens ſit.*

Intellectus ad text. in auth. Quod locum C. de collatio. ibid.

7 *Filius, qui aſſignatam ſibi à patre legitimam diſſipauit, profuditquè, aliam non conſequitur.*

8 *Habebit tamen moderata à patre alimenta, vt vnde viuere poſſit habeat.*

9 *Si verò abſque culpa aſſignatam amiſit legitimam, aliam relinquere tenetur filio pater.*

Non tamen aliam in vita illi aſſignare.

10 *Dos ſuccedit loco alimentorum, eorumque regulis iudicatur.*

11 *Pater filiam, qua dotem amiſit, ſiue in patris poteſtate exiſtentem, ſiue non, iterum dotare tenetur.*

12 *Pater viuente adhuc primo filia marito, iteratam dotem filia conſtituere non tenetur.*

16 *Frater Clericus ex iuris diſpoſitione ſororem pauperem ex beneficij redditibus (propriis bonis deficientibus) dotare, alereque tenetur, & ſic iterum dotare,* & nu. ſeq.

Limita, vt nu. 20. in fin.

17 *Et non ſolùm tanquam pauperem dotare tenetur ſororem Clericus, ſed tanquam ſororem, eiuſque conditione attenta.*

Et qualiter id faciendum, vt Clericus ſecurus ſit?

Diſpoſitio legis Cum plures, 13. §. fin. D. de adminiſt. tut. *etiam fratres Clericos comprehendit.* ibid.

18 *Pater Clericus iterum dotare filiam de redditibus beneficij in aliorum bonorum defectu, prima dote amiſſa, tenetur.*

19 *Dotare, vel alere poſt primam dotem, vel alimenta tenetur, qui alere, vel dotare, ex iuris diſpoſitione adſtrictus eſt, ſi* nec dolus, aut culpa dotandi, vel alendi adſit, & num. 20.

20 *Soror dines ſororem inopem, vel fratrem dotare, alereque ex legali diſpoſitione tenetur, etiamque vt ſorori inopi dotem conſtituat, matrimonio conſtante, rem dotalem poterit alienare.*

Ideoque & iterum dotare, vel alere, dote abſq; dolo, vel culpa conſumpta, ibi. & nu. ſeqq.

21 *Fratris nomine etiam ſoror continetur.*

23 *Aſcendentes alere, vel redotare deſcendentes inopes ſunt adſtricti.*

24 *Filius an & quando matrem pauperem viduam teneatur dotare?* remiſſiuè.

QVÆSTIO XVI.

AB Obligatione iterùm dotandi, alimentavè conſtituendi, poſt primam vicem, liberari patrem, plura iura ſuadent, Cùm dotandi, vel alendi obligationi, qua pater tenetur, per dotis, alimentorumvè præſtationem ſatisfactum iam ſit; Obligatus enim ad aliquid dandum, vel faciendum, ſatisfacit obligationi, ſemel dando, † vel faciendo; nec caſus ſuperueniens obligationem reuiuiſcere facit; probatur ex *textu in l. Boues*, 89. §. *Hoc ſermone, D. de verborum ſignificntion. in l. Apud Aufidium*, 10. *D. de option. legat. in l. Serui electione*, 5. *D. de legatis* 1. *in l. Is à quo*, 3. §. *vltimo*, *D. vt in poſſeſſ. legat. in l. Dotis promiſſio*, 69. *verſiculo, Quod enim*, vbi etiam *gloſſa verbo, Vulgatum, & in l. Stipulatio de dote*, 64. *de iure dotium, in l. Fideicommiſſa*, 11. §. *Si cui ita, D. de legat.* 3. *in l. Diuortio*, 8. §. *Quod in anno, D. ſoluto matrimonio, in l. Si is qui Stichum*, 66. *D. de procurat. in l. Si ſocius pro filia*, 82. *D. pro ſocio.* Quem *Fulgoſ.* ibi ponderat, & reputat ſingularem, *num.* 5. ad hoc, vt ſi inter plures fratres pactum ſit, vt dos filiabus ex bonis communibus ſolueretur; vt ſemel tantùm dotentur, †) niſi aliud expreſſè actum fuerit) intelligatur. Ad quod illum etiam expendit *Lucas de Penna*, & alij, quos refert, & ſequitur Andreas Tiraquel. *in dicta l. Boues, numero* 10. Ludouic. Roman. *in authentica, Quod locum, numero* 10. *C. de collat.* Ludouic. Molina *de Hiſpanor. primogen. libro* 2. *capite* 16. *nnmero* 26. Bartholo. Caſſanæus *in conſuetud. Burgund. rubrica* 1. §. 4. *verbo, Mariage de vne fille, numero* 12. *&* 3. Nicola. Boeri. *deciſione* 131. *numero* 7. Marc. Anton. Bellon, *deciſione Rota Genuenſis* 63. *numero* 4. *&* 5. vbi latè. Et plura circa hanc materiam tradit Cardinal. Tuſch *practicar. concluſ. litera C. concluſ.* 598. *per tot.* 1 2

Idemque per dictam legem, in ſtatuto † firmat Bald. *in l. final. prima lectura, numero* 10. *C. de dot. promiſ.* vbi ſtante ſtatuto, vt frater teneatur dotare ſororem, ſi eam ſemel dotauit; & caſu dotem amiſerit, non teneri frattem 3

amplius

amplius dotare, firmat; sequitur, & commendat Iason. Felin. Catellian. Cotta, & alij relati à *Tiraquel. supra n 11. & limit. 9. n 14. &* 8 *à Molina, & marco Anton. Bellon.* iam dict. locis, Petrus Barbosa *infrà referendus, num.* 140. Vincent. Carot. (idem in pacto de dotando dicens (*singul. 6.* plenè Surd. *consilio* 18. *numero* 10, *& consilio* 448. *numer.* 33. Sebast. *de Medic. de regulis iuris, regul.* 4. *numero* 27. *posteriorum, verbo, Dos data.*

Et in terminis (sufficere scilicet semel patrem filiæ dotem dedisse, † neque iterum eam dotare adstringi; per *d. l. Socius pro filia*, 82. & per *text. in l. Pater filiæ*, 71. *D. de euiction.*) tenet *Camillus in l. 1. numero* 116. *D. soluto matrimonio* (prout eum refert, cum eo, quoad hoc simpliciter transiens,) Petr. Barbos. *ibidem in dicta l.* 1. 4. *part. numero* 53. *versiculo, Quarto ergo loco solut. matrim.* Petr. Surd. *de alim. titul.* 7. *quæst.* 5. *n.* 5.

Quæ opinio multis etiam firmatur similibus adductis per Ioann. Aloys. Ricci. *decis.* 126. *Curiæ Archiep. Neap. &* Ioan. Mar. Nouar. consilio ibi ad literam relato, vbi ad saturitatem vsque.

Contraria tamen sententia verissima, atque ab ommibus recepta est, adstringi patrem filiam, quæ primam dotem † casu amisit, iterum dotare; ex *text. in l. Etiam*, 19. §. 1 *D. solut. matrim. & in auth. Quod locum, C. de collat.* tenetque Bart. *in l. Si cum dotem*, §. *num.* 2. vbi profitetur communem, Alexand. *num.* 6. Bald. *in d. auth. Quod locum, num.* 4. communem dicit Corras. *in l. Qui liberos, num.* 94. *D de ritu nupt.* Palacr Rub. *in repet. capit. Per vestras.* §. 24. *num.* 6. *extra de donat. inter vir. & vxor.* Ioan. Campeg. *de dot. 1. par. quæst.* 26. Bald. Nouell. *in eod tract. de dot. 6. par. priuil.* 5. *num.* 2. Nicol. Boer. *d. decis.* 131. *numer.* 5. Guil. Benedict. *in repet. cap. Raynuntius, verb. Dotem quam ei dederat, num.* 19. *de testament.* Andr. Tiraquel. *in d. l. Boues*, §. *Hoc sermone, limitat.* 9. *num.* 4. Ludouic. Molin. *d. cap.* 16. *num.* 22. *&* 23. Petr. Barbos. *in dicta l.* 1. 4 *par. num.* 139. *versiculo, Limita quarto*, Cardinal. Dominic. Tuschus *practicar. conclus. litera D. conclus.* 780. *num.* 23. *& concl.* 781. Did. Spin. *de testament. glos.* 18. *numero* 89. Iacob. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 182. *num.* 57. Marius Giurba *decisione* 5. *num.* 39. Pater Ferdinandus Rebello *de obligation. iustitiæ*, 2. *part. lib.* 5. *quæstione* 4. *de contractu dotali, numero* 19. Matc. Anton. Peregrinus *de fideicommissis articulo* 42. *num.* 88. Ludouic. Molin *de iustit. & iure, tractatu* 2. *disputation.* 616. *numero* 14. Scobar *de ratiocin. tom.* 2. *c.* 18. *num.* 7.

Qui omne an filia casu, culpavè dotem amiserit distinguunt: vt primo casu, redotare filiam teneatur pater: non verò in secundo. Et hanc posteriorem partem (præter iam relatos, dictam facientes distinctionem) tenent (per *text. in authentica, Quod locum*, ibi, *Siue filia possit imputari*) Paulus Castrensis *ibidem numero* 4. Iason. *num.* 7. Bart. *in dicta l. Si socius pro filia*, 81.) *per. text. ibi*) *num.* 2. Paul 6. Alexand. 6. Socin. 15. communem testatur Ioannes Campegius *de dote*, 1. *parte, quæstione* 15. Octauian. Osasc. *decis. Pedemontan.* 124. *numero* 5. vbi etiam de communi, Anton. Cordub. *in l. Si quis à liberis*, §. *Idem iudex, numero* 22. *D. de liberis agnoscend.* Iacob. Menochius *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumptio.* 192. *numero* 11. Petrus Anton. Petra. *de fideicommissis, quæstione* 8. *numero* 457. Giurba *dicta decisione* 5. *num.* 10. Petrus Surd. *de aliment. dicto titulo* 7. *quæst.* 5. *numero* 5. *&* 7. contempta *glossa* sententia *in l. 2. verbo, Dos, D. soluto matrimonio*, quæ dote à filia amissa, vel quomodocumque consumpta, teneri patrem eam iterum dotare asseruit.

Qua in re non sic vt expediebat clarè loquuntur Scribentes, neque quænam culpa sufficiens sit ad liberandum patrem à secunda, vt eriorivè dotis constitutione exprimunt. Pleriquè enim indistinctè prædicant, filiam quæ dolo, † vel culpa dotem amisit, à patre redotandam non esse. Alij latam, vel leuem etiam culpam ab iterata dotis constitutione post primam patrem excusare, necessariam solùm consumptionem, casum, vel leuissimam excipientes culpam, vt filia iterum dotari debeat. 7

Mouentur ex decis. *text. in d. authentica, Quod locum, C. de collat.* in illis verbis: *Siue mulieri possit imputari* Qui tamen textus prædictam non videtur probare sententiam. Non enim circa dotis constitutionem disponit; sed an dos è filia recepta cũ fratribus conferri debeat, ad idque à marito etiam matrimonio constante exigi Statuitque integram computandam, conferendamquè dotem, etiamsi collationis tempore à marito dotem percipere ob illius inopiam nequeat, si cum ad eam maritus vergeret, posset ab illo dotem repetere, nec repetiit, quia habet quod sibi possit mulier imputare. Ex quo ad iterandam dotem patrem non teneri, non sequitur. Neque collationis, computationisquè faciendi obligatio id probat: quasi redotandi cesset obligatio paterna, cum conferre amissam iubeatur filia dotem, quæ eam à marito ad inopiam vergente non repetiit. Quia collatio quoad fratrem, non patrem fit, cuius potentior obligatio est.

Vel etiam poterit *text.* hic dato mulieris dolo, vel lata culpa, etiam ad casum ordinata intelligi; quia cum maritum ad inopiam vergere videret, posseque dotem exigere, ne cum fratribus conferret, vtque secundam consequeretur, dotem non exegit.

Quare dolum, vel laram culpam tantùm patrem ab iterata dotis constitutione excusare? tenuit ibidem *Cynus*, vt testatur *Ioanne. Campegius dicta quæstione* 15. *numero* 2. licet ipse contrariam teneat, dicatque communem, quamlibet culpam, præter leuissimam, ab huiusmodi obligatione patrem excusare, & secundum *Cyni* sententiam (relato *Bald. in authent. Contra rogatus? numero* 8. *C. ad S. C. Trebel.* qui tamen non in dote, sed in filij peculio prodigaliter consumpto, de quo infrà Nobis agendum, loquitur) tenet *Octauian. Osasc. dict. decis.* 124. *num.* 6. Quorum opinionem procedere firmari poterit, non solùm si dos dolo, vel lata culpa consumpta sit, sed culpam ad casum ordinaram requiri; ex *text. in d. l. Etiam*, 19. §. 1. *D. solut. matrim.* vbi Iureconsult. *Pomponius* statuit, maritum non amittere beneficium *ne conueniatur vltra quam facere possit*, cum ab eo dos exigitur, eò quod dolum in ipsiusmet rerum consumtion

ptione commiſiſſe, ei obiiciatur, niſi pariter eo dolo, verſatum fuiſſe, ne ſolidum ſolueret oſtendatur. Rationem reddit Conſultus. *Quia in rerum ipſius adminiſtratione, non erat culpa ab eo exigenda.* Ex cuius reſponſo idem in caſu noſtro dici poterit, non eſſe à filia culpam in rerum dotalium conſumptione exigendam. Cum bona dotalia propria mulieris ſint, non parentum, aut alterius; *text.* eſt *in dict. l. Pater*, 71. *D. de euict.* ibi: *Non enim ſicut mulieris dos eſt; ita patris dici poteſt.* vbi etiam *gloſſ. verbo, Matrimonio, text. in l. Filium*, 4. *D. de collat. bonor. in l.* 1. *§. fin. & in l. fin. de collat. dot. vbi etiam gloſſ. in dict. l.* 1. *verbo, Eius, text. in l. Pater filiam*, 14. (*& ibid. not. gloſſ. fin. in princip.*) *D. ad leg.* Falcid. *text. in l.* 3. *§. Ergo etiam, D. de minor.* text. optimus *in l. In rebus* 30. *in princip. C. de iure dot.* Aymon. Crauet. *conſilio* 39. *num.* 4. Petrus Surd. *conſ* 196. *num.* 27. Rolandus à Valle *conſilio* 86. *num.* 38. *lib.* 2. Marius Giurba (alios referens) *in conſuet. Senat. Meſſan. cap.* 1. *gloſſa* 2. *numero* 100. Hercul. Mareſcot. *variarum reſolution. lib.* 2. *reſolution.* 69. *numero* 2. Cæſar Banzius *deciſione* 130. *numero* 50. Qui omnes textum adducunt ſolum in *dicta lege* 3. *de minoribus.*

Et hoc argumento, hanc reperio tenuiſſe ſententiam in filio peculium ſibi à patre aſſignatum dilapidante, Baldum *in dicta authentica, Contra rogatus, num.* 8. Qua de re Nobis ſtatim erit agendum.

Ex quibus Cyni, ſequaciumque ſententiæ adhærendum puto, dolum, vel latam culpam in filia requirenti, vt à dotis iterata conſtitutione pater liberatus exiſtat. Eoque caſu Doctores indiſtinctè dicentes, non teneri patrem iterum dotare filiam, quæ culpa dotem conſumpſit, de lata culpa, quæ dolo æquiparatur, intelligi poterunt. Quinimò & culpam ad caſum præordinatam requiri; faciunt deducta à Nobis *q.* 53.

Deſideratique latam culpam, vel dolum filiæ in dotis conſumptione, vt pater à redotandi onere liberetur, ex eo etiam deducitur: Quia licèt pater qui filio in vita legitimam aſſignauit, ſi eam dilapidauerit filius, lata culpa, dolovè conſumpſerit, aliam non teneatur illi
7 aſſignare; † vt teſtantur Socin. *conſil.* 75. *num.* 7. *lib.* 1. Paul. de Montepic. *in l. In quartam, n.* 287. *D. ad leg.* Falcid. Oſaſc. *dict. deciſ.* 124. *num.* 5. *&* 6. Iacob. Menoch. (de lata culpa nominatim loquens) *de arbitrar. dict. caſu* 182. *num.* 55. *& ſeqq.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 36. *num.* 143. Matt. Coller. *de aliment. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 27. Marius Giurba *dict. deciſ.* 5. *n.* 10. *&* 11. Petr. Surd. *dict. tit.* 7. *quæſt.* 5. *num.* 1. 2. 3. 4. (etiam in dolo, vel lata culpa loquens) Hercul. Mareſc. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 22. Proſper. Farinac. *deciſ.* 457. *num.* 1. *verſ. Non obſtat.*

Tenetur tamen moderata filio pauperi, vt
8 vndè viuere poſſit habeat; alimenta † concedere; *text. in l. Imperator*, 50. *ad fin. D. ad S. C. Trebell.* docentque Bald. *in l.* 1. *§. Ius naturale, num.* 7. *D. de iuſtit. & iure, & in l. Scimus, in princip. C. de inoffic. teſtam.* Iaſ. *in dict. auth. Quod locum, num.* 8. Hippolyt. de Marſi *ſingul.* 104. Vincent. Herculan. *in l.* 2. *§.* 1. *num.* 19. *D. ſolut. matrim.* Gaſpar Baëza *de non melior. ratione dot. filiab. cap.* 16. *num.* 20. *& ſeqq.* Ludouic. Molina *dict. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 24. plures referens Lara *in dict. l. Si quis à liberis, §. Idem Iudex, num.* 10. Petr. Surd. *dict. quæſt.* 5. *num.* 8. Oſaſc. *ſuprà n.* 10. *& ſeqq.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 36. *num.* 145. *verſ. Sed contra*, Petrus Barboſa *proximè referendus* Ioan. Baptiſta Pontan. *de aliment. cap.* 2. *n.* 6. *&* 7. plurimos (ſuo more) adducens Giurba *deciſ.* 6. *num.* 3.

Et ſi abſque culpa legitimam aſſignatam filius amiſerit, † aliam conſequi debere, tenent 9
Socin. *in l. Marcellus, §. Res quæ, num.* 3. *D. ad S. C. Trebel.* Petr. Barb. (alios referens) *in l.* 1. 4. *p. n.* 141. *D. ſolut. matr.* Ferd. Vaſquez Mencha, *controuerſ. illuſtr. cap.* 25. *n.* 14. Scob. *de ratiocin. d.* 2. *tom. cap.* 18. *n.* 8. Non tamen à patre viuente, ſecundum Didac. Spino *de teſtam. dicta gloſ.* 18. *n.* 90. & Marium Giurba. *d. deciſ.* 5. *n.* 39.

Vndè ſicut pater filio qui ſibi aſſignatam legitimam profudit, ac lata culpa, dolovè conſumſit, congrua ſaltem alimenta tenentur præſtare ita & dotem filia, quavis culpa, vel etiam dolo amiſſam, ſi ad caſum non fuerit præordinata, ex alimentorum ſuccedit, † eorumque meritur re- 10
gulis, per *text. in l. Filiæ ſuæ*, 28. §. *Titia D. de condit. & demonſtrat.* obſeruant Ioannes Campeg. *de ſtat. q.* 6. *n.* 46. Cynus, Baldus, & Salicetus *in l. Sancimus, C. de nupt.* Angelus *de Gambellionibus, de teſtam. gloſſa* 4. *n.* 4. Marcus Antonius Marſillus *in tract. de redditibus Eccleſ. cap.* 32. *n.* 4. (& nemine relato) Petr. Surd. *de alimentis, tit.* 1. *q.* 10. *n.* 19.

Quòd in legitima ſemel conſtituta deperdita locum non habebit, quia ad alimentorum non procedit, daturvè menſuram.

Quibus ſic conſtitutis, ampliatur principalis concluſio (quæ habet, Patrem filiam pauperem, quæ dotem amiſit, iterum dotare teneri) vt tam in filia in poteſtate conſtituta, quàm emancipata † procedat. Sicque hodie 11
in hiſce Hiſpaniarum Regnis, etiamſi per matrimonium à patris poteſtate filia eximatur; vt reſoluunt Ripa *in l.* 2. §. *Quòd ſi in patris, numero* 15. *&* 16. *D. ſolut. matrim.* Nicol. Boër. *dicta deciſione* 131. *num.* 6. latè comprobans Gaſpar Baëça *de dot. dict. cap.* 16. *num.* 30. *cum ſeqq.* Ludouic. Molin. *dicto cap.* 16. *num.* 25. Petrus Barboſa *in dicta lege* 1. 4. *parte, num.* 139. *verſiculo. Limita quarto, D. ſoluto matrimonio.*

Limitanda tamen, & intelligenda, vt poſt primi matrimonij diſſolutionem, † ſi ſecun- 12
dum velit filia contrahere, procedat: ſecùs primo matrimonio durante; quia licèt abſque culpa, vel caſu dos amiſſa ſit; non tenetur pater primo durante matrimonio nouam conſtituere dotem, vt (per *text. in dicta l. Pater filiæ.* 71. *D. de euict.*) notat Pat. Ferdin. Rebello *de obligat. iuſt. dict.* 2. *part. lib.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 21. Petrus Barboſa *vbi ſuprà, num.* 14. *propè fin.* Ruin. *conſilio* 121. *num.* 8. *lib.* 5. Guillelm. Benedict. *in repet. dict. cap. Raynuntius, verb. Dotem quam ei dederat, num.* 19. apud quem diſſentientium hac in re opinionum concordiam vide.

Supereſt vt argumentis legibuſque contrariis quas in principio adduximus, quibuſque obligatum ad aliquid dandum, vel faciendum, ſe-

mel dando, vel faciendo suæ satisfeciſſe obligationi probatur; reſpondeamus. Ex quarum legum iuriumque intellectu, reſponſum quoque ad vltimam quæſtionis partem: An ſcilicet idem in fratre circa ſororem, vel fratrem dicendum ſit, quod in parentibus circa filios, elicietur.

Solutio igitur ad contraria (præcipuè ad *textum in l. Stipulatio de dote 64. & l. Dotis promiſſio, 69. verſic. Quod enim, D. de iure dot.* & in *l. Si ſocius pro filia, 82. D. pro ſocio*) quæ magis obſtant, loquunturque in terminis promiſſionis, & conſtitutionis dotis, ſufficereque dicunt primum obligationis implementum, neque obligationem aliquo poſteà caſu reuiuiſcere, niſi expreſſum ad id pactum ſit adiectum) vnico aſſignatur verbo: Ea ſcilicet iura
13 non in parentibus, ſed in extraneis, † non in adſtrictis ad dotandum per naturam, aut legem, ſed per conuentionem, aut pactum loqui. Hi namque cum ſemel obligationis, promiſſique adimpleuerint vinculum, liberati omninò ab obligatione remanent; ſecus illi qui naturæ, legiſque obligatione tenentur, totieſque reuiuiſcit obligatio; quoties neceſſitas ſuperuenit, eo modo, quo ſuprà oſtendimus. Quam diſtinctionem, iuriumque compoſitionem tradit Alexand. *in dict. l. ſi cum dotem* §. 1. *num. 7. D. ſolut. matrimon. & ibid.* Bald. Angel. & Immol. adducti cum aliis, per Andream Tyraquel. *in dict. l. Boues*, §. *hoc ſermone, limitat. 9. num. 4.* Ludouic. Molina, *dict. lib. 2. cap. 16. num. 25. verſic. ſi verò.* approbatamque dicit ſententiam Petrus Surdus *de aliment. dict. tit. 7. quæſt. 5. num. 5.* Petrus Barboſ. *dict. 4. part. num. 140.* Giurba (qui poſt hæc ſcripta ad meas peruenit manus) *conſ. crimin. 99. n. 18.* & latiùs (plurimos referens) *n. 23.*

Vnde deducitur, & infertur, fratrem diuitem dote ſemel abſque ſororis dolo latave culpa
14 amiſſa, ſororem iterum dotare, † fratremque inopem cui alimenta dederat, alere teneri: cùm non hominis diſpoſitione, ſed legis adſtringatur neceſſitate, *ex l. cum plures 13. §. cum tutor, D. de adminiſt. tuto. ex text. in l. 1. §. Sed nonnullos* (vbi etiam notat *gloſſa verbo Præſtiterit*) *D. de tute. & ratio. diſtrah. & in l. ſi quis à liberis 5. §. idem reſcripſit verbo Iuſtè, D. de liberis agnoſ.* Ripa *in l. 1. num. 83.* Socin. Iunior *num. 99.* Bologuet. *num. 128.* Iaſo *num. 29. D. ſolut. matrim.* Ludouic. Molina *de Hiſpano primogen. lib. 2. cap. 15. num. 60.* Lara *in dict. l. ſi quis à liberis §. idem reſcripſit, num. 92.* Ioan. Garcia *in tract. de expenſis, cap. 3. num. 34.* Ioſeph. Maſcard. *de probationib. concluſ. 813. num. 5.* Iacob. Menoch. *conſil. 81. num. 2. lib. 1.* Pett. Barboſ. *in dict. l. 1. 4. part. num. 124. verſic. Octauo, & vltimo, D. ſolut. matrim.* Nicol. Intrigliol. (de communi aſſeuerans *concluſ. 20. n. 37. lib. 1. & deciſ. 4. num. 19.* latè Petrus Surdus *de aliment. tit. 1. q. 25. per tot.* infinitos propè referens Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſanenſ. cap. 3. gloſſ. 3. num. 60. part. 1.* & diximus *quæſtione 4. §. 3. numer. 156. & ſequentibus.*

Hanc ideo iteratam nempe dotem inopi ſorori, alimentaue fratri pauperi præſtare teneri fratrem: ſententiam veriorem (contra Bald. & ſequaces ſuprà in principio relatos) iudicauit Alex. *in dict. l. Si cum dotem*, §. 1. *num. 7. & 8.* eandem dicens in fratre, quàm in patre rationem; quem ſequuti fuerunt Iaſ. *in l. Duobus*, §. *Si ei qui num. 15. D. de iureiurand. & in dict. l. diuortio*, §. *Quod in anno, num. 13. D. ſolut. matrim. & in §. Fuerat, num. 136. inſtit. de actionib.* Bartholom. Cæpol. *in dict. l. Boues*, §. *Hoc ſermone, num. 5. & ibid.* Andr. Tyraquel. *limit. 9. num. 14. in fin.* licèt plures pro contraria adducas. Eandem quoque ſententiam tenet (contrariam nulla lege, ſeu efficaci ratione probari poſſe aſſerens) Ludouic. Molina *de Hiſpanor. primogen. dict. lib. 2. cap. 16. num. 26. verſic. In hac autem opinionum varietate*: vbi in alimentis, & in dote amiſſa pariter loquitur. Prædicta enim ratio vtrumque ſimul, pariterque debet comprehendere caſum, cum ad vtrumque ex legis diſpoſitione teneatur frater.

Quare cautè legendus Petrus Barboſa *in d. l. 1. part. 4. num. 141. D. ſolut. matrim.* dicens, quod ſi aliquid dedit frater alimentorum nomine fratri, & ille diſſipauit, ampliùs alimenta ei præſtare non tenetur: allegat *Salycet. in l. 2. in fin. C. de alend. liber.* (quem debuit allegare in *l. 1.*) *& Laram in d. l. ſi quis à liberis*, §. *Idem reſcripſit, num. 101.* Intelligi namque debet, ſi
15 dolo, † & culpa diſſipauit; non ſi caſu, vel ex animi leuitate, vel iudicij imbecillitate perdidit. Imò ex eodem *Lara ibidem in d. §. Idem reſcripſit* tradit *Petrus Surdus de aliment. tit. 7. quæſt. 15. num. 11.* tum demum non teneri fratrem alimenta fratri præſtare, ſi eo animo bona dilapidauit, vt à fratre alimenta conſequeretur.

Quæ ſententia retenta, ex ſuprà dicta ratione in fratre quoque Clerico † procedere am-
16 pliatur, qui de fructibus beneficij, (ſi alia non habeat) ſorores pauperes dotare tenetur, ex *text. in cap. Peruenit, 3. de arbitr.* vbi id notat Abb. *n. 1. verſ. Et credo, quòd bona conſcientia.* Alexan. *in l. 1. n. 24. D. ſolut. matrim.* vbi etiam Iaſon. *n. 29. & 30. &* Ripa *n. 33.* Capella Tholoſſan. *deciſ. 290. n. 9.* Nicol. Boër. *deciſ. 129. n. 8.* Ioan. Campeg. *in tr. de dote 1. part. q. 23.* Sylueſt. *in ſumma, verbo Clericus, el 4. num. 11. q. 15.* Petrus Surdus *de aliment. tit. 1. q. 25. n. 13. & tit. 8. priuileg. 92. n. 5.* Andr. Tyraq. *de iure primogen. q. 62. n. 2.* Martin. Nauar. *de reddit. Eccleſ. q. 2. monitione 26. num. 2.* Petrus Barboſa *in d. l. 1. 4. parte, n. 132. & 133. D. ſolut. matrim.* Ioan. Garcia *de expenſis, cap. 3. n. 36.* Guillel. Benedict. *in cap. Raynuntius, verbo Dotem, quam ei dederat, num. 72.* P. Ferdinand. Rebello *de obligationib. iuſtit. 2. parte, lib. 5. quæſt. 4. num. 22.* Cardinal. Franciſ. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentio lib. 12. tit. 16. num. 31. & 32.* vbi idem paritet in ſorore vterina aſtero tantum latere coniuncta dicit, *deciſ. Rotæ Rom. in nouiſſim. congeſtis à* Proſpero Farinac. *2. part. deciſ. 241. n. 1. ad fin.* & apud Alexandr. Ludouic. (*poſteà S. D. N. Greg. XV.*) *deciſ. 401. num. 2.* Didac. Spino *de teſtam. gloſſ. 10. n. 41.* Stephan. Gratian. *diſcept. foren. cap. 65. n. 14.* Ioan. Bapt. Coſt. *de remed. ſubſidia, remed. 66. n. 2.* latiſſimè *M.* Anton. Marſil. *de Eccleſiaſt. redditib. quæſt. 32. n. 5. & ſequentibus.*

Nec ſolùm tanquam pauperem dotare tenetur frater Clericus ſororem, ſed vt ſororem,
17 † ac proinde in dotis conſtitutione qualitates expreſſæ in *l. Si filia, 41. D. de legat. 3. & in l.*

Cum

Cum post, 70. §. *Gener*, *D. de iure dot.* consideranda erunt, vt resoluit Ioann. Bologne. *in l.* 1. *num.* 130. *D. solut. matrim.* & alij relati per Laram *in dict.* §. *Idem rescripsit*, *num.* 96. Dummodò non fiat ad pompam, *Additio ad* Capell. Tholossan. *decis.* 289. *ad fin.* Petr. Nuñez *de Auendaño responso* 19. *num.* 14. veriorem sententiam dicit Petr. Barbos. *dict.* 4. *parte*, *num.* 133. P. Ferdin. Rebello *vbi sup.* Qui tamen vt frater securus sit, attendere debere addit, vt per eam largitionem consanguinei non diteſcant, siue augeantur, sed tantùm, quantum satis est, ne egeant, tribuatur eisdem. Quod iuxta suprà. traditam doctrinam, attenta sororis, & mariti conditione intelligendum erit.

Vnde cum huiusmodi obligatio legalis sit, etiam dote constituta amissa, iterum à fratre Clerico erit dotanda. Cum enim dixerimus ideò fratrem teneri iteratam constituere sorori dotem, post primam absque dolo, vel culpa amissam; quia eam ex iuris dispositione dotare debet ex *textu in dict. l. Cum plures*, 13. §. *fin. D. de administ. tutor.* idem & in fratre Clerico dicendum est. Dispositio enim, ac regula *dict. leg. Cum plures*, etiam fratres Clericos comprehendit, vt (ex *text. in cap.* 1. *extra de noui oper. nuncia.*) notat Petrus Barb. *ibi suprà*, *num.* 132.

18 Idemque in patre, † Clerico, in quo eadem, & maior etiam est ratio, ex dictis pariter quæst. præcedenti, num. 18. Denique ampliari suprà dicta poterit resolutio, vbicumque ex legali dispositione, dotandi, vel alendi subsit
19 obligatio, † si iteratam dotem, vel alimenta prætendens, à dolo, culpaque consumptorum aut perditorum bonorum (iuxta suprà tradi-
20 ta) sit immunis; vt in sorore † diuite quoad sororem dotare, patrēque alere tenetur, ex dispositione *d. l. Cum plures*, 13. §. *fin.* Fratris enim
21 nomine, soror quoque continetur, † *tex. in l. Tres fratres*, 36. *D. de pactis*, *tex. in l. Lutius*, 78 §. *Mauia*, & *ibi not. gloss. verb. Sororem*, *D. ad S. C. Trebell.* Alexand. & Paul. *in l. Humanitatis*, *C. de impuber. & aliis substi.* Bald. Parisi. & alij, quos refert, & sequitur Marius Giurba *d. gl. ff.* 3. *cap.* 5. *n.* 59. Tenentque suprà dictam sententiam Paul. Castren. *consilio* 435. *num.* 4. *lib.* 1. Petr. Barbos. *in dict. l.* 1. 4. *parte*, *num.* 133. *versiculo Amplia quintò*, Ioann. Baptist. Costa, *dict. remed.* 66. *num.* 6. Pat. Ferdinan. Rebello *d. quæst.* 4. *num.* 18. Nos etiam *quæst.* 4. § 3. *num.* 160. diximus. Adeo vt constante matrimonio, vt inopi sorori dotem soror diues constituat, dotalem possit rem alienare, vt ex Palac. Rube. Bañ. Antonio Gomez. Petro Barbos. & aliis infrà *quæst.* 22. *num.* 38. tradimus.

Quare & iterum sororem, vel fratrem dotare, aut alere, si pauperes sint, teneri soro-
22 rem, † ostendunt, quæ de fratribus circa sorores tradidimus, propter legalem obligationem. Quæ & in aliis personis, & casi-
23 bus, si adsit, vt in auo, † ac proauo, cum parentes descendentibus carent, vt diximus *quæst.* 4. *num.* 64. in cæteris denique hac obligatione adstrictis idem operabitur. Intelligendo tamen, & limitando hæc omnia, vt suprà *num.* 12.

An verò, & quando matrem pauperem
24 viduam teneatur dotare filius? † vide Guill. Bened. *in repet. cap. Raymundus*, *verb. Dotem quam ei dederat*, *n.* 70. *de testament.*

VTRVM FILIA PAVPERIS, etiam maior vigintiquinque annis, quæ in corpus suum peccauit, vel matrimonium sine patris consensu contraxit, dote, vel legitima priuari possit?

SVMMARIVM.

1 *Filia minor vigintiquinque annis sine patris consensu nubens, vel in corpus suum peccans, de iure ciuili, & Regio antiquo hereditate, dotevè priuari poterat.*
2 *Et quid si digno nupsit?*
3 *Et quid de iure nouiori Authenticor. vel Partitarum?*
4 *An quod filia turpem elegerit vitam, vt exhæredari à patre possit, requiratur? Nec in corpus suum peccasse sufficiat?*
5 *Luxuriosè viuere, vel turpem vitam elegisse, quæ dicatur, vt exhæredari ob id à patre possit? &* num. seq.
7 *Filia quæ peccauit in corpus suum, luxuique dedita, si resipiscat, & pœniteat, an post pœnitentiam exhæredari, dotevè, aut alimentis priuari possit?* & n. seqq. *vsque* ad n. 12.
8 *Filia minor vigintiquinque annis, quæ in corpus suum peccauit, si postmodum etiam cum indigno matrimonium contrahat, an exhæredationis pœnam euitet? dotemque consequatur?* n. 9.
10 *Indigno nubere, & turpem vitam agere, æquiparantur in iure.*
11 *Pœnitentia an deleat delictum? exhæredationisque pœnam extinguat?*
12 *Filius indignam vxorem parentibus inuitis ducens, exhæredari potest.*
13 *Et quid si dignam insciis, vel inuitis parentibus ducat?*
14 *De iure Cannico exhæredari, dotevè priuari filia sine patris consensu nubens non potest Contrà* num. 28.
15 *Etiamsi filia sine patris consensu nubens, dotem non promiserit.*
16 *Et etiamsi indigno nupserit.*
17 *Minuenda tamen in hoc casu attenta viri indignitate dos erit.*
19 *Indignus quis in hac materia dicatur? &* num. 20. 21. 22. & 23.
24 *Filij vel filiæ hodie clandestinas contrahentes nuptias insciis parentibus, siue cum indigno, exhæredationis pœnam patiuntur.*
25 *Filia maior vigintiquinque annis absque patris consensu nubens digno, vel indigno, cum dotis promissione, vel sine ea, in corpusve suum peccans, dote, vel hæreditate priuari non potest.*
26 *Nec etiamsi post prædictam ætatem publicè filia meretricetur.*
28 *Vel etiam clandestinè, absque parentum consensu matrimonium contrahat.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

De iure consuetudinario ciuitatis Neapolis, si filia decimum sextum ætatis annum excedat, eo quòd sine patris consensu nupsit, vel in corpus suum peccauit, exhæredari non potest, n.27.

Vel si vigesimum secundum annum ætatis excedat, ex alia consuetudine, ibi.

Et quid de iure Regio Fori? ibidem.

29 *Filia maior vigintiquinque annis, quæ in corpus suum peccauit, sine parentis vè consensu matrimonium contraxit, exhæredari, dotevè priuari à parente suæ paupertatis, impotentiæque prætextu non potest. Contrà* n.30.& seqq.

Post vigesimum quintum ætatis annum, vix possunt filiæ continere, ibid. dict. n.29.

Mulieres ad hoc natura progenuit, vt partus ederent, præcipuumque fœminarum munus est concipere, ibid.

31 *Verbum* Differre, *liberam supponit voluntatem, & potentiam.*

32 Differre, *vel* Negligere, *non dicitur, qui non potest facere. Nec differre, qui non negligit, nec negligere qui non potest.*

33 *Negligentiæ pœnas pati non debet, qui negligens non est.*

34 *Negligens appellandus non est, qui faciendi potentia caret.*

35 Differre *dicitur, qui potest non differre.*

36 Silere *ille propriè dicitur, qui potest loqui.*

37 *Statutum Potestatis iurisdictionem declinanti pœnam imponens, in Ecclesiastico (qui etiamsi velit non potest coram seculari litigare (locum non habet.*

38 *Impeditus non dicitur* Differre.

39 *Paupertatis impedimentum, à mora excusat, impeditque moram committi.*

40 *Afflicto non est danda afflictio.*

41 *Pater, qui fecit quidquid potuit pro maritanda filia, nec negligens fuit, nec tamen valuit eam matrimonio collocare infrà vigintiquinque annorum ætatem, si absque patris consensu nubat indigno, vel in corpus suum peccet, poterit eam dote, hæreditateque priuare.*

42 *Et an vt in prædicto casu filiam exhæredare possit, diligentiam teneatur probare? seque fecisse quod potuerit, idque protestari? vel de paupertate constare sufficiat* & num.seqq.

43 *Impeditus tenetur facere quidquid poterit, vt impedimentum cesset.*

44 *Debetque probari diligentia.*

45 *Nec sufficit probare impedimentum, nisi probetur, quòd quis fecisset illud ad quod adstrictus erat, nisi adesset impedimentum, eritque de hoc necessaria protestatio.*

46 *Matrimonia absque dote contrahi non solent,* & n.49.

47 *Non desideratur actus, ex quo nullus (etiamsi fiat) resultat effectus.*

48 *Diligentia frustatoria adhibenda non est.*

49 *Sine dote nulli, aut pauci vxores ducere volunt.*

50 *Facere non tenetur quis, quod factum non prosit, profuturumvè, sit dubium.*

51 *Paupertas à protestatione excusat.*

52 *Pater in dubio de maritanda filia agere, sollicitumque esse, præsumitur.*

53 *Filia quæ vigesimum quintum ætatis annum attigit, licèt non impleuerit, si absque patris consensu nubat, vel in corpus suum peccet, an dote, vel hæreditate priuari possit? remissiuè.*

QVÆSTIO XVII.

FRequentissimè versatur hæc in foro quæstio (teste *Ludouico Molina de Hispanor. primog. lib.2. cap.16. num.* 5.) Vtrùm filia in corpus suum peccans, vel absque patris consensu nubens, dote, hæreditatevè priuari possit? Cum sæpè ex voluntate propria parentum neglecta, nubant filiæ, in corpusque suum peccent. Cuius rei cognitio (vt ad institutum nostrum accedamus, ad quæstionisque præcipuè decisionem) necessaria est. De qua multi ex professo egerunt, quorum recitabimus sententias, ordineque dilucido disponemus.

Distinguendum igitur: quòd aut de filia minore vigintiquinque annis, aut de maiori loquimur. Item aut de iure ciuili, vel Regio; aut de iure Canonico. De contrahente publicè, secundùmque Ecclesiæ præcepta, aut clandestinè.

In filia minore vigintiquinque annis, quæ in corpus suum peccauit, vel absque licentiâ, & voluntate patris matrimonium contraxit, tam iuris Canonici, quàm ciuilis, & Regij variant Interpretes. Alij ex vtroque iure differentiam constituentes; alij negantes, alij ex dignitate, vel *indignitate contrahentium* pœnæ locum esse, vel non esse contendentes. Quælibetque sic iuribus, & authoritatibus fulcitur; vt impossibile penè sit, quæ earum verior, aut communior sit, secernere.

Igitur de iure ciuili locum exhæredationi, † 1
dotisvè priuationi in prædicto casu esse; probat *text.in l.Filiam*, 19.*& in authen. Sed si post c. de inofficios. testam. auth. vt cum de appellat. cognosc.* §. *Aliud quoque capitulum, vers. Si alicui ex prædictis, coll.8.l.2. & l.5. tit.1. de los casamientos; lib.3. Fori leg.5.tit.7.parte 6. versic. E otrosi, quando el padre quisiesse casar su fija, & l.10.tit.1.versic. Pero si aquel, partit.4.* Tenentque Ias.*in* §. *Fuerat, num.* 121. *institut. de actionib.* Ioann. Campeg. *in tractat. de dote priuileg.* 13. *num.* 3. Ioann. Lup. *in repet. cap. Per vestras de donat. inter vir. & vxor.* §. 3. *versic. Sed si filia contraheret sine patrio mandato, vel consensu, num.* 1. *& per* §§. *sequentes vsque ad* §.10.Petr.de Rabena *singular.* 198. Ferdinand. Vasquez,Menchac. *de success. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 613. Emmanuël à Costa *in l. Gallus*, §. *Et quid si tantum num.* 192. *D. de liber & posthum.* Gaspar Anton. Thesaur. *quæst.forenf.libro* 1. *quæst* 70. *num.*1.2. & 3. Andr. Fachin. *controuers. libro* 3. *cap.*44. *versic. Affirmat enim Castrensis*, Carpan. *ad statut.Mediolan.statut.*2.*num.*161. *&* 162. *part.* 1. Francisc.Burlat. *consil.*215.*num.*7. *&* 10. Federic.*de Solis de dote artic.* 2. *num.*8. Cardinal. Tusch. *practic. conclus. littera* D. *conclus.* 780. *num.* 156.. Marius Giurba *in consuetud. Senat. Mesanens.cap.*3.*gloss.*3.*num.*34. *part.*2. Ascan.

Clemens

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Clemens *de virib. patr. poteſtat. cap. 6. effectu 11. num. 17.* Petrus Surdus *de aliment. titul. 7. quæſt. 4. num. 1. & ſeqq.* Didacus Perez *in l. 1. titul. 1. lib. 5. Ordinam. ſuper verbo Encubiertamente, verſic. Clandeſtinum matrimonium, pag. mihi 39.* Didac. Spino *de teſtam. gloſſ. 20. num. 66.* Thom. Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 4. diſp. 24. num. 14.* Hieronym. Ceuallos *commun. contra commun. quæſt. 5. n. 1.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 5. n. 45.*

Alij ex eodem iure diſtinguunt, quòd aut
2 filia nubit digno, † vel indigno; vt primo caſu, dote, vel hæreditate priuari nequeat: ſecundo poſſit. Quorum fundamentum eſt *text. in l. 3. §. Si emancipatus,* D. *de bonor. poſſeſſ. contra tab.* ibi: *Nam ſi tam ignominioſam duxerit vxorem filius, vt dedecori ſit tam ipſi, quàm patri, mulierem talem habere: dicemus ex ea natum ad bonorum poſſeſſionem, aut admitti, cum poſſit auus, iure ſuo vti, eumquè exhæredare,* text. etiam in *dict. auth. Sed ſi poſt,* à contrario ſenſu, & in *dict. auth. Vt cum de appellatio. cognoſci. §. Aliud quoque verſic. Cauſas.* In qua fuerunt ſententia (Poli *gloſſ. 1. in cap. fin. 32. quæſt. 2.*) Bald. Goffred. Anchar. Ioann. Lup. & alij relati à Sanchez *dict. diſp. 24. num. 2.* plurimos etiam adducens, & magis communem dicens Petr. Surd. *de Aliment. tit. 1. quæſtione 6. numero 5. & 17.* Andr. Fachinæ. *controuerſ. dict. cap. 44. verſ. Cæterum diuerſam,* Philip. Paſcha. *de virib. patriæ poteſtat. part. 2. cap. 5. num. 5. & ſeqq.* communem dicens Ferdinand. Rebello *de obligatio. inſtit. 2. part. libro 2. quæſt. 14. ſect. 2. num. 16. & 19.* Gregor. Lopez *in d. l. 1. 4. part. num. 33. & 34.* D. *ſolut. matrim.* Garcia Maſtrill. *deciſ. 63. n. 1. & ſeq. uſque ad 10.* pro qua eſt etiam ſententia *text. in d. l. 2. tit. 1. lib. 3. Fori legum.*

Imò ex nouioti Authenticorum iure tria ſi-
3 mul concurrere † debere, vt Filia, quæ inſciis: vel inuitis parentibus contrahit, dote, vel hæreditate priuari poſſit. voluerunt alij. Primum, filiam matrimonio collocare, dotemque pro patrimonij viribus, eorumque conditione aſſignare velle parentes. Secundum illi matrimonio repugnare filiam, ſimulque vitam turpem eligere. Tertium, minorem viginti-quinque annis eſſe. Quod ex *text. in dict. auth. Vt cum de appella. cognoſc. §. Aliud quoque capitulum in fin.* colligunt, ibi: *Si alicui ex prædictis parentibus volentibus filiæ ſuæ pro ea præſtare; illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Si verò vſque ad viginti-quinque annorum ætatem, &c.* Cui concordat de iure Regio *text. in dict. l. 5. titul. 7. part. 6. dict. verſ. E otroſi, quando el padre.* Nec ſufficere inuitis patientibus filiam nubere, vt exhæ-
4 redari poſſit, niſi ſimul vitam turpem † eligat, tenuit *gloſſa in cap. Quintauallis, verb. Exhæredare, extra de iureiurand.* Hoſtienſ. *in cap. 1. de deſponſa. impuber. poſt princip. vbi* Ioann. Andr. *num. 8.* Anton. 4. Cardina. 2. Abb. 5. Alexan. *de* Neuo 9. Iaſo *in dict. auth. Sed ſi poſt in fin.* Emmanu. à Coſta *in dict. l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, numero 177.* Iulius Clarus *libro 3. recept. ſentent. §. Teſtamentum, numero 41.* verſic. *Quid ſi filio,* Syluester *in ſumma* verb. *Hæreditas, 2. quæſtion. 7.* Dominic. Soto *in 4. diſtinct. 29. quæſt. 1. artic. 4. ad 4.* Ludouic. Molina *de iuſt. & iure tract. 2. diſput. 176. numero 13.* Ioann. Lup. Bertrand. Tabiena, & alij, quos adducit Thomas Sanchez *dict. lib. 4. diſputatione 24. numero 3.* latè Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 213. numero 31. & ſeqq. & numero 45. & ſeqq.* vbi non ſufficere filiam indigno nubere; ſed vt turpiter, & obſcœnè viuat, requirit eamque veriorem dicit, ex predictiſque iuribus ea tria requiri, colligit etiam Sanchez *dict. loco num. 4.*

Et in hoc caſu luxuriosè viuere, † turpem- 5
vè vitam elegiſſe intelligunt eam, non quæ ſemel, aut bis in corpus ſuum peccauit, ſed quæ ſæpiùs. Vt enim mulier luxuriosà viuere dicatur, meretricem fieri neceſſe eſt, ex ſententia Didac. Couarru. *in cap. Raynutius in princip. num. 15. & ibidem.* Guillielm. Benedict. *verbo Dotem, quam ei dederat, numero 36. & 37. de teſtament.* & plurium aliorum, quos refert, & ſequitur Stephan. Gratian. *dicto cap. 204. numero 31. & ſeqq.* & probat in ſpecie relatam aſſertionem *text. in dict. §. Aliud quoque capitulum,* in iam deſcriptis verbis, tenentque Ludouicus Molina *de iuſtitia, & iure 1. tomo tractatu 2. dicta diſputatione 176. numero 13.* Stephan. Gratian. *vbi ſuprà, & numero 50. & ſeqq.* Thom. Sanchez *dicta diſputatione 24. numero 6.* Quin imò *dicta l. 5. titulo 7. parte 6.* non ſolùm vt filia meretricetur; ſed vt in lupanari † publicè ſui corporis quæ- 6
ſtum faciat, vt ob id exhæredari poſſit, requirit, ibi, *E deſpues deſto fizieſſe vida de mala muger en puteria.* Quæ tamen iuxta ſuprà traditam doctrinam, & *text. in dict. §. Aliud quoque capitulum* (ex quo ſumpta eſt) & *dict. l. Si filiam, 19. C. de inoffic. teſtam.* (quæ in filia, quæ turpem viram elegit meretricando, licèt non in lupanari loquuntur reſtringenda, ac limitanda eſt. Sic eam limitant, & intelligunt Gregor. Lopez ibidem, Molina, & Sanchez dictis locis ſuprà Stephan. Gratian. *dicto cap. 204. num. 41.* Quæquè dicatur meretrix (præter iam relatos) videre licet per propè infinitos, quod adducit Petr. Cened. *in collect. 140. num. 1. part. 2.*

Ex quibus deducitur, quod ſi filia ab huiuſ-
modi crimine abſtineat, pœniteatque, † nec in 7
luxurioſa vita perſeueret, poſt pœnitentiam exhæredari non poterit alimentis, dotevè priuari, eliciturque etiam *ex text. in l. Imperialis, 23. C. de nupt. & ex cap. Ferrum, 50. diſt.* tenentque Speculat. *in tit. qui filij ſint legitimi num 16.* Alex. *in l. 1. num. 33. D. ſolut. matrim. & ibi* Ripa *num 71.* Ioann. Bolognet. *num. 95.* Petr. *de Rabena dict. ſingul. 198.* Ioan. Campeg. *de dote, priuileg. 13. num. 3.* Riminald. Iuni. *conſil. 57. à num. 30.* Aymon. Crauet. *conſil. 721. num. 5.* Gaſpar Bacca *de non melior. ratione dot. filiab. cap. 28. num. 11.* Gregor. Lopez *in dict. l. 5. gloſſa 7. verbo Desheredar,* Octauian. Oſaſ. *deciſ. 124. num. 14.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. litt. D. dict. concluſ. 780. num. 157.* Franciſc. Burſat. *conſilio 215. num. 9.* Didac. Segura *in l. Vnum ex familia, §. Sed ſi fundum, num. 73. D. de leg. 3.* latè Petr. Surd. *de aliment. d. tit. 7. 9. 4. num. 24. & ſeqq.* Marius Giurba *d. cap. 3. gloſſa 3. num. 38.* communem dicit Cordub. de Lara *in l. Si quis à liberis, §. Idem Iudex, num. 60. D. de liber. agnoſc.* Gaſpar Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 1. dicta quæſt. 70. num. 2.* Cardin.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Francisc.Mantic.*de tacit.& ambig. conuent. lib.* 12.*titulo* 16.*num.*13.*&* 14. Stephan.Gratia. *dict. cap.* 204. *num.* 48. vbi vnum (*si verum esset*) notabile addit. Quòd si filia minor viginti-quinque *annis peccauerit in corpus suum*, post-modumque matrimonium etiam cum indigno
8 contrahat, † sibi dos debebitur, quasi matri-monium sequutum retrotrahatur, omnemque maculam abstergat. Cui tamen sententiæ re-pugnat. *Senatus Pedemontani decisio*, de qua testatur Gaspar Anton. Thesaur. *suprà num.* 13. *& seq.* vbi fuit iudicatum, & concludit, filiam quæ cum amasio ante matrimonium luxuriosè
9 vixerat, persequens posteà matrimonium, † exhæredationis, priuationis dotis, vel alimen-totum pœnam non effugere; etiamsi sub spe, & promissione coniugij se carnaliter cognosci permisisset: vt etiam refert Philipp. Pascha. *d.* 2.*part.cap.*5. *num.*43. firmantque statim proxi-mè numeris seqq.adiicienda.

Suprà dicta tamen contradictoribus non ca-rent, tenentes non solùm turpem vitam, luxu-riosamque vt filia exhæredari possit, non *requiri*; sed si *indigno nubat* sufficere. *Quia* in iure æquiparantur, *indigno nubere*, & *tur-*
10 *pem vitam ducere*, † vt optimè (post Petr. Barbos.ibi relatum) considerat, ponderatque P.Ferdinand Rebell. *de obligat. iustit.* 2. *parte, lib.*2.*quæst.*14.*sect.*2.*num.*16.*vers. Quòd si obii-cias.* Riminal.Iuni.*consilio* 133.*num.*17. Cardin. Tusch. *practic. conclus. littera E. conclus.* 577. *num.*14.

Nec etiam turpem vitam ad exhæredatio-nem (eo modo quo diximus) necessariam esse sed satis fore, si semel aut bis in corpus suum
11 peccauerit, † filia; neque pœnitentia huius-modi delictum aboleri tenuit Felin. *in cap. Ro-dulphus, num.*6.*de rescrip.* Fieret enim (secun-dum eum) illusoria exhæredandi potestas, si tam facili negotio possent liberi exhæredatio-nis pœnam effugere, siue sit in delictis, quo-rum offensa principaliter, & directè patrem respicit; siue non principaliter, sed per quan-dam consequentiam, vt cum filia in corpus *suum peccat. In vtroque enim casu verius* ar-bitratur, per pœnitentiam, etiamsi semel tan-tum, aut bis *in corpus suum peccauerit* deli-ctum non aboleri, cùm semel exhæredandi potestas extiterit. Tenet etiam verioremque reputat sententiam Emmanuël à Costa *in d. l. Gallus*, §.*& quid si tantum*, *num.*191.*&* 292. quem refert, & sequitur (licèt mendosè *n.*101. eum allegans) Pater Ferdinand. Rebello *vbi suprà*, *num.* 17. Quamvis enim non ita grauissima patrem afficiat iniuria filia, quæ se-mel, aut bis in corpus suum peccauit, sicut quæ turpem sæpesæpius sui copiam faciendo vitam elegit; vnicus tamen coitus grauiter pa-trem offendit. Ita etiam Cotduba de Lara, *d.loco* (contra eandem, quam dixerat commu-nem) verioremque affirmat Petr. Surd. *d. tit.* 7,*quæst.*4.*num.*34.*versic. Hac opinio*, Philipp. Paschal.*d.cap.*5.*n.*42.

12 *Dicta autem* in filiabus, & in filiis, † quo-que indignam, ignominiosamque ducentibus vxorem parentibus *inuitis*, intelligenda sunt, vt (*ex d.* §. *Si emancipatus* de filio nomina-tim loquente) tenent Curtius Iunior *in authen. Non licèt*, *num.*27. *& seqq. C. de liber. præter.* Ioan.Lup.*in d.cap.per vestras*, §.7.*num.*2. Petr. Surd.*de aliment.d.tit.*1. *quæst.*6. *num.* 5.*&* 17. *versic. Sed si verum dicere fas est*, magis com-munem hanc dicens (tam in filia, quàm in fi-lio nominatim loquendo) sequitur Philipp. Pascha. *d. cap.*5. *num.* 15. Verumque de iure communi asserens Didac.Perez *in d. l.*1. *tit.* 1. *lib.*5. *Ordinament.super verbo En cubiertamen-te*, *versic. Et sic legem Tauri limitabis*, *folio mihi* 36. Quam etiam sententiam videtur ap-probare *text. in l.*11.*tit.*1. *part.*4. vbi notat ex-pressè Greg.Lopez *glossa fin.*

Quinimò, & si cum digna, † matrimo- 13
nium filius inuitis parentibus contrahat, posse exhæredari, tenuit Ferdin. Vasquez Menchac. *de succes.creat.d.lib.*1.§.10. *n.*634. Cui tamen non assentio.

Suprà dicta de Iure Ciuili, vel etiam Re-gio procedunt; de iure verò *Canonico* (de quo etiam aliqui ex iam relatis loquuntur) non posse patrem filiam, sine eius consensu nu-bentem, dote, vel hæreditate priuare, † ma- 14
gis communis opinio est, correctasque esse iuris Ciuilis leges, nec vim habere, eò quia matrimo-nij libertas neque directè neque indirectè im-pediri potest, *text. in c. cum locum* 14.*cap. requi-sinit* 17.*de sponsalib. c.*1.*desponsimpuber. cap. cum causa* 6.*de raptor. cap. sufficiat*, 27. *quæst.*2. *cap. fin.*32.*quæst.*2. *Concil. Tridentin. sess.* 24. *cap.*1. *de reformat. matrimon.* tenet *glossa fin. in d. cap. fin.* 32. *quæst.* 2. *&* in *cap. de raptoribus*, 36. *quæst.*1. Panormitan.*consil.*12.*à num.*1. *lib.*1. vbi latè, & *consil.*65.*lib.*2.*in princip. vers. Ad pri-mum redeundo*, *& in d. cap. Cum causa*, *num.* 5. *de raptor. & in cap.*1. *num.*8. *de sponsalib. & in cap. Ecclesia*, *num.*15.*de constitut.* vbi Felin. dicit communem, *num.*59. Decius *num.* 36. *& in l. Nuptias* 30. *à num.* 8. *vsque ad fin. D. de regul. iur. vbi eius Additi*, magis communem dicit, *num.* 7. *littera A.* Alexand. de Neuo *in d. cap.*1. *num.* 23. *&* 24. *in capit. Gemma*, *nu-mer.* 11. *de sponsalib. & in cap.*1. *num.* 10. *de desponsimpub.* Iaso *in d.auth.Sed si post*, *n.*6.*&* 7. Paul. Parisi. *consil.* 29. *num.*62. *lib.* 3. Ioan. Campeg. *de dote*, 1. *part. quæst.* 13. Guillelm. Benedict. *in d. cap. Raymuntius*, *verbo dotem*, *num.* 42. Ioan. Lup. *in d. cap. Per vestras*, *no-tab.* 3. §. 9. *&* alijs *seqq. &* §. 31.*num.* 1. Ro-deric. Xuar. *in d. l.* 2. *tit.* 1. *libro* 3. *Fori*, *num.* 20. Gregor. Lopez *in d. l.* 10. *titulo* 1. *part.* 4. *glossi. verbo Pueda.* Didac. Couarr. *super* 4. *Decret.* 2. *part. capite* 3. §. 8. *numero* 5. *&* 6. Ludouic. Molin. *de Hispano. primogen. dicto libro* 2. *cap.*16. *num.* 6. Ildephons. Azeued. *in l.*2. *tit.*1. *libro* 5. *nouæ Reg. Collect. num.* 5. *& ibid.* Ioann. Matienso *glossa* 4. *num.* 2. Fuluius Pacia. *de probat. lib.*2.*cap.* 3.*num.* 108. *& seqq.* Ioan. Gratian. *reg.* 83. *num.* 11. Olan. *in concord. iuris*, vbi de correctione legum Partitar. *num.* 71. Angel. Sylvest. Nauar. Victoria, Veracruz, Corduba, Henriquez, Emman. Ro-drig. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. *de matrim. d. lib.* 4. *disput.* 25. *num.* 2. Ludouic. Molina *dict.* 1. *tom. tract.* 2. *disp.* 176. *num.* 22. *vsque ad num.* 26. Ioannes Gu-tierr. *practic. quæst. lib.* 2. *quæst.* 5. *per totam*, *& quæst.* 1. *à num.* 2. *&* num. 28. Emmanuel *à* Costa *in l. Cum tale.* §. *Si arbitratu*, *num.*4. *versic. His etiam consequens est*, *&* num. 5. *D. de condit. &* demonst. Michaël Crass. *inter com-mun. opiniones*, *verbo Dos*, *&* in §. *Testamen-*

tum,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tum, quæſt. 42. num. 5. & ſeq. Iacob. Menoch. *de præſump. lib. 4. præſumpt. 189. num. 60. & ſeqq. & de arbitrariis, lib. 2. caſu 453. num. 8.* Petrus Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt. 6. num. 6. & ſeq.* Gaſpar. Anton. Theſaur. *d. quæſt. 70. num. 5.* vbi de communi, & quod durum eſſet in praxi ab iſta ſententia recedere. Philipp. Paſcha. *de virib. patr. poteſt. dicta 2. parte. cap. 5. num. 16.* Petr. Barboſ. *in d. l. 1. 4. parte, num. 36. in princip. & num. 39. verſiculo Contrarium nihilominus, D. ſolut. matrim.* Didacus Perez *in d. l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. in verbo Encubiertamente, verſic. Et ſic legem Tauri limitabis,* ibi. *Tum quia actus eſt approbatus, folio mihi 36.* Hieronym. Ceuall. *commun. contr. commun. quæſt. 5. num. 2. & 3.* Anchartan. Regienſ. *q. familia lib. 2. quæſt. 46. num. 7.* Andr. Fachin. *controuerſ. dict. lib. 3. cap. 44. verſic. Tertia eſt ſententia,* quam communem dicit, & defendit vſque ad finem, *Cæſar Barz. deciſ. 29. num. 6. & ſeqq. num. 34.*

Quæ ſententia, etiamſi filia ſine patris conſenſu nubens, dotem non promittat, † procedit. Adhuc enim eam tenetur dotare pater, ſecundum Paul. Caſtr. *in auth. Res quæ num. 7.* Iaſon. *num. 15.* Curt. Iunio. *num. 25. C. commun. de leg.* communem profitetur Ripa *in d. l. 1. num. 57. D. ſolut. matrim.* Decius *in d. reg. Nuptias, num. 11.* Socin. *conſ. 57. num. 2. lib. 4.* Didac. Couarr. *d. cap. 3. §. 8. num. 7.* refert, & ſequitur Ludouic. Molina. *d. cap. 16. num. 7.* Thom. Sanchez. *d. lib. 4. diſp. 26. num. 11. & 12.* apud quem latè hac de re *num. ſeqq.* tenet etiam Andr. Fachin. *controuerſ. d. lib. 3. cap. 45. verſic. Contrariam ſententiam habuerunt,* Gaſpar. Baëça *de non melior. rat. dot. filiab. capite 18. per totum,* Hieronym. Ceuallos *dict. quæſt. 5. num. 4.* Ioan. Gutierr. *dicta quæſt. 1. num. 4.* Paz *in praxi, 3. tom. cap. 6. §. 12. num. 12.* Gar. Maſtrill. *d. deciſ. 63. num. 10. & ſeqq.*

Etiamque ſi indigno † nupſerit filia, & abſque dotis etiam promiſſione, quia adhuc dotem ei præſtare tenetur pater, vt (*ex Immol. Alex. Iaſo. Decio*, & aliis) tradit Ludouic. Molin. *ſuprà num. 8.* vbi hanc opinionem (conſiderato iuris rigore) veram dicit. Ioan. Lup. *in d. notab. 3. §. 10. in princip. & §. 13. num. 1. & §. 15. num. 1. & §. 16. per tot.* latè Thom. Sanch. *d. diſput. 26. num. 14. & ſeq.* Fachin. *d. cap. 45. verſic. Et ego in eam ſententiam ſum procliuior,* Maſtrill. *ſupra numero 13.* Michaël Craſſ. *in §. Teſtamentum, quæſtione 42. num. 6.* vbi communem dicit.

Minuendam tamen in hoc caſu dotem attenta viri minori dignitate, † vel indignitate; docent Molina *vbi ſuprà* Gaſpar. Anton. Theſaur. *d. quæſt. 70. num. 10. in fine.* Maſtrill. *d. loco num. 21.* alios referens (qui tamen id in ſpecie non dicunt) Philipp. Paſcha. *d. cap. 5. num. 39.* Cardinal. Tuſch. *dict. litera E. concluſione 577. num. 14.* Laurent. Syluan. *conſilio 2. num. 41.*

Contrariam tamen ſententiam (poſſe ſcilicet etiam de iure Canonico patrem filiam abſque eius conſenſu nubentem exhæredare, † doteuè priuare) non paruæ ſuſtinent authoritatis Doctores, in qua fuerunt *gloſſa in cap. De raptoribus, verbo Excuſata, 36. quæſt. 1.* Felin. *in dict. cap. Eccleſia, num. 59. de conſtit.* Ioan. Lupus *in d. cap. Per veſtras, notab. 3. §. 3. num. 9, & §. 8. per tot.* Bald. Nouell. *de dote, 6. part. priuileg. 16. numero 6.* Ferdinand. Vaſquez Mench. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 628. & ſeqq.* Didac. Perez *in dicta l. 1. tit. 15. lib. 8. Ordinam. verſic. Eſi qualquiera, folio mihi 284.* Montal. *in d. l. 2. tit. 1. lib. 3. Fori leg. P.* Ludouic. Molin. *dict. diſp. 176. num. 26. & ſeqq.* Soto, Viguer, Vega Salon, Ledeſma, & alij, tam Iuriſtæ, quàm Theologi, quos adducit. *P.* Thom. Sanch. *dicta diſp. 25. num. 1. propè fin.* vbi hanc probabiliſſimam ſententiam dicit, reprobans *Veracruz* ibi relatum, non eſſe abſoluendos parentes, qui in hoc caſu filias exhæredant, dicentem. Tenent quoque dictam ſuprà ſententiam. Paul. Pariſ. *conſil. 29. num. 35. lib. 3.* Laurent. Syluan. *d. conſ. 2. num. 43. & 44.* vbi hanc magis communem dicit; Petr. Barboſ. *in d. leg. 1. 4 part. num. 36. verſic. Sed his non obſtantibus, & numer. ſeqq.* quam defendit, contrariis reſpondens: ſequitur etiam *P.* Ferdinan. Rebello *de obligat. iuſtit. 2. part. lib. 2. quæſt. 14. ſect. 2. num. 16.* eandem amplectitur, ſibiquè veriorem videri aſſerit, magiſque communem Philipp. Paſchal. *dict. 2. part. cap. 5. num. 17. & ſeqq.* vbi eam latè comprobat, multiſque firmat argumentis; plenè etiam Gaſpar. Anton. Theſaur. *d. quæſt. 70. num. 7. & ſeqq.* Quam opinionem à benè inſtituta Republica minimè relegandam eſſe, aſſeuerat, in eamquè rem ſanctos Patres in Oecumenicis Concilijs (de quibus ibi, num. 8. mentionem facit) reſpexiſſe, ſibi videri dicit; firmiuſque hanc probat ſententiam, ſi filia indigno nubat, *num. 10.* In quo etiam caſu loquitur *gloſſ. in dict. cap. De raptoribus,* Montal. *in d. l. 2. & ibidem Roderic. Xuar. num. 28.* & alij relati à Sanchez *d. diſp. 25. num. 3.* Laurent. etiam Syluan. *d. conſ. 2. num. 43. & 44.* Philipp. Paſchal. *d. loco*; & hanc eandem (ſibi contrarium) tenere Couarr. *de ſponſal. d. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 7. verſic. Hæc verò omnia,* aliis etiam adductis teſtatur Theſaur. *dict. num. 10.* Octauian. Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 153. n. 3.* Gaſpar. Baëça *de non melior. rat. dot. filiab. dict. cap. 18. num. 2. ad fin.* Capell. Tholoſ. *quæſt. 289. & ibi eius Addis.* Petr. Paul. Pariſ. *dict. conſ. 29. à num. 28. libro 3.* Hieronym. Gabr. *conſ. 153. num. 2.* Petr. Barboſ. *dict. 4. part. num. 38. in princ. & num. 39. propè med. verſic. Et hac de primo caſu, & num. 40. verſic. Sed his non obſtantibus.* Par. Ferdinand. Rebello *dict. quæſt. 14. num. 16.*

Quis autem in hac materia *indignus* dicatur, † videre eſt apud *Thomam Sanchez*, & plurimos ab eo relatos ſuprà *diſput. 27. num. 22. & ſeqq.* vbi quòd vel dicitur indignus coniux, cui alter matrimonio copulari abſque dedecore iuxta ciuitatis mores nequit, ex *dict. l. 2. tit. 1. lib. 3. Fori leg.* ibi: *Y ſi ella caſare con alguno que no ſea conuenible para ella, y para ſu linage*, & ex text. *in l. Si adulterium cum inceſtu, §. Stuprum* (ibi: *Contumacia iuris, & ſanguinis contumelia) D. ad leg. Iul. de adulte.* in idque plurimos congerit, *num. 23.* Quibus etiam addendus Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. dict. quæſt. 6. num. 21. & ſeq.* plures etiam referens Philipp. Paſchal. *dict. cap. 5. numero 67.* Andr. Gail. *practic. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 95. numero 18. & ſeqq.* Garſia Maſtrill. *dict. deciſione*

15 16 17 18 19

cisione 63. *num.* 24. latissimè Giurba *in consuetud. Senat. Messan. cap.* 3. *gloss.* 4. *num.* 10. *part.* 1.

20 Vel etiam *indignus* dicitur; cum quo † matrimonium ob aliquod impedimentum, nisi in eo sit dispensatum, consistere non potest; pluribus adductis firmant Sanchez *suprà*, *numero* 26. & Giurb. *dict. n.* 10. *vers. Indignus etiam is est.*

21 Dicitur etiam indignus ex bonis animi, † vt si coniux malis moribus imbutus sit, ex *l. Sed ea*, 12. D. *de sponsal.* ibi: *Indignum moribus, & turpem sponsum*: tradunt similiter ex plurib. Sanchez *num.* 24. & Giurb. *dict. num.* 10. *vers. Indignus etiam indicatur*, Ex bonis

22 etiam fortunæ † indignum dicente, vt si pauperior notabiliter sit, Sanchez *num.* 25. Giurb. *dict. num.* 10. *vers. Indignus denique*, & aliis relatis Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *num.* 85. Nisi aliunde excessus hic compensetur, vt si pauperior nobilior sit.

Aqua tamen indignitatis causa dissentiunt multi, qui affirmant, indignum dici, qui in-

23 dignitate turpi affectus est, † vt si sit infamis, non si imparis sit conditionis. Ita tenent Angel. *in summa*, *verbo Dos*, *num.* 4. & *ibidem* Sylvester *quæst.* 4. Tabiena *quæst.* 3. *num.* 4. Armilla *num.* 6. Specul. *conscientiæ tract.* 2. *cap.* 53. relati à Thom. Sanch. *supra num.* 22. tenet etiam Mastrill. *dicto num.* 42. & firmat Andreas Gail. *dicto num.* 18. *& sequentib.* Indignum dicens malis moribus imbutum, & qui turpitudine, vel infamia laborat, non qui inferioris sit conditionis. Ideoquè nec paupertatem, imò nec ignobilitatem, quæ culpa contrahentis non provenit, indignitatem inducere, ex eo, quia paupertatem, & ignobilitatem nemo sapiens maledixerit, vt inquit *text.* (quem notabilem dicit) in *cap. Illa cauenda*, 15. *quæst.* 1. & *text. in l. Humilem*, 7. *C. de incest. nupt.* Et faciunt, quæ à Nobis notata sunt *quæst.* 4. *num.* 34. & *quæst.* 7. *num.* 43.

Altercationes, & dubia hæc, vbi palam, & in Ecclesiæ facie, licèt contra patris consensum filij contrahunt, locum habent: si verò insciis parentibus, siue cum digno, siue cum indigno

24 clandestinas contraxerint nuptias, † exhæredationis patiuntur pœnam per constitutionem *text. in leg.* 49. *Tauri*, quæ est *lex.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *nouæ Regiæ Collection.* Quæ cum ius Canonicum clandestina matrimonia prohibens, coadiuuent, absque dubio procedunt, earumque pœnæ, *glossa in clemen. Romani*, *verbo Tolli*, *de election.* & *in terminis* docent Didac. Petez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. Ordina. *verbo Conseieramente*, *y no á furto*, Anton. Gomez. *in dict. leg.* 49. Taur. *num.* 2. Azeued. *in dict. leg.* 1. *num.* 42. & *ibid.* Ioann. Matienço *glossa* 7. *num.* 4. Gregor. Lopez, (ita iudicatum asserens) *in dict. leg.* 10. *tit.* 1. *par. tit.* 4. *verbo Puede ad fin.* Didac. Couarru. *de sponsal.* 2. *part. cap.* 16. *à num.* 6. Ludouic. Molina *de Hispano. primogen. dict. lib.* 2. *cap.* 16. *à num.* 6. Petr. Barbos. *in l.* 1. 4. *part. num.* 35. & 38. *D. solut. matrim.* Pat. Ferdinand. Rebello *de oblig. iustit. dict. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 14. *sect.* 2. *num.* 20. Petr. Cened. *in Collect. iuris Canonic. p.* 2. *collectan.* 58. *num.* 5. Didac. Spino *de testam. glossa* 15. *num.* 74. Hieronym Ceuall. *commun. contr. commun. q.* 5. *num.* 7. & *seq.* & *quæst.* 104. *num.* 38. latè de hac materia Pat. Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 47. præcipuè *num.* 4. vbi quòd siue filia digno, vel indigno nubat, prædictarum legum dispositio locum habebit, ex Acosta, Henriquez, & aliis: dictarumque legum validitatem *num.* 12. & *seq.* defendit, Gaspar. Anton. Thesaur. *dict. quæst.* 70. *num.* 11. & 12. valdè Molinam extollens loco suprà relato, Iacob. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 11. *de sponsalib. num.* 9. versic. *Contrarium consului.* plenè etiam in terminis *dict. leg. Tauri* Philip. Pascha. *de virib. patr. potestat. dicto cap.* 5. *ex num.* 57. *cum seqq.* Francisc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 2. *different.* 7. *num.* 63. plenissimè ex professo *d. legis* 49. *Tauri* materiam prosequens de eius robore, & valore agens Ioannes Gutierrez *practicar. quæst. lib.* 2. *quæst.* 1. *per tot.* præcipuè *à num.* 13. *cum seqq.* P. Vasil. Ponti. Legionens. *de matrim. lib.* 5. *cap.* 37. *de pœnis matrim. clandestini*, *num.* 14. Steph. Grat. *discep. forens. cap.* 213. *à num.* 8. *cum seqq.* ostendens (post *Gregor. Lopez*, *Ludouic. Molin. iustriam. Hieron. Ceual. Veracruz*, *Gutierrez*, & alios) earum legum pœnas etiam post *Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.* locum habere. Per quod cum clandestina matrimonia non valere, nullaque esse disponatur: ex actu nullo infligendam pœnam non esse, dicendum videbatur: cuius contrarium constanter idem ipse defendit, traduntque suprà relati, & latè *Sanchez d. lib.* 3. *disput.* 2. *per totam.*

Adhuc tamen suprà dicta omnia in filia minore vigintiquinque annis, absque patris consensu nubente, vel in corpus suum peccante procedunt: secùs si filia maior vigintiquinque annis † sit, quæ licèt post prædictam ætatem 25
in corpus suum peccauerit, vel absque patris nupserit consensu, siue digno, siue indigno, siue cum dotis promissione, siue sine illa, nequaquam eam dote, vel hæreditate pater priuare potest: vt expressè iura omnia in principio relata, tam iuris communis, quàm Regij determinant. & *ibid. notant* Scribentes, Francisc. Ripa *in l.* 1. *num.* 57. D. *solut. matrim.* Philipp. Franc. *in cap. vnic.* §. *Porrò*, *num.* 1. & 2. *de despons. impub. lib.* 6. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 189. *num.* 58. Gaspar Baëça *de non melior. rat. dot. filiab. cap.* 18. *num.* 2. multò veriorem hanc sententiam dicens Thom. Sanchez *dict. lib.* 4. *disput.* 26. *num.* 11. Cardin. Francisc. Mantic. *de tacit. & ambig. connentio. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 17. Matius Giurba *in consuet. Senat. Mesanens. d. cap.* 3. *gloss.* 3. *num.* 39. Ascan. Clem. *de patria potestat. cap.* 6. *effect.* 11. *num.* 36. Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 2. *different.* 7. *num.* 58. quadrupliciter *numeris seqq.* hanc declarans sententiam, Carp. *ad statut. Mediolan. statut.* 278. *num.* 163. *part.* 1. Francis. Bursat. *consil.* 215. *num.* 10. Martin. Coller. *de aliment. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 37. Petr. Surd. *eod. tract. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 24. & *tit.* 7. *quæst.* 4. *n.* 37. Petr. Cened. *in pract. Cano. quæst.* 13. *n.* 16. Ludou. Mexia *ad leg. Toleti*, 1. *part. fundamen.* 2. *num.* 34. Hieronym. Ceuall. *commun. contra comm. q.* 5. Didac. Spino *de testam. dict. gloss.* 20. *num.* 67. Philipp. Paschal. *de virib. patria potestat. dict.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 63. Cæsar. Barzi. *decis.* 29. *n.* 3. Pater. Ferdinand. Rebello *de obligat. instit. dict.* 2. *part. lib.* 2. *quæstione* 14. *sectione à numero* 14.

Quod

Quod & in prædictæ ætatis filia publicè
26 etiam meretricante † procedere, (quàm nec exhæredare, nec dote priuare ob eam rationem patrem poſſe) docet *gloſſ. in dicto cap. Quintavallis de iureiurand. verb. Exhæredaret poſt med.* Symon de Prætis *de interpretat. vltim. volunt. lib. 1. ſolut. 4. num. 24.* plurimos referens Didacus Spino *dicta gloſſa 20. num. 67.* Pater Ferdinand. Rebello *ſuprà num. 15.* Marius Giurba *dicto num. 39.* Philipp. Paſchal. *loco iam relato, num. 64.* Addens, de iure
27 conſuetudinario ciuitatis Neapolis † ſufficere ſi mulier decimumſextum excedat annum: & Cæſar Barzi *dicta deciſion. 29. num. 5.* quod de conſuetudine, quæ duo de viginti annorum ætatem habet, ſatis longè nubiles annos exceſſiſſe dicitur. Lex verò *6. titul. 1. de los caſamientos dict. lib. 5. Fori leg.* triginta requirit annos, intra quos matrimonio collocare filiam pater poſſit; quo tempore durante, ſi ipſa turpem vitam elegerit, pœnam poterit exhæredationis pati. Cuius tamen non adeſt vſus; ideòque ad iuris communis legumque partitarum diſpoſitionem recurrendum erit, eiſque ſtandum. Licèt per *dict. l. Fori* iuris communis & Partitarum in præſenti placitum in filiabus maioribus 25. annis loquens, limitet Didacus Perez *in dict. l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordinam. ſuper verb. Encubiertamente, verſ. Clandeſtinum, colum. 2.* ad trigeſimumque velit extendi.

Quodque maius notabiliuſque eſt, prædictam concluſionem, procedere, etiamſi filia
28 maior vigintiquinque annis clandeſtinè † matrimonium abſque parentum conſenſu contrahat. Adhuc enim hodiè Regiarum Legum, (quarum ſuprà mentionem fecimus) diſpoſitione ſtante, dote, hæreditatevè per patrem priuari filiam non poſſe (re meliùs conſiderata, ſententiam mutans) docet Pater Thom. Sanchez *de matrimonio, tom. 1. lib. 3. diſput. 47. num. 5.* pro qua etiam adducit Veracruz *in 3. part. Spec. art. 20. concluſ. 2. &* Henric. *lib. 11. de matrimonio cap. 6. num. 3.* præcipuè non extante (vt non extat) Caroli V. pragmatica, quam aliqui factam fuiſſe dicunt exhæredationis pœnam etiam ad filiam maiorem vigintiquinque annis extendentem.

His ſic præhabitis, dubium ſuccedit noſtrum, An filia maior 25. annis, quæ in corpus ſuum peccauit, vel matrimonium abſque patris conſenſu contraxit, dote, vel hæreditate priuari, paternæ paupertatis prætextu poſſit; quia eam pater decenter dotare; matrimonioque locare non valuit? In qua exhæredationi, dotiſvè priuationi poſt prædictam ætatem locum
29 non fore, † ſuadet generalitas *textus in dicta leg. Filiam, & in dict. authen. Sed ſi poſt*, cum aliis in principio adductis. Quæ ſolùm ad illam reſpexerunt iura ætatem, poſtquam, liberam filiabus inſciis, vel inuitis parentibus contrahendi matrimonium facultatem dedere; nec animaduerſione, aut exhæredationis pœna dignam putarunt filiam, quæ poſt eam ætatem in corpus ſuum peccauit, aut turpem vitam elegit; ſed earum fragilitati parcendum, nubendique deſiderio. Cum in ea ætate vix fœminæ continere valeant, ſecundùm Marium Giurbam *in conſuet. Senat. Meſſan. dicto cap. 3. gloſſa 3. num. 39. in fin.* minùs rectè Petrum Cenedum allegantem. Quod & agnouit Iuſtinian. *in authen. de non elig. ſecund. nubent. §. Sin autem* (cuius non meminit Giurb.) eiuſque ſunt verba. *Sin autem non valuerit (cum forſitan, & inuenis hoc non patiatur, nec poſſit contra furorem natura reſiſtere) coll. 1.*

Ideòque cum lege permittente ſine parentum conſenſu poſt prædictam ætatem contrahant, vel etiam (quoad exhæredationis pœnam vitandam) in corpus ſuum peccent: eam incurrere non debent, ex vulgari regula *text. in l. Gracchus 4. C. ad leg. Iul. de adulter. in l. Sancimus 22. C. de pœnis, & cap. Qui peccat, 24. quæſt. 4.* Nec alia (cum nec lex diſtinguat) facienda diſtinctio erit, ex iurib. vulg. Satiſque cohibetur, ac punitur filiarum audacia, conſtitutarum pœnarum metu, ſi intra prædictum vigintiquinque annorum ſpatium in corpus ſuum peccent, ſine parentumvè licentiâ nubant abſque eo quòd etiam poſt illam ætatem aliquam ob id pati debeant pœnam. *Cum mulieres ad hoc natura progenuerit, vt partus ederent & maxima eis cupiditas in hoc conſtituta ſit.* vt Imperator Iuſtinianus, inquit, *in l. 2. C. de indict. viduit. tollend. & in authentic. de reſtitut. & ea quæ parit. in 11. menſ. Collat. 5. §. Vnum*, ibi, *Porrò partum hunc eſſe opus naturalis concupiſcentiæ*, cui conſonat Vlpian. *in l. Quæritur 14. §. 1. D. de ædilit. edict.* ibi: *Maximum enim ac præcipuum munus fœminarum eſt concipere.* Vnde Ariſtot. Phyſicor. *lib. 1.* materiam appetere formam, ſicut fœminam marem aſſerit. Hacque ratione meritò dixit *gloſſa in l. Non exigimus 2. §. Si non propter, verb. Grauida, D. ſi quis cautionibus*, naturali mulierum vitio (in hiſce terminis loquens) parcendum.

Ad quæ prædicta iura pœnam filiabus poſt illam ætatem, ſine parentum conſenſu nubentibus, vel in corpus ſuum peccantibus remittentia, reſpexiſſe videntur. Ac ideò intereſſe, an pater diues ſit, vel pauper, ſed quo quomodo filiam excuſandam, patremque eam exhæredare dotevè priuare non poſſe; videbatur dicendum.

Contrarium nihilominus ſi pater pauper ſit,
† qui decenter pro conditione ſua filiam intra 30
dictam ætatem maritare non valuit aſſerendum eſt: poſſeque tunc patrem filiam vigintiquinque annis maiorem exhæredare, dotevè priuare nec ad dotis teneri conſtitutionem, licèt poſt illud delictum, vel peccatum à filia perpetratum dotare eam congruenter poſſet. Intelligendo tamen in caſu quo minorem vigintiquinque annorum filiam dote, vel hæreditate (iuxta à Nobis latè ſuprà tradita) priuare pater poſſet.

Suprà dictaque ſententia firmatur. Primò, quia iam relata iura parentibus filias poſt vigeſimumquintum ætatis annum, abſque eorum conſenſu nubentes, vel in corpus ſuum peccantes exhæredandi facultatem denegantia, non tam filiarum fauorem, quàm (ob tantam in maritandis filiabus deſidiam, ac negligentiam) parentum odium reſpiciunt, vt tenent omnes hac de re agentes, ſupràque relati, *num. 25.* & manifeſtè eadem ipſa iura demonſtrant, *in d. auth. vt cum de appellat. cognoſc. in §. Aliud quoque*, ibi: *Si verò vſque ad vigintiquinque annorum ætatem peruenerit filia, & paren-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tes distulerint eam marito copulare: & *in dicta auth. Sed si post*, ibi: *Sed si post 25. annum re differente, &c.* Ergo à contrario sensu, si pater non differat, quia non potest, pauperque est; potestas sibi erit in prædicto casu filiam maiorem vigintiquinque annis non aliter, quam minorem exhæredandi. Verbum enim
31 Differre † in dictis iuribus adiectum liberam supponit voluntatem, & potentiam, ac negligentiam pariter in eo qui aliàs facere posset *ex text. in authentic. Dos data, C. de donat. ante nupt. in l. Creditor oblatam*, 102. *iuncta glossa fin. ibid. in l. Si soluturus* 39. *in l. Qui decem* 72. D. *de solutionibus in l. Ab hostibus* 15. §. *fin. iuncta l. sequenti*, D. *ex quibus causis maior. in cap.* 2. §. *Si autem Episcopus, extra de concess. prabend.* notant Paul. Cast. & alij *in dicta lege. Filiam, C. de inoffic. testament.*

32 Ideòque *differre* non dicitur, † vel *negligere*, qui non potest facere, *l.* 1. *in fin. C. de annal. except.* Salycet. *in l. Quod te mihi, numer.* 24. *versic. Secundo quia*, D. *si cert. petat.* Nec *Differre*, qui non negligit facere, nec negligere, qui non potest, *text. in l. Thais*, §. 1. D. *de fideicommiss. libert.* Salyc. *in dicta l. Quod te mihi, num.* 26. Ac per consequens, qui negligens non est, negligentiæ pœnam
33 pati † non debet, *l.* 3. D. *de separat. l. Ab hostibus* 15. §. *fin. & l. sequenti* D. *ex quibus causis maiores, l. vltim. in fin. C. de Posthum. hared. institut.* tradit in simili P. Leonard. Lessius *de iustit. & iure lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 19. *n.* 100. *vers. Secundo.*

Pater autem, qui filiam congruè dotare non valet, negligens dici nequit, nec appellandus
34 est, † qui faciendi facultate caret, iuxta suprà dicta, & probat etiam *text. in l. Pupillus* 24. *in fin.* D. *qua in fraud. credit. & cap. Nunciatum*, 74. *dist.*

Differreque ille dicitur, qui potest non *differre*; † text. *in l. Eius est nolle*, 3. D. *de regul. iur. in l. Pater Seuerinam* 100. D. *de condit. & demonstrat.* vbi nolle nubere, non dicitur, quæ viri potens non est, ex quo matrimonium contrahere non potest, *text. in l. Quis sit fugitiuus* 17. §. *Idem ait si seruus* D. *de ædilit. edict. & in l. Nolle adire* 4. D. *de acquir. hæredit.* Et per *dict. legem. Eius est nolle*, dixit Abb. *consilio* 22. *lib.* 2. (*incipit Quidam Ioannes*) *num.* 3.
36 Illum propriè dici *silere*, † qui potest loqui. Et facit *text. in l. Ab administratione*, 8. *C. de legat.* per quem Bald. ibi (post Iacob. Butr.) ad statutum imponens pœnam declinanti iurisdictionem Potestatis, vt non habeat locum in
37 Ecclesiastico, † qui etiam si velit, non potest coram seculari litigare, infert ex vulgari regula *text. in cap. Si diligenti, de foro comp.* plura similia adducens Decius *in dicta leg. Eius est nolle.*

38 *Differre* denique non dicitur impeditus, † *glossa in cap. Quam sit* 6. *de elect. in* 6. *in* §. *Electus verò, verb. Distulerit, text. in cap.* 2. *iuncto cap. Quia diuersitatem*, 5. *de concess. prabend.* notat Abb. *in cap. Cum esses, num.* 34. *propè fin. de testam.*

Validissimum autem (in hoc præcipuè casu) præstat impedimentum paupertas. Quæ & re-
39 gulariter moram committi † impedit, ab eaque excusat, vt suo diximus loco, probatque *text. in dicta l. Quod te mihi*, 5. D. *de rebus credit. glossa in l. Vinum* 22. *verb. Cùm petitum circa princip.* D. *eod. tit. & in cap. Mora sua, extra de regul. iur. in* 6. Cacialup. *in l. Omnes populi, num.* 105. D. *de iust. & iur.* Ripa *in dicta l. Quod te mihi, num.* 40. Paul. Castrens. *in l. Si reus, num.* 9. D. *de procur.* Marc. Mantu. *singul.* 198. *num.* 1. *& sequentibus.* Matthæ. de Afflict. *decis.* 377. *num.* 1. Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæst.* 48. *num.* 37. Sforc. Oddus *in tract. de restit. in integr.* 1. *part. quæst.* 11, *art.* 9. *num.* 49. Sebast. de Medic. *de casibus fortuit.* 2. *part. quæstione* 4. *num.* 32.

Pro hac etiam sententia vulgate facit axioma, de quo in *l. Iure succursum*, 7. D. *de iure dot. in l. Diuus* 14. *de offic. præsid. in cap. Ex parte* 5. *de cleric. ægrot.* cum similibus. Afflicto † 40
scilicèt non esse afflictionem dandam, vt & ait Apostol. ad Phippens. *cap.* 2. *Ne tristitiam super tristitiam haberem.* Potiúsque miserit miserandum, vt inquit *text. in dict. cap. Ex parte*: optimus etiam ad propositum *in l. Ex conducto* 15. §. *Si vis*, D. *locat.* ibi: *Ne suprà damnum seminis amissi, mercedes agri præstare cogatur.* Quare sufficiet misero patri egestas sua, quin scelus illud, iniuriamque à filia in corpus suum peccante, absque eiusvè consensu (indigno saltem) etiam post ætatis 25. annum nubente, sibi illatam, exhæredationis pœna vindicare prohibeatur, cum per patrem, quo minus filiam nuptui traderet non steterit, nec eius nuptias distulerit paupertate impeditus. Quo quidem casu, eadem pœna, quæ *minoribus* vigintiquinque annis filiabus sic contrahentibus vel in corpus suum peccantibus imponitur; locum etiam in maiotibus habebit. Deficiente enim ratione legis, vel causa (patris scilicèt negligentia) effectus quoque (pœnæ nempè remissio) deficiet, ex iuribus vulgatis, plenèque à *Nobis* congestis in *axiomat. & locis commun. iuris lit. L. num.* 22.

Suprà dictam denique sententiam expressè firmant Ludouic. Morot. *consil.* 99. *num.* 59. *& sequenti*, & Philipp. Paschal. (eum referendo) *de virib. patr. potest. part.* 2. *dict. cap.* 5. *num.* 66. vbi quòd si pater in maritando condigno viro filiam negligens *non fuit*, † quodque potuit 41
fecit, nec tamen valuit; facultas illi erit filiam exhæredandi, ptiuandivè dote, si post dictam vigintiquinque annorum ætatem in corpus suum peccauit, vel absque patris consensu indigno nupsit, asseueranter proferunt.

Ex quibus indubitata remanet hæc opinio, contrariorumque patet responsio. Non itaque obstat, *Naturali vitio mulierum forè parcendum*, vt protulit *gloss. verb. Quia naturale in l. Fluminum* 24. §. *Vitium*, *per text. ibi*, D. *de damno infect.* & *glossa* 1. *in l.* 2. §. *Si non propter* D. *si quis caut.* Cui irridet Bald. dicitque illam truffam *ibid. in* §. *Si quis in iudicio, num.* 4. Præstaretur enim aliàs eis peccandi ansa, quod nullo modo dicendum, aut ferendum est. Nec naturali vitio parcendum, vbi casus prouideri, vitarique (ratione duce) potuit; docet Vlpian. *in l. Si seruus* 27. §. *Si fornicarius ad fin.* D. *ad legem Aquil.* & decernit in terminis Iustinian. Imper. *in dicta auth. de restit. & ea, quæ parit in vndeci. mense, dict.* §. *Vnum.*

Qui

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Qui in *dict.§. Sin. autem, dict. auth.de non elig. ſecundo nuben.* Naturalis vitij ratione non illicitum excuſat, licèt honeſtati aliquantulum luxet habenas.

Dubium autem verſatur, An vt pater pauper filiam in prædicto caſu exhæredare poſſit,
42 diligentiam teneatur probare, † ſeque quidquid potuit, feciſſe? Et probationem, proteſtationemque requiri, nec ſolam paupertatem ſufficere, ex eo deducitur, quia impeditus te-
43 netur facere quidquid poteſt † vt impedimentum ceſſet, docente *Præpoſ.in capit. Ex ratione, num.27.& 28. de appellat.* iuxta *text.* & notata per *Bart.& Doct.in l.2. §. Quod diximus, D. ſi quis cautionib.* Nicol. Boër. *deciſ.* 40. *num.* 5. Matthæ. *de Afflict. deciſ.* 29. & alij relati per Azeued. *in l.14. tit.7. lib.4. nouæ Reg. Collect. num.24. & in l. 2. tit. 18. num.* 50. Facit text. *in l. Capite trigeſimo*, 19. D. *ritu nuptiar.* (aliàs incipit, *Qui liberos*) *in fine*, ibi: *Prohibere autem videtur, & qui conditionem non quærit.*

44 Debetque probari diligentia, † *l. Qui commeatus* 14. D. *de re milit.* Alexand. *conſil.* 49. *lib.2. Afflict.dict.deciſ.29.n.1.* Stephan. Gratian. *deciſ.*34.*num.*18. Paul. Æmill. Verall. *in deciſ. Rotæ Roman.72. littera I. verb. Impedimentum, per totam, præcipuè, n.6.part.2.* Iacob.Menoch. *de arbitrar.lib.2. centur.2. caſu* 118. *num.7. & caſu* 153. *num.*15.

Nec ſufficit probare impedimentum, niſi probetur pariter, quòd quis feciſſet illud ad
45 quod erat adſtrictus, † ni impedimentum adeſſet. Ideò quando notorium non eſt, quem propter impedimentum non feciſſe, proteſtari debet, vt aduertit Felin. *in cap. Ex tranſmiſſa, in princip. de Præſcript.* Alexand. *in l. de pupillo, §. Si quis ipſi Prætori, num.*1. & 9. (vbi eſt *text.* ſecundum vnam lecturam, communiter approbatam) Cardin. Iacob. Pute. *deciſ.* 436. *num.*4. *lib.* 2. communem hanc ſententiam dicens Verall. *ſupra, deciſ.*73. *lib.*2. Nicola Boër. *dict. deciſ.*40. *num.* 4. Marc. Anton. Natta *conſilio* 158. *num.* 5. Franciſc. Becci. *conſilio* 104. *num.* 3. Aymon. Craueta, Pariſ. Crot. & alij quos refert, & ſequitur Petr. Surd. *conſil.* 12. *num.*21. *& conſil.* 369. *num.* 42. *& conſil.* 374. *num.*28. *& conſil.*427. *num.*36. Vincent. Caroc. *ſingul.*110. Licèt contrariũ velit Paul.Caſtrenſ. & alij quos refert Nicol. Boër. *deciſ.*40.*num.*5. per text. *in l. fin.* D. *quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſeruetur*, reſpondens *textui in d. l. Qui commeatus*, ita ibi contigiſſe de facto. Qua de re videndus *d.loco Boër.*

Sufficereque ſi de paupertate conſtet, abſque aliqua diligentiæ proteſtatione, vel probatione, in caſu præcipuè, noſtro, cum regu-
45 lariter ſine dote non contrahantur † matrimonia, vt (cum experientia) docent Socin. Iun. *conſilio* 8. *num.*12. *lib.*2. Purpur. *conſilio* 461. *num.*10. Aymon. Ctaueta *conſilio* 40. *num.*1. *in fin.* Hercul. Mareſcot.*variar.reſolut.lib.*1.*cap.*8. *num.*11. Proſper. Farinac. *nouiſſ.deciſ.Rot. Rom.* 2.*part.deciſ.*124.*num.*2. Inanemque diligentiam
47 fore, cum nullus indeproueniat effectus, † ac per conſequens neceſſariam non eſſe; firmandum abſque dubio videtur, ex ratione *text. in cap. Per tuas* 32. *de ſimonia, in l. Hac ſtipulatio* 14. *§. diuus.* D. *vt legat. ſeu fideicommiſſ. nomin. caueat. in l. Aliquando* 13. *§. fin. in l. Debitrix,* 24.*§.vltim.* D. *ad S. C. Vellei. in l. Apud Iulianum* 11.*§.fin. in l. Ille à quo* 13.*in princip.* D. *ad S. C. Trebell. in l. Ad probationem* 21. *in fin. C. de probat.* & ex latè deductis per Surd. *de aliment. tit.*1. *quæſt.*25. *num.*1.2.& 3.& ex Senecæ ſententia *declamat. lib.*5. *declamat.*8. *Quia non obiicitur* (inquit) *quod non nocet obiectum.* Et in ſpecie, diligentiam ſi fruſtratoria ſit † non 48
eſſe adhibendam, dixit Felin. *in cap. Ex tranſmiſſa, num.*2.& 6. *de præſcript.* quem refert & ſequitur Hieronym. Gonzal. *in regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 12. *num.* 89. Paul. Æmil. Verall. *deciſione* 89. *ſeu* 10. *numero* 3. *part.* 3. *littera R.*

Nullamque in Præſenti efficacem decentemvè poſſe à patre adhiberi diligentiam conſtat. Indecens enim foret, indecorum, ac turpe, paſſim homines vt cum filiabus incongruè vel omninò indotatis matrimonium contraherent, inuitare. Quod fieri, nec lex, nec ratio ſuadet cum pauci nullivè ſint, qui ſine dote † vxores 49
ducere (vt diximus) velint, *l. Si donaturus,*9. *§.1. de condict. cauſ. dat. l.*4. *§. Sed etſi mulier, l.*5. *§. Si eum qui*, D. *de dol. mal. except. l.* 1. D. *ſolut. matrim.* Et per conſequens imputari patri non poſſet, ſi non fecit, quod factum non profuiſſet, † dubiumvè foret an 50
factum prodeſſet, ex ſententia *Baldi conſ.*145. *num.*4. *verſ. Item non tenetur, lib.* 3. Crauet. *conſ.*83. *num.*5. Becci. *conſ.* 100. *numero* 10. Surd. *deciſ.* 160. *num.*6. *& deciſione* 326. *numero* 69.

Prædictam denique ſententiam (proteſtationem ſcilicèt non requiri, ab eaque paupertatem excuſare, † ac ſi de ea conſtet, ſuffi- 51
cere) obſeruant Felin. *in cap. Si qui teſtium, num.*10.*verſic. Ad idem, de teſtib.* Paul. Æmill. Verall. *dict. deciſ.* 73. *lib.*2. ita ſeruare *Rotam Romanam* affirmans, æquiorem, ex multis, dicit, Stephan. Gratian. *dict. deciſ.*34. *num.*19. *& ſeqq.*

In dubioque præſumi patrem de maritanda filia agere, † deque viro digno, & æquali 52
nuptui tradendo ſolicitum eſſe, probat (ex *dict. auth. Vt cum de appellat. cognoſc. §. Cauſas*) Ludouic. Molin. *de iuſtit. & iure, 1.tom. tract. 2. diſp.* 176. *num.* 12. Thom. Sanchez *de matrim.lib.*4.*diſp.*24.*num.*5. Philipp. Paſcha. *d. cap.* 5. *num.* 37. Conducit Ouidi. *de remedio Amoris, lib.*2.

Hunc filia nubilis angat.

Vtrum autem hæc exhæredationis pœna in filia, quæ poſtquam vigeſimumquintum ætatis annum attigit, † non tamen impleuit, 53
abſque patris conſenſu nupſit, vel in corpus ſuum peccauit, locum habeat? videndus Petr. Barboſ. *in dict. l.*14. *part. num.* 41. *ad fin.* D. *ſolut. matrimon.* & latè *P.* Thom. Sanchez, *dict. diſput.* 2.4. *num.* 9. plenè etiam Melchior Phœb. *in deciſ. Luſit. deciſ.* 45. ferè per totam.

* *
*

VTRVM VLTRA DECIMAM bonorum ſuorum partem, quæ promiſſionis tempore habebat poſſit hodiè promittere pauper arrhas?

SVMMARIVM.

1 *Arrhæ hodiè dicuntur, quæ olim donationes propter nuptias appellabantur. Et ſtatuta de iure communi in donationibus propter nuptias, in arrhis hodiè locum habent.*

2 *De arrharum natura, & an à donationibus propter nuptias differant? remiſſiuè.*

3 *De iure communi, donationes propter nuptias ad dotis menſuram aſcendere poterant, non excedere.*

4 *Arrharum conſtitutio ad decimam bonorum mariti partem, quæ matrimonij tempore habebat, fuit coarctata.*

Neque huic conſtitutioni, aut prohibitioni poteſt renunciari. Et quæ ſit pœna tabellionis huiuſmodi in inſtrumento apponentis renunciationem? ibid. remiſſiuè.

5 *Qui ita pauper eſt, vt matrimonij tempore arrhas conſtituere non poſſit, nec de bonis futuris eas promittere poterit. Contrà* num.6.

QVÆSTIO XVIII.

1 ARrhas hodiè in Hiſpaniâ, quæ olim donationes propter nuptias † appellabantur, dici, conſtat ex *text. in l.* 1. *titulo* 11. *part.*4. vbi notat Gregor. *gloſſ.*4. *verb. En España propriamente arras.* Inferens inde, ſtatuta de iure communi in donationibus propter nuptias loquentia, in hodiernis arrhis locum habitura. Probatur etiam ſuprà dicta aſſertio *in l.* 87. *tit.* 18. *part.*3. vbi etiam Gregor. Lopez, *& in l.* 3. *tit.* 15. *gloſſ.*4 *verb. O el arra, part.* 6. Deque

2 arrharum natura, † & an, & à donationibus propter nuptias differant? latè apud eundem Gregor. *ſuprà*, Palac. Rub. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 2. *num.* 2. *&* §. 12. *n.* 1. *&* §. 17. *num.* 5. Roderic. Xuar. *in l. Quoniam in prioribus, ad legem Regni, quæſt.* 5. *num.* 10. *C. de inofficioſ. teſtam. & in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 3. *Fori leg. num.* 1. *&* 2. Illefonſ. Montalu. *in rubric. dict. tit.* 2. *lib.* 3. *Fori*, Didac. Couarru. *in* 4. *decret.* 2. *part. cap.* 3. §. 7. *numero fin.* Gaſpar Baëça *de non melior. ration. dot. filiab. cap.* 2. *num.* 10. *& cap.* 5. *num.* 18. *& cap.* 8. *num.* 24. Anton. *de Meneſes in auth. Res quæ, num.* 25. *C. commun. de legat.* Anton. Gomez. *in l.* 50. *Taur. num.* 12. *& ibidem* Tell. Fernand. *num.* 5. Ioan. Matienzo *in rubric. tit.* 2. *lib.* 5. *Nouæ Reg. Collect. num.* 6. pleniſſimè Aluar. Valaſc. *conſult.* 2. *per tot.*

Quæ quidem propter nuptias donationes, vel arrhæ, licèt de iure communi ad dotis men-

3 ſuram ſummamque, † poſſent aſcendere, non verò vltra, *text.* eſt in *l. ſi conſtante* 19. (vbi notat, rationemque reddit Dionyſ. Gothofred. *verb. Eiuſdem quantitatis littera H.*) *C. De donat. ante nupt.* alia iura, & authoritates refeens Gaſpar Baëça *d. tract. de non melior. rat. dot. filiab. cap.* 1. *num.* 10. De iure verò Regio, ad decimam † bonorum partem arrharum conſtitutio, datioque fuit coarctata, per *text. in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 3. *Fori leg.* Cuius deciſio comprobata eſt per *leg.* 5. *Taur. & l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *Nouæ Reg. Collect.* prohibentes ſimul earum fieri renunciationem, neque valere decernentes, pœnamque tabellionibus eam renunciationem in inſtrumentis apponentibus infligentes.

Decima autem bonorum mariti pars habita conſideratione bonorum, quæ promiſſionis tempore maritus habet æſtimanda, computandaque eſt, vt ex dictis iuribus colligitur, & notant ibi Scribentes.

Ex quibus matrimonij tempore pauperem, † nec arrhas conſtituere valentem, ſi eas pro- 5
mittat, cum minima, vel nulla bona habeat, quorum reſpectu fieri decimæ partis computatio poſſit; neque obligari, neque de bonis poſteà quærendis (cum promiſſionis tempus attendendum ad id dixerimus) arrharum promiſſionem valere, videbatur firmandum.

Contrarium nihilominùs ſtatuit celebris, ac 6
ſingularis *textus in leg.* 2. *tit.* 2. *dicto lib.* 3. *Fori leg.* vbi diſponitur, quòd ſi ita pauper ſit maritus, vt vnde vxori arrhas præſtare poſſit non habeat; promittere tamen eas de bonis poſtmodum quærendis valeat, firmaque & efficax talis promiſſio erit, proque arrhis ſic promiſſis, quandocumque poterit vxor maritum conuenire, computabunturque ſecundùm bona, quæ ipſe petitionis, connuentioniſque tempore poſſidet, vt non ampliùs decima eorum parte recipiat. Quam legem extollunt, notabilemque dicunt, & in praxi ſeruari teſtantur Rodericus Xuarez *in dicta leg.* 1. *tit.* 2. *lib.* 3. *Fori leg. num.* 10. Palac. Rube. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 24. *num.* 2. Antonius Gomez. *in l.* 50. *Tauri, num.* 13. *verſic. Vnum tamen eſt*, vbi eam notabilem, & quotidiè practicari dicit, & ibidem Caſtillo *num.* 5. Gaſpar Baëça *dict. tract. de non melior. rat. dot. filiab. cap.* 31. *num.* 10. *in fine.* Aiora *in tract. de partit.* 1. *part. cap.* 7. *num.* 18. Ioan. Matienz. *in dict. l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect. gloſſ.* 2. *num.* 5.

VTRVM ACQVISITA conſtante matrimonio communicari, ac diuidi inter virum, & vxorem debeant, licèt alter coniugum inops eſſet? nullaque, aut inæqualia ad matrimonium attuliſſet bona?

SVMMARIVM.

1 *Acquiſita conſtante matrimonio, inter coniuges ex iuris Regij diſpoſitione communicantur.*

2 *Niſi alter coniugum nulla ad matrimonium bona attuliſſet, quia acquiſitorum non fit tunc communicatio. Contrà* numero 3.

4 *Minus dicitur attuliſſe, etiam qui nihil attulit.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO XIX.

SAncitum iure Regio extat, acquiſita conſtante matrimonio inter coniuges communicanda, † *text.* eſt in *l.1. tit.3. delas ganancias del marido, y de la muger, lib.3. Fori leg.& in l.2.tit.9.lib.5.noua Reg.Collect.*

Nunc an dictarum legum diſpoſitio, etiamſi alter coniugum inops eſſet, nullaque ad matrimonium bona attuliſſet, locum habeat, otitur dubium!

Et non procedere. † neque lucra durante matrimonio acquiſita inter coniuges communicanda; ſed eius tantùm eſſe, qui ad matrimonium bona attulit; non etiam eius, qui nulla adduxit: pluribus argumentis, & mediis (iuridicis quidem, & efficacibus) tenet Alphonſ. Montal. *in dict.l.1. tit.3. lib.3. Fori leg. ſuper verbo de Rey*, verſic. *Quæritur, ſi maritus venit ad matrimonium diues, & opulentus, vxor autem pauper, & ſine dote, vel è contrà*? ſic *dict.legis* diſpoſitionem limitans. Cuius fundamenta (quia apud ipſum videri poterunt, & apud *Roderic. Xuar.* qui de verbo ad verbum ea tranſcripſit, illa approbans, rectáque ſibi videri dicens, *in dict.l.1.num.39.& 40.* ne in idem incidamus) omittimus, remiſſione ad eos facta, & ad *Barthol. Caſſanæum* (qui cum illis tenet) *in conſuet. Burgund. rubric.4. §.2.verb. Mariee, num.2. & 3. & verb. Et acqueſtez num.14.* verſ. *Limita ſecundo, & num.15.* de ſimili loquens conſuetudine legéque municipali.

Contrariam † verò ſententiam (communicanda ſcilicet lucra conſtante matrimonio acquiſita, coniugi, qui nulla ad matrimonium bona attulit quia habet, quod ſibi imputet, coniux) tenuit in pari caſu Nicola Boër. *deciſ.22. n.31.* tenuit etiam (licèt poſtea ſententiam mutauerit) Bart. Caſſan. *dict.rubr.4.§.2. verb.* Mariee, *num.3.* Vbi quòd ſic iudicaret, & conſuleret, ſi caſus euenitet: ex quo lucra conſtante matrimonio facta, ratione matrimonij tantùm communicantur, ex illius Ducatus conſuetudine, priuataquè lege (vt & noſtris cauetur.) Et de communi vſu teſtatur Roderic. Xuar. *in dict.l.1.tit.1.lib.3.Fori, dict.num.40.prope fin.* vbi quod diuidi acquiſita conſtante matrimonio, etiamſi ad illud alter coniugum nil attuliſſet, ſeruari ſemper vidit. Sequitur (eundem etiam in Regno Perù vigere vſum aſſerens.) Ioann.Matienz. *in dict.l.2.tit.9. lib.5. noua Reg. Collect. gloſ.1. num.8.* Pro qua benè facit ſententia *text.in l.4.eodem lib. & tit. noua Reg. Collect.* quæ æqualiter communicari lucra matrimonio durante facta, licèt alter coniugum minùs altero ad matrimonium attuliſſet, iubet.

Minuſque † dicetur attuliſſe, etiam qui nihil attulit, ex ratione *legis minus* 32.D. *de verbor. ſignificat.* Ita etiam obſeruat Petr. Sanz.Morquecho *de diuiſ. bonor.cap.15. num.11.* (aliiſque relatis Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſſan. cap.1.gloſ.6.n.34.part.1.*

VTRVM INCERTITVDO vitiet actum, etiam vbi paupertatis fauor adeſt? aut eius cauſas ſuſtineatur?

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo paupertatis fauore actum non vitiat.*

QVÆSTIO XX.

QVia latiſſimè quæſtionem hanc per quinquaginta tres numeros proſequutus eſt Cornel. Beninc. *de paupertate tract.* (cui nihil addendum ſupereſſe videtur)(*in 3.ſpeciali in vltimis voluntatibus*: latè paupertatis fauore incertitudinem actum non vitiare, † eiuſque ratione ſuſtineri comprobans: non in ea immorabimur, remiſſione ad ipſam alioſque quos de nouo hac de re latè agentes addimus, contenti Hi ſunt Andr.Tyraquel. *de pia cauſa, priuileg.5. & 56.* Ioan. Gutierez *de iuramen. confirmat. 1. part.cap.64.per tot.*Cardinal.Franciſc.Mantic. *de coniectur.vltim.volunt.lib.6.tit.3.num.43. & ſequentib. & de tacit. & ambig. conuentio lib.14. tit.30. per tot. & deciſ.235. num.10.* Hieronym. Buccaron. *de different.inter iudic.ciuil.& crimin. differ.100. num.* 18. apud quos, quæ ſigillatim Benincac. proſequitur, videri plenè poterunt.

1 1

VTRVM PAVPERTAS donationem præſumi faciat?

SVMMARIVM.

1 *Donationis titulus non præſumitur, vbi alia (etiam leuis) poteſt ſumi coniectura.*
2 *Donare, eſt perdere.*
3 *Perdere, vel iactare ius ſuum, nemo præſumitur.*
4 *Potiùs error, quàm donatio præſumitur, &* num.7.
5 *Et etiam vbi fauor dotis adeſt.*
6 *Potiùs fatuitas, quàm donatio præſumitur.*
7 *Et potiùs actus nullitas, delictum, fraus, & ſimulatio præſumitur.*
8 *Paupertatis ratione præſumitur donatio, ſi à diuite pauperi in moderata quantitate fiat.*

QVÆSTIO XXI.

DOnationis titulus vbi alia (etiam leuis) ſumi poteſt coniectura non præſumitur † *text.*eſt *in l.Campanus, 47.D.de oper.libert.in l. Cum de indebito, 25.D. de probat. in l. Cum aurum 50. in l.diſpenſatorem, 62.* (*& vtrobique per Scribentes*) *D. de ſolut. in l. Eleganter, 24. §. Qui reprobos* (vbi etiam notat Dionyſ. Gothofred. *littera C.verbo Reddendis*) *D. de pignor.actio.*Bald. *in l.1. n.3. verſ. Item quia in dubio videtur potiùs negotium geſſiſſe, quàm donaſſe C.ad S.C.Trebel.& in l.fin.num.12.de dot.promiſ.*

1

Aretin. *in l. Si procuratorem, num.* 11. *D. de cond.cauſ.dat.* Ludouic.Roman.*conſ.*445.*num.*7. Alexand. *in l. Senatus*, §. Marcellus, *D. de legat.* 1. *& in l. Si & vſusfructus*, §. *Dos legata, num.*4.*D.ad leg.Falcid. & conſ.*168.*num.*9. *lib.*2.*& conſil.*114.*in fin.lib.*3.*& conſ.*40.*num.*4. *vbi etiam eius Addit. lib.*4. *& conſ.*87.*num.*15. *lib.*6. Iaſ.*in l.*1.§. *Denique, num.*13. *D. ad Trebel.& in l. Si fundum per fideicommiſſum, n.*19. *verſicul. Item pro iſta ſolutione, D. de legat.*1. Matthæ.de Afflict.*deciſ.*43.*num.*24.*& deciſ.*80. *num.*4.Andreas Tyraquel.*in l. Si vnquam, verbo, Donatio, num.*169.*C.de reuoc.donat.*Cornel. Benincac. *de paupertate ſpeciali* 1. *in contract.lib. num.*1.Petr.de Anchar.*conſil.*32.*num.*10.*& ſeqq. & conſ.*106.*in princip.& conſ.*180. *num.*12. Aymon.Crauet.*conſ.*77.*num.*14. *& conſ.*142. *n.*26. *& conſilio* 149. *num.*9. Anton. Capit. *deciſ.*180. *num.*11.*& ſeqq.* Cardin.Tuſch. *practic. concluſ. littera D.concluſ.*702. *per tot. præcipuè num.*4. apud quem plures vide ampliationes, Petru. Sanz. Morquecho *de diuiſ. bonor. lib.*2. *cap.*17. *num.*36. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiſ. art.*50. *num.*38.

Donare enim nihil aliud eſt, quàm perdere,
2 † *l.Filiusfamilias*, 7. *D.de donat. l. Contra iuris regulas* 29.§. *Si filius*, D. *de pact. l. Si filius fam.*4. *D. ad S.C.* Macedon. cum aliis adductis per *gloſſ. in dict. l. Filiusfam. verbo, Vt perdat.* Facetè Valer.Martial.*epigram.lib.*1. *epigram.*62. *de Lino.*

Dimidium donare Lino, quàm credere totum.

Qui mauult, mauult perdere dimidium.

Perdere autem, vel iactare velle ius ſuum
3 nemo præſumitur, † vulgaris *text. in dict. l. Cum indebito*, 25. *de probat. cap. Super hoc*, 5. *extra de renuntiat.*

4 Potiùſque error, † quàm donatio præſumitur, *gloſſ.& ibid.*Bald.Angel.*& alij in l. Generaliter*, 13. *verb. Eamque cauſam, C. de non numerat.pec.* Thom.Grammat.*deciſ.*68. (*incip. In cauſa magnifici Tiberij*) *numer.* 3. Cuman.*conſuet.* 37. *in fin.* Beninc. *ſuprà*, & alij infrà referendi.

5 Quod etiam licèt dotis fauor adſit † procedit: potiùs enim errorem, quàm donationem præſumi; firmat Bald.*conſ.*120.*lib.*5.Paul.Caſtr. *conſ.*96.*in fin.lib.*2.*verſicul. Vnde potiùs præſumitur*, Corne.*conſ.*124.*num.*6.*lib.*1. Tuſcuh. *dict. concluſ.*702. *num.*30. latè Ioſeph. Maſcard. *de probat.concluſ.*571.*n.*13.

6 Et potiùs fatuitatem, † quam donationem præſumi; tenet etiam Bald.*in dict.l. Generaliter, num.*17.*C. de non num.pec.* Iaſ. *in l. Ex hoc iure num.*57.*de iuſt.& iur.*Bolognet. *in l. Cum quid, num.*62.*D.ſi cert. pet.* Cornel. Beninc. *vbi ſuprà num.* 4. plura in hanc rem *num. ſeqq.* congerens latè etiam Aym.Crauet.*conſ.*666.*num.*8.*& conſ.* 192.*num.*7. Vbi quòd potiùs fatuitas, & error etiam in facto proprio, quàm donatio præſumitur.

Potiùſque errorem, fatuitatem, actus nul-
7 litatem, † imò & delictum, fraudem, & ſimulationem præſumi, pleniſſimè Franciſc. Becci. *conſ.*90.*num.*18.*& conſ.*52.*num.*70.*& ſeqq.* Cardinal. Tuſch.*dict.litt.*D.*concluſ.*702.*num.*32.52. 53.*&* 54.Marc.Anton. Macerat. *dict. reſolut.*23. *num.*12.

Paupertatis ratione præſumitur donatio, ſi à diuite † pauperi in moderata quantitate fiat, 8 *text.in cap. Et ſi quæſtiones*, 18.*de ſimonia, vbi* Abb. *num.*3. *& alij gloſſ.*2. *in fin. in l. Si filij tui* 16.C. *de donat. inter vir. & vxor.* Bart. (quem cæteri communiter ſequuntur) *in l. Cum quid, num.*11. D. *ſi cert. petat.* Paul. Caſtrenſ. *in l. Si fundum*, *la* 2.*num.*3.D.*de legat.*1.Franciſc.Ripa *in l.*2.*in princip.num.*24 D.*ſi cert.pet.* Benincac. *dict.ſpeciali* 1.*num.*26. Bertrand. *conſ.*102.*n.*11. *lib.*1.Iacob.Menoch.*de præſumpt.lib.*3. *præſumption.*24. *num.*4. Sebaſtian. de Medic. *de caſibus fortuit.*2.*par.quæſt.*4.*num.*16. Vincent. Carot. *in tract.de depoſito, par.*2.*quæſt.*25. *verſic. Primus eſt, ſi quantitas ſit parua, dans ſit dines, & accipiens pauper, præſumitur donatio.*

VTRVM PROHIBITA alienari, propter paupertatem alienari poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Lex prohibitiuè loquens, formam incommutabilem inducit.*

2 *Etiamſi lex in nudis prohibitionis terminis quieſcat, nec clauſulam irritantem adiiciat.*

3 *Factum contra prohibitionem legis non tenet, etiamſi in tempus habile conferatur.*

4 *Rerum dotalium alienatio nulla eſt.*

5 *Prohibitio hominis, & legis æqualiter operatur. Et prohibitio alienationis ex cauſa à teſtatore facta, dominij tranſlationem impedit.*

6 *Prohibitio alienationis in contractu facta, dominij tranſlationem non impedit, licèt aduersùs alienantem detur ad intereſſe actio.*

7 *Prohibitio alienationis appoſita in donatione cauſa mortis, idem quod in teſtamento facta operatur, dominijque tranſlationem impedit, &* n. 10.

8 *Donatio cauſa mortis, quoad ordinationem in multiſque caſibus, contractui æquiparatur.*

9 *Quo ad effectum autem, vltima voluntatis ſortitur naturam.*

11 *Alienatione prohibita, omnis actus dominij tranſlatiuus, vel ex quo alienatio ſequi poteſt, videtur prohibitus.*

12 *Et tam vtilis, quàm directi dominij impeditur tranſlatio.*

13 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio, quia ex ea dominium vtile tranſfertur.*

14 *Prohibitus alienare, nec ad longum tempus locare poteſt.*

15 *Et longum tempus in hoc caſu, quod dicatur? &* n.16.17. & 18.

19 *Prohibitus alienare in emphyteuſim dare non poteſt.*

20 *Nec vſumfructum concedere.*

21 *Nec annuum cenſum ſuper re alienari prohibita conſtituere. Limita, & intellige, vt* ibid. ad fin. *remiſſiuè.*

22 *Nec vir cum vxoris conſenſu, nec vxor cum conſenſu viri, nec vterque ſimul cenſum in fundo dotali imponere poſſunt.*

23 *Emphyteuta abſque domini conſenſu ſuper re*

re emphyteutica censum constituere nequit.

24 Alienare prohibitus, constituere non potest hypothecam in re stabili. Contrà numero 25. & numero 26. Intellige vt num. 27.

26 Emphyteuta tam Ecclesiæ, quàm priuari potest absque Domini consensu rem emphyteuticam hypothecæ, pignori, vel seruituti subiicere.

28 Prohibitus alienare, nullam imponere potest seruitutem.

29 Nec seruum dotalem manumittere.

30 Nec dotalis debitoris obligationem nouare.

31 Nec alienationi poterit tacitè, nec expressè consentire.

32 Nec in contractu rei alienari prohibitæ fideiussor existere.

33 Nec super ea compromittere, aut transigere.

34 Nec in testamento de re, cuius alienatio prohibita est, disponere potest, vel hæredem in ea instituere.

35 Prohibitio alienationis nequaquam necessariam alienationem includit.

36 Contrauenire non dicitur, qui ex necessaria causa alienat.

37 Necessarius actus à quacumque generali prohibitiua etiam, dispositione censetur exceptus.

38 Dos constante matrimonio, vt propinquorum necessitati succurratur, sororique pauperi à diuite sorore dos constituatur alienari potest.

39 Filia an repetere possit dotem à viro, vt pauperem patrem alat?

40 Res Ecclesiæ ad Diuinumquè cultum constitutæ in laicos alienari prohibentur, etiamsi ipsorum laicorum sint, potiúsque debent comburi.

41 Pro pauperum subuentione, ne frigore, aut fame pereant, vel pro captiuorum redemptione, vel pauperum carceratorum liberatione res Ecclesiæ alienari poterunt.

42 Etiamsi pauper, captiuus, vel incarceratus culpa sua (ad casum non præordinata) in paupertatem, captiuitatem, vel carcerem deuenerit.

43 Res alienari prohibita, fideicommisso, vel restitutioni subiecta, pro suis, suorumque alimentis, redemptione, vel excarceratione à paupere grauato alienari poterit.

44 Vel etiam pro filia dotanda, si pauper sit, vel dote restituenda, pro Religioniſvè ingressu, & n. 48. & 49.

Vel pro dotis parte, si incongruè filia dotata sit. Vel etiam nuptiarum apparatu, n. 56. & 57.

45 Siue alienationis prohibitio tacita sit, siue expressa, poterit dicta alienatio fieri.

46 Et quid si ex causa dotis nominatim inhibeatur alienatio? & n. 47.

48 Pater ita dotare filiam pro matrimonio spirituali, sicut pro carnali tenetur.

50 Pater sicut potest pro filiæ legitimæ, & naturalis dote bona fideicommisso, vel restitutioni subiecta alienare, sic & pro naturali tantùm.

51 Pater filiam naturalem tantùm pauperem dotare tenetur.

52 Dispositio auth. Res quæ, C. communia de legat. an etiam in transuersalibus locum habeat? Et in quibus transuersalibus? & n. 53.

54 Et an in penitus extraneis?

55 Ad omnes testatoris descendentes, tam extantes, quam futuros extenditur.

58 Semel bona alienata pro dote, etiam soluto matrimonio (si apud mulierem, vel eius liberos remaneant) libera existunt, secùs si ad patrem reuertantur.

59 Alienatio necessaria eatenus admittitur, quatenus necessitas vrget.

60 Res alienari prohibita, etiam pro necessaria causa alienanda non est, si eius fructus sufficiant.

61 Extare debent fructus tempore quo dos, vel alimenta præstanda sunt, ne alienatio fiat.

62 Deficientibus necessariis fructibus ad rei venditionem (etiamsi magni valoris sit) procedendum erit.

63 Et pretij residuum in alterius minoris fundi, vel rei emptionem conuertitur.

64 Emphyteuta irrequisito domino rem alienans emphyteuticam, à iure suo cadit.

65 Et quid si saluo iure, vel consensu domini, nec aliter, nec alio modo, vel aliis similibus clausulis alienet? remissiuè.

66 Emphyteuta irrequisito domino ex causa necessaria rem emphyteuticam alienans, in commissum non cadit.

67 Etiamsi culpa sua (ad casum non præordinata) emphyteuta, vel alienare prohibitus in paupertatem deuenerint.

68 Homo liber vendi, aut pignorari non potest.

69 Et qualiter puniatur creditor hominem liberum à debitore sciens recipiens?

70 Ignorantia creditoris, vel eius in quem hominis liberi alienatio fit, excusat à pœna; non tamen contractum validat, sed facit alienantem de euictione teneri.

71 Et idem si vterque ignoret. Si vterque sciat, imponitur pœna vtrique, & n. 72.

73 Propter necessitatem famis licet patri filium vendere. Limita, n. 80.

74 Et etiam pignorare, vel permutare, & num. 75.

76 Et non solùm ratione famis, sed & alia simili, & n. 77.

78 Et quid in matre? n. 79.

79 Dictio Si quis, tam fœminas, quàm masculos comprehendit.

81 Dominus etiam supremus Princeps non potest vassallos inuitos alienare.

82 Nisi in famis necessitate.

QVÆSTIO XXII.

EA Est prohibitionis natura, siue Legis, siue Hominis vt contra eam factum nequeat sustineri. Lex enim prohibitiuè loquens. 1 † formam incommutabilem inducit. Ita dicunt. Ferdinand. Vazquez Menchac. *de succes. creat. lib. 2. §. 14. requisito 13. num. 72.* Ioann. à Castillo *de vsufruct. cap. 54. num. 36.* Francisc. Becci. *cons. 62. num. 43. & cons. 66. n. 9.* Maluāſ.

cons.

*conſ.*57.*num.*23.Achil.Pedroch.*conſilio* 37.*n.*21. & 22.

Idque etiamſi lex in nudis prohibitionis ter-
2 minis quieſcat, † nec clauſulam irritantem adiiciat, procedit, quia nihilominus adiecta cenſetur; *text.in l. Non dubium*, 5.*C.de legib.* ibi: *Vt legislatori, quod fieri non vult, ſolùm prohibuiſſe ſufficiat*: per quem ita tenet Iaſ. *ibi num.*17.Paul.Caſtrenſ. *notab.*3. & alij communiter, Decius *in cap.*2.*num.*12.*&* *ibi* Felin. *n.*1. *extra de teſtib.*Beroi.*conſ.*83.*num.*2.*lib.*3.Corſet. *conſ.*12. *num.*16.*lib.*1. Bart. Caſſanæ. *conſ.* 39. *num.*36.Roderic. Xuar.*in l.*13.*tit.* De *las deudas*, *poſt num.*38. *cum ſequent. lib.* 3. *Fori leg.* Marius Giurba *in conſuet.Senan.Meſſan. cap.*14. *gloſſ.*4. *num.*1. *part.* 1. Martin. Monter. *deciſ.*1. *num.*1.*&* 2.*&* *deciſ.*12.*num.*7. Alex.Trentacin. *variar.reſolut.lib.*1.*tit.de legibus*, *reſolut.*1. *n.*3. communem dicens, & *num.* 16. Vbi ampliat etiamſi actus contra legis prohibitionem factus
3 in tempus habile † conferatur, allegat Ripam *in l. Nemo poteſt*, *num.*121 D.*de legat.*1.Imol. *&* Iaſ. *in l. Gallus*, *in princip.* D. *de liber. & poſth.*

Indeque fit rerum dotalium alienationem
4 ob iuris prohibitionem, † nullam eſſe, nec ex ea ius aliquod transferri, *text.in princip. inſtit.quibus alienar.licèt*, *vel non*, *l.*1.D.*de fundo dotal. l. vnic.* §. *Et cum lex Iulia*, *C. de rei vxor.action.l. Quædam*, 62.D.*de acquir.rerum domin.*Nec ſuper ea cenſum conſtitui poſſe, dicemus infrà.

5 Idemque Hominis, † quod Legis operatur prohibitio, *dict l.fin. C. de reb. alien.* Si enim teſtator alicuius rei alienationem ex cauſa prohibuerit, eius alienatio nulla erit, dominijquè impediet tranſlationem; *text. in l. Cum pater*, 79. §. *Libertis*, *iuncta gloſſa verbo*, *Ne id alienaret* (communiter approbata) *D. de legat.* 2. *vbi* Paul.Caſtr. *num* 4. *text. in l.Peto*,71.§.*Fratre*, vbi idem Paul. de Caſtr. *num.*2. *circa med. D.eod. l.Pater filium*, 36. §. *Fundum*, *D. de legat.*3.*text.in l.Filiusfam.*114. §.*Diui, el.*2. (vbi communiter Scribentes) *D. de leg.* 2. Bart. *ibi num* 6.*verſ.Certè*, Paul. Caſtr. *num.*7. *verſiculo*, *Interdum*, Iaſ.1.*lect.num.*66. magis communem dicens, *&* 2. *lectura*, *num.* 100. Ripa *num.*47. Crot. *num.* 92. Ferdin. Loaz. *num.* 114. Carol. Ruin. *conſ.*43. *num.*13.*lib.*5. Paul.Caſtren. *in l. fin. num.* 7. *C. commun. de legat.* plures referens Andr.Tyraquel. *de legib. connubial.gloſſ.*7.*n.*57. Ludouic.Molin.*de Hiſpano primog.lib.*1.*cap.*12. *num.* 29. verſiculo, *Primò hæc inueſtigatio*, *& num. ſeqq.* vbi quid in hodiernis maioratibus? & *eod.lib.*1.*cap.*16.*num.*32.*&* 33. dictam etiam ſententiam tenet Michaël. Craſ. *in tract. de ſucceſſionib.* §. *Fideicommiſſum*, *quæſt.* 56. *num.*6. Corne.*conſ.*294.*num.*8. verſiculo, *Multo autem minus*,*lib.*3. Riminald.Iun. *conſ.*20.*num.*27.*lib.*1. Socin. Senior *conſilio* 49. *num.* 13. *&* *conſ.* 75. *num.*17. *lib.*1. Ferdinand. Vaſquez Mencha. *de ſucceſ.creat.lib.*1.§.10. *num.*87. communem dicens, & ab hac in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum tenet Marc.Anto. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 40. *num.*39. verſiculo, *Rurſus textum illum*, Ioann.Cephal. *conſ.*272.*num.*35. Franciſc.Marzar.*de fideicommiſſ.*2.*part.quæſt.*45. *num.*59. Petr.Surd. *conſ.*116. *num.*18. 19. *&* 20. *lib.* 1. Hercules Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.*61. *num.* 4. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 3. *num.*2.*&* *ſequentibus*, *& quæſt.*6.*n.*30. Franciſc. Becci. *conſ.*97.*num.*6. *lib.*1. *Rota Roman. nouiſſimar. ex congeſtis à Proſpero* Farinac. *deciſ.* 318. *num.*2. *part.*1. Cardin.Seraphin. *deciſ.*321. *n.*13. Ludouic. Cenſeo *de cenſibus*, 1.*part. cap.*2. *q.*1. *art.*6.*n.*6. *&* *deciſ.* 45. *n.*2. quas poſt prædictum tractatum adiecit.

In contractibus † autem facta alienationis 6
prohibitio, licèt dominij tranſlationem non impediat, ad intereſſe tamen actionem tribuit, *text.in l.Ea lege*, 3.*C. de condit. ob cauſ.vbi gloſſ.* verb. *Alienaret*, *l.Si ita quis*, 135. §. *Ea lege*, *D. de verb.oblig. l.*43. *tit.*5. *part.*5. *vbi* Gregor.Lopez, *verbo*, *Non vale*, Ludouic.Molin.*dict.lib.*1. *cap.*12. *num.*30. vbi latè *num.ſeqq.* an in maioratibus hodiernis huiuſmodi inter prohibitionem in contractu, vel in vltima voluntate differentia procedat? *Menchac.dict.*§.10.*num.*82. huius rei, diſcriminiquè rationes reddens, Cardin. Domi.Tuſch. *practicar. concluſ. littera P*, *concluſ.*895.*n.*5.Iacob. Menoch.*de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*189.*num.*109.

Quid autem de prohibitione alienationis in donatione cauſa mortis appoſita dicendum? an vltimæ voluntatis, contractuſvè naturam aſſumat? Et idem de ea, quod † de prohibi- 7
tione in teſtamento facta iudicandum, breuiter reſpondetur. Licèt enim cauſa mortis do- 8
natio, quoad ordinationem † contractui æqui-
paretur, & in multis caſibus ei ſimilis ſit; *text. in l. Tam is*, 25. D. *de donat. cauſ. mort. l. Poſt.legatum*, 5. §. *Qui mortis cauſa*, *D.de his*, *quib.ut indig. l. Etiam*, 11. (*& ibi not.* Gottofred. *verbo*, *Donationes*, *littera V.*) D. *de innoffic.teſtam. gloſ.in l.*2. D.*de dot. præleg.* Petr. Surd.*conſ.*71 *n.*11.

Quoad effectum † autem, vltimæ voluntatis ſortitur naturam; *text.in* §. . *inſtit.de donat. l.fin.C.de codic. iuncta leg. fin. C. de donat. cauſ. mort.l.Non videtur*, *D.eod.titulo*,Petr.Surd.*dict. conſilio* 71. *n.*8. 9

Sicquè alienationis in ea factam prohibitionem dominij tranſlationem † impedire, dixit 10
in ſpecie Raphaël Cuman. *in dict. l. Filiusfam.* 114. §. *Diuus*, *D.de legat.*1. *ad fin. & conſ.*218. (incip. *Filiusfamilias ſuam vltimam voluntatem condidit*) cuius dictum refert (pluribus comprobans) Iaſ. *in dict.* §. *Diui*, 1. *lectur. num.*8. *cum ſequentib.*ſequitur Ludouic. Molina *d.c.*12. *num.*34.

Et alienatione prohibita, omnis actus † do- 11
minij tranſlatiuus, vel ex quo alienatio ſequi poteſt, prohibitus videtur, *text.in l.fin.C.de reb. alien. non alienand. & in Extrauag. Ambitioſæ extra de rebus Eccleſ.non alien. gloſſ. &* Doctor. *in dict.l.Si ita quis*, 135. §.*Ea lege*, *D. de verbor. obligat.l.*1.*C.de fundo*, *dotali*, facit *l. Oratio*, 16. *D.de ſponſalib.*Decius *conſ.*445. *num.*2. Anchar. *conſ.*402.*num.*5.*&* *ſeqq.*Alexand.*conſilio* 41.*n.*5. *lib.*6. Riminald. Iun.*conſ.*585.*n.*76. Marc. Ant. Natta *conſ.*110.*n.*11.*&* *conſ.*543.*n.*14. Franciſc. Becc.*conſ.*52.*n.*2.Ioann.Cephal.*conſ.*153.*n.*109. *&* *conſ.*377. *num.*26. Iacob. Menoch. *conſ.*101. *n.*22.*&* *conſ.*1023.*num.*18.*&* *conſ.*1099.*num.*19. vbi de communi Arias Pinell.*in l.*1.*part.*3.*n.*18. 19.*&* 20. *C.de bonis matern.*Petr.Anton Petra *de fideicommiſ.quæſt.*8.*num.*44.45.*&* 109.Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſſanenſ. cap.* 14. *gloſſ.*4.*n.*4.5.*&* 6. *part* 1.Ioſeph.Seſſe *deciſ.*121. *num.*10.*&* *deciſ.*30.*num.*16.Ioan.Petr.Fontanel.

de

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de pact. nupt. clauſula 4. gloſſ.1. num.79 Petr. Cened.*pract. quæſt.part.1.q.11.n.11.&* 12.Ioan. à Caſtillo *de vſufruct.d.c.54. à n.1.* P. Ludouic. Molin.*de iuſt.& iur.diſp.464.n.1. alter* Molina *de primog.lib.1. cap.21. n.25.* Pelaëz *de maiorat. part.4.quæſt.1.n.8.* Burſat. *conſ.377. à n.1.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg.56. num. 18. & deciſ.278.n.2.deciſ.254.n.20. & deciſ.326.n.27.* Tiberi.Decian. *conſ.62.n.9.lib.4.* Cald. Pereyra *de emphyteuſ.extinction.cap.5.num.37.*Cardinal. Tuſch. *pract.concluſ.littera A,concluſ.257.n.1. & littera P,concluſ.898. num.1. & ſequentib. & concluſ.900.n.1. & ſequentib.* vbi latiſſimè Ioan. Aloyſ.Ricc. *collect.466.* Aurel. Corbul. *de iure emphyteu.cap.14.ampliat.49.num.2.* Ouidius *de Amic.eod.tract.de iure emphyt.q.94.n.5.& ſeqq. & q.14.n.3.*Nicolaus Intrigliol. *conſ.30.n.62.& n.63.lib.1.*

12 Et tam vtilis, quàm directi dominij impeditur tranſlatio, Caſtillo *dict.cap.54.n.1.*Menoch. *dict.con.1023.n.15. P.* Molina *dict. diſput.464.* Marius Giurba *dict. gloſ.4. n.13.* & alij ex proximè relatis, faciliuſque ex infrà dicendis apparebit.

Hinc ſit, quòd cum locatio ad longum tem-
13 pus dicatur alienatio, † cum ex ea dominum vtile transferatur, *l. 1. & 2. D. ſi. ager. vectig.* Dyn. Bart.& alij per *text.ibi & in l.1.§. Quod autem ait,* D.*de ſuperficieb.*latè Andr. Tiraquel. *de retract. linag. §.1. gloſſ. 14. num. 79.* Didac. Couarru. *lib.2.variar. cap.16. num.1.* verſiculo, *Ex quo apparet,* Ludouic. Molina *de Hiſpano. primog.lib.1.cap.21.num.16.*Molin.Theolog. *de iuſtit.& iure,tom.2. diſput.445. num. 6.* Anton. Gamma *deciſ.16.num.3.* verſiculo, *Solent aduocati,* vbi de communi Caldas Pereyra *ſupra, cap.1.num.9.& cap.2.num.1.* vbi etiam de communi, Stephan. Gratian. *diſcept.Forenſ.c.460. n.55.& cap.570.num.6.* & alij ex proximè referendis.

Ideo prohibitum alienare, nec ad longum
14 tempus locare poſſe, † eſt communis Doctorum reſolutio, vt (poſt alios) tenent Iaſ. *conſ. 29.num.1. & per tot.lib.1.* Andre. Tiraquel. *ſuprà num.82.* Riminald. Iun. *conſ.384. num. 17.* Iul. Clar.*in §.Emphyteuſis, quæſt.19. ad fin. & in §. Feudum, quæſt.33.* Couar.*dict.cap.16. n.1. & ſequentib.* Ludouic.Molin. *dict. cap.21.n.15. & ſeqq. alter* Molina *dict. diſput. 464. num. 1.* verſic. *Alienatio duobus modis,* Ioan. Matienz. *in l.7.gloſſ.1.num.13.tit.11.lib.5.noua Reg.Collect.* Arias Pinel.*dict.3.part. num.66.* Marius Giurba *ſupra num.10.* Anton Gomez *in l.40.Taur.n.84.* Anton. Gamma *vbi ſupra, & deciſ. 390.* Petra *de fideicommiſſ. dict. quæſt. 8. num. 8.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ. 64.* Petr. Cened. *dict. quæſt.11.num.14.ad fin.* Cardinal. Tuſch. *dict. littera A, concluſ. 257. num.17. & 19.* communem dicens, *& concluſ.261. num.5. & 7.* Cald. Pereyra *dict.cap.1.num.10.& cap.4. num.43. in fin.& num.44.& ſequentib. & cap.5.num.32.de emphyt.extinct.interit.& reuocat.* Camil.Borrel. *in ſumma deciſ.tit.16.de locatione bonor. num.3.* Ioan. Cutier. *id l. Nemo poteſt, num. 5. D. de legat.1.* Ioan.Aloyſ.Ricc. *collectan. 694.* Aurel. Corbul. *de iure-emphyteut. part.1. tit. de cauſa priuationis ob alienationem, ampliatione 25. & 48.* Quid. *de Amicis eod. tractat. quæſt.15. n.5. & ſequentibus,* Cæſar. Barzius *deciſione 17. num. 24.* Alexand. Trentacin. *variar. reſolut. lib. 2. titul. de minoribus, reſolutione 9. numero 38.*

Diciturque in hoc caſu longum tempus, † 15
ſi ad decennium locatio fiat, *gloſ.in dict. l.2.in fin. D.ſi ager vectig.vel emphyt.pet.& id l.Cum de in rem, verſ. 6.* verb. *Longo, D. de vſuris,* Paul. Caſtrenſ. *in l. Si filiofamilias, 26. §. ſi vir in quinquennium, num.1. D. ſoluto matrimonio,* Andr. Tyraquel.*de retract. linag. d. §.1.gloſſ.6. num.9.in fin.* communem dicit Didac. Couarr. *cap.16.*dict.verſiculo, *Ex quo apparet,* Cardin. Franciſc. Martica *de tacit. & ambig. conuent. lib.13. tit.45. num.11.* Hieronym. de Monte *in tractat.finium, cap.5.num.18.*Arias Pinel. *dict. 3.part.num.63.*Roland.à Valle *conſ. 9. num.16. lib.3.*vbi teſtatur de communi, propè infinitos referens communem, ac magis communem aſſerens Vincent. Carot. *in tract.de locat.& conducto tit. de locatione ad longum tempus, q. 1. num.2.folio mihi 54.* Cardinal.Tuſch. *dict. concluſ.257. n.* 17. Emmanuël Suarez *in Theſaur. recept.ſententiar.littera C, num. 197. & littera T, num. 3.* Caldas Pereyra *de emphyteuſ. extinct.dicto cap.1.num.9.*& alij ex proximè ſuprà relatis.

Vel etiam ſi ad nouem annos † cum pacto 16
de renouando locationem de nouennio ad nouennium locatio fiat; Alexand. *conſ.265. lib.2. & conſ.104.n.6.lib.3.*Iaſ.*in l. Manummiſſiones, num.6. D.de iuſtit.& iure,* Felin.*in cap. Quæ in Eccleſiarum; num.87.extra de conſtitut.* Marius Giurba *dict.cap.14.gloſſ.4.num.10.*Cardin. Mantic. *de tacit.& ambig. conuent. lib.4. tit.30. num.48.& 49.& lib.2.tit.22.num.10.& lib.13. tit.45.num.14.*plures referens, communemque afferens Vincent.Carot.*de loc.tit.de location. de nouennio in nouennium, quæſt. 4. num. 1. folio mihi 55.* Qui *n. 2.* idem vbi de quinquennio † 17
in quinquennium fuit pactum, dicit, quia hæc ſimul iuncta, faciunt longum tempus,ex *Lappo allegat.12. & ibi* latè Mandoſ.*in addition.* Anton.de Padilla *in l. Quoties plures, num.8.D.de legat.2.*Dyn. Alexand.& alij, quos ibi adducit; latè comprobat, & firmat Borgnin.Caualcan. *deciſione Fauiſan.43. num.6. & 9. p.1.* Secus ſi abſque tali pacto de renouando † locationem 18
de nouennio in nouennium, vel de quinquennio in quinquennium locatio fiat, quia ad longum tempus non dicitur:tenet idem met Carot. *dict.tit. de locatione ad longum tempus, quæſt.1. num.23. & dict. tit. de locatione de nouennio in nouennium, quæſt.4. num. 5.* verſiculo, *Limita aliud eſſe, ſi fiat de nouennio ſimpliciter;* Nicol. Intrigliol. *conſilio 29. num.54. lib.1.* Franciſc. Marzar. *de fideicommiſ.quæſt.38. num.51. part.2.*

Sic nec prohibitus alienare, in emphyteuſin 19
† dare poterit, *text.in dicta l. fin. C. de rebus alienis non alien.*ibi: *Nec emphytheuſeos contractus, dict. Extranag. Ambitioſa,* Cardinal. Franciſc. Manti. *de tacit. & ambig. lib.2. tit.7. numer. 2.* P. Ludouic. Molina *dicta diſputat. 464.* Petrus Antonius Petra *dicta queſtion. 8. num. 32.* Ioan. Petr. Fontanel. *dicta clauſula 4. gloſſ. 13. num. 1.& 5.* Marius Giurba *dicto cap. 14. numero 12.* Ludouic. Molin. *de Hiſpanor. primog. dict. cap. 21. numero 22.* Franciſc. Marſar. *dict. quæſt. 38.* Ioan. Aloyſ. Ricc. *dict. collectan. 466. verſ. Infero ſextò.*

Nec vſumfructum † concedere, vel ſuper illa re conſtituere, *d.l. fin. C.de reb. alien. non alien.*ibi: *Sed & vſusfructus dationem*, Bald. in *l. Proprietatis, num.1.C. de don. promiſ. & conſilio.415. in princip. lib.1.* Andr. Tiraquel. *de retract. linag.d. §.1. gloſ.7. num.41.* Ludouic. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.1.cap.20.n.3.* Petr. Cauall. *conſ.147.num.16. lib.2.* Anton. *à Queſada diuerſ. quæſt. iur. cap.fin. num.20.* Petr. Barboſ. *in l. vſufructu.58. num.15. verſiculo, item & iuxta hæc, & num.16. D. ſoluto matrimonio*, Giurba *d. gloſ.4. num.15.* Aldroband. *conſilio 36. num.43.* Caſtillo *de vſufruct. d. cap 54. num.3.* Cardina. Tuſch. *practicar. concluſ. litera A, concluſ.261. num.8.* Franciſc. Burſat. *conſ.377. num.1.& 4.* Iacob. Menoch. *conſ.1032.num.13.* Achil. Pedroch. *conſilio 7. num.71. & 82.*

Nec annuus cenſus † ſuper re alienari prohibita conſtitui poteſt, cum cenſus impoſitio alienatio dicatur. Bald. *in cap. Ad audientiam, el 2. num. 11. de reſcript.* Petr. Fall. *in pract. cenſuali, verbo. Huiuſmodi cenſus ſuper rebus, num.* 41. Felician. *de Solis de cenſibus, tom. 2. lib. 2. cap. 4. num.4.* Ludouic. Velaſquez. *de Auenda. eodem tract. de cenſibus, cap.62. num. 7. Rota Roman. diuerſor. deciſion. 480. num.1. & 2. part. 1. & deciſ. 121. num. 5. part. 2.* Et ita ſæpè reſolutum apud eandem *Rotam Roman.* teſtatur Ludouic. Cenſ. *de cenſibus, deciſ.9. num.3. & deciſ. 45. num. 1. & 2.* (quas poſt prædictum de cenſibus tractatum locauit) & plures alios referens *idem ipſe detract. part. 1. cap. 2. quæſt. 1. art.6.num.5.& 6.* Vbi hanc adeo veram dicit concluſionem, vt nefas eſſe credat, de filius veritate dubitari, eamquè magis communem dicit Ioan. Aloyſ. Ricci. *d. collect. 466. verſ. Infero primò*, Paul. Æmil. Vecall. *deciſion. 17. part. 1.* tenet (reſolutum ita fuiſſe dicens *in Rota*) *Marta in ſumma ſucceſſ. legal.3. par.q. 3. art. 5. num. 3.* Limitans *num. ſeqq.* ſi in fructibus duntaxat rei alienari prohibitæ cenſus imponatur.

22 Vndè neque viro cũ conſenſu vxotis, † neque vxoti cum conſenſu viri, neque vtríque ſimul cenſum in fundo dotali imponere licere; apud *Senat. Meſſanenſ.* in praxi receptum teſtatur *Marius Giurba diſp. cap. 14. gloſ. 4. num. 23.* multos pro hac ſententia allegans, qui tamen id in ſpecie non probant. Qua de re conſulendi Petr. Foller. *proximè relato loco, num. 22.* Guil. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. in titul. de conſt. annu. cenſ. num.20.* Felician. *de cenſ. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 13. 14. & 18.* latiſſimè Velaſq. *de Auend. eodem tract. de cenſ. c. 79. per tot* Ludouic. Cenſ. *de cenſ. 1. par. cap.2.quæſt.1. art. 5. num. 6. & ſeqq. vſque ad fin.* Garſia Maſtril. *in addition. ad Petr. Gregor. in tract. de cenſibus, quæſt. 5. num. 105. & ſeqq.*

23 Hinc eſt, quòd neque ſuper re emphyteutica † abſque Domini conſenſu emphyteutæ cenſum imponere licebit, ex *text. in d. l. fin.* cum abſque Domini conſenſu alienare prohibeatur, *l. 2. C. de iure emphy.* cenſuſque conſtituto alienationis ſpecies ſit, vt *ſup. num. 21.* diximus, & tenet hanc ſententiam Virgi. Boccac. *in tract.de cenſ. p. 2. n. 76.* Aurel. Corbul. *de iure emphy. c.14.de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito Domino factam, ampliatio. num. 1.* præcipuè *num.16.* Velazq. *de Auend. num. 16.* Velaſq. *de Auend. de cenſib. cap. 67. per tot præcipuè num. 3.* dicitque eam magis veritati conſonam P. Azor *inſtit.mor. p. 3. lib. 10. c. 7.q. 4.* Martì Bonac. *de contract. diſput. 3. quæſt. 4. punct.vnic. num 12.* latè, ac nouiſſimè (pluribus modis contrariis reſpondendo) firmat Ouid. *de Amic. de iure emphy. quæſt. 20. ex num. 5. cum ſeqq.*

Multas hac in re videre licet diſtinctiones (præter aſſignatas à proximè relatis) apud *Felician.de Solis de cenſ.d.1.tom. lib. 2. cap. 4. ex num. 15.* Gaſpar. Rodrig. *de annuis reddit. lib.1. quæſt.3. num.3.* Ludouic. Cenſ. *de cenſib. 1. par. cap.2.quæſt.2. art.2. per tot.* Apud quos etiam quid in vaſſallo, & aliis Dominis vtilibus tantùm, videri poterit, & apud Felician. *vbi ſupr. ex num. 19.* Ludouic. Cenſ. *d. loco, art.1.& 2. per tot.* & apud alios adductos per *Maſtrill.in addit.ad Petr.Greg. d. q. 5. n. 154.*

Neque alienare prohibitus hypothecam in re ſtabili conſtituere poteſt; † *text. in l. d. fin. C.de reb. alien. non alien.* ibi: *Vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi*, & in *l. 1. §. Eam rem, D. quæ res pigno, obligar. poſſint, l. Si vſumfructum.23.§. In ſumma, D. de liberali cauſ. cap. 1. §. Hac edictali de prohibita feud. alienat. per* Federic. *d. Extrauag. Ambitioſa de reb. Eccleſ. non alienand.* Bald. *in conſ. 21. lib.1.* Additi. Felini *in cap. fin. num. 8. verſ. Alienare, de accuſat.* Didac. Ceua. *lib. 2.var. reſolut.à cap.16.num.2.* Anton. Gom. *in l. 40. Tauri, n.83.* P. Molina *d. diſp. 464.* Ioan. Matienz. *in l.2. gloſ. 14. num. 1. tit. 10. lib. 5. noue Reg. Collect.* Ioan. Gutier. *de cuuel. par. 2. cap. 21. num.2.* Auendan. *de cenſ. cap. 76. num. 3.* Cardinal. Tuſch. *practic. concluſ. litera A. concluſ.257. num. 28.* Caldas Pereyr. *de emphyt. extinct. interitu, & reſolut. cap. 5. num.31.& in l. Si curatorem habens, gloſ. Vonundediſti, num. 3. C. de in integr. reſti.* Iacob. Menoch. *de arbitrar.caſu 432. num. 9.* Ludouic. Cenſ. *de cenſib. 1 par.cap.2.quæſt.2.art.2. n. 7.* Iacob. Cancer. *var. reſol.cap.12. num. 40.*

Licet contrariam † profiteantur ſententiam Aretin. *conſ.75.num.2.* Plotus *conſ.19. num.20.* Iul. Clar. *in §. Emphyteuſis, quæſt. 18.* Cardin. Franciſc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.2.tit. 28. n. 51.* Anton. Gamma *deciſ.108. per tot.* Reyger. Theſaur. *iuris, litera A. verbo, Alienatio. 182.* Vincent. Carot. *deciſ. 117. num. 9.* Barnab. Comazan. *deciſ. 10. n. 14. & ſeqq.* negans (ex verbi ſaltem proprietate) alienationis verbo hypothecam contineri.

Et quòd res emphyteutica tam Eccleſiæ, quàm priuati poſſit hypothecari, † pignorari, vel ſuper ea abſquè Domini conſenſu ſeruitus imponi, quin ob id à iure ſuo cadat emphyteuta eſt *gloſſa in l. fin. C. de iure emphyteut. verbo, aliis vendere, verſic. Item an pignorare*, quam ſequuntur omnes teſte Iaſ. *ibi num. 78.* plenè Aurel. Corbul. *de iure emphyteut. cap. 14. limitat. 33. num. 1. & ſeqq.* infinitos pro hac ſententia adducens, ſequitur Ouid. *de Amic. de iure emphyt. quæſt. 14. num. 4. & ſeqq.* vbi contrariis reſpondet Ludouic. Cenſ. *de cenſib. dict. 1. part.cap.2.quæſt.2.art.2.n.3.* Statil. Pacific. *de Saluiano interdicto, inſpectione 3. c.2. num.25. & ſeqq.* qui omnes hanc communem dicunt, multiſque aliis firmant.

Inter

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Inter alias autem ad contraria ſolutiones; ea præcipuè aſſignatur; Alienare prohibitum poſſe
27 rem in pignus dare, in tacita † prohibitione, non in expreſſa, vt pluribus relatis, tradit Statilius Pacific. *vbi ſuprà num.* 45. Ludouic. Cenſ. (ita apud Rotam pluries iudicatum aſſerens) *loco proximè relato num.* 6. 7. & 8 Magnam tamen adhuc vim pati videntur contraria iura indiſtinctè loquentia. Cuius nunc omittimus diſputationem, vt ad propoſitum, & inſtitutum noſtrum redeamus, & quia abundè per iam relatos de his actum, quique in caſus contingentia conſuli poterunt.

Et ſecundùm ſuprà dictam diſtinctionem, quod communiter dicunt Doctores, *Alienare*
28 *prohibitum nullam imponere ſeruitutem* † *poſſe*, recipit intellectum *dicta l. fin. C. de rebus alienis non alien.* ibi: *Similiquè modo & ſeruitutes minimè imponi. capit. Nulli extra de reb. Eccleſ. non alien.* Bald. *in l. In Prouinciali, C. de ſeruitut. & aqua*, Iaſ. *in dict. l. fin. num.* 147. & 148. *C. de iure emphyt.* Arias Pinel. *in l.* 1. 3. *par. num.* 18. *C. de bon. matern.* Didac. Spino *de teſtam gloſ.* 19. *à num.* 76 Velazq. de Auendaño *de cenſib. c.* 76. *num.* 3. Marius Giurba *dict. gloſſ* 4. *num.* 14. Cardin. Tuſch. *dict. littera A, concl.* 261. *n.* 18. & *littera P, concluſ.* 898. & *concluſ.* 900. *per tot.* vbi latè Anton. Gomez. *in l.* 40. *Tauri, n.* 85. verſic. *Sed his non obſtantibus.*

29 Item nec ſeruum dotalem manumittere † poterit. Iacob. Thomingi. *deciſ.* 49. Marius Giurba *dicta gloſſa* 4. *num.* 17. Ioan. Aloyſ. Ricci. *dict. Collectan.* 466. verſ. *Infero ſeptimò*: de qua re latè Petr. Barboſ. *in l.* 1. 5. *part. num.* 80. & 81. *D. ſoluto matrimon.*

Nec dotalis debitoris obligationem nouare,
30 † iuxta *text. gloſſ.* & DD. *in l. Si cum dotem*, 23. §. *Si mulier, D. ſolut. matrimon.* tenet Marius Giurba *loco proximè relato*, adducit etiam Sforci. Oddum *de reſtit. in integrum, q.* 13. *n.* 59. & 62. & alios.

Nec alienare prohibitus alienationi expreſsè
31 † poterit conſentire, *text. in l. Cum quis poſſit*, 126. §. *Cui autem donare, D. de reg. iur.* Nec tacitè, cum alienare videatur, *text. in l. Alienationis verbum*, 28. *D. de verbor. ſignif.* Marc. Anton Natta *conſ.* 571. *n.* 11.

32 Eaquè ratione nec fideiubere † in contractu rei alienari prohibitæ, quia fideiubendo alienationi conſentire videtur: Ioan. Steph. Lamberteng. *de contractib. gloſſ.* 1. *n.* 50 Anton. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 15. *num.* 115. Marius Giurba *dict. cap* 14. *gloſſ.* 4. *n.* 18. alios in id referens.

33 Nec ſuper tali re poterit compromittere, † cum ex compromiſſo alienatio qui poſſit, vt tenent Canoniſtæ *in cap. Cum tempore, de arbitris*, Bart. *conſ.* 159. *num.* 4. & *ſeq. lib.* 1. Iaſ. *in dict. l. fin. num.* 119. *C. de iure emphy.* Paul. Caſtr. *conſ.* 400. *propè fin.* verſ. *Contrarium, lib.* 2. Cornel. Benincac. *de paupert. ſpeciali* 10. *in contractib. num.* 6. *in fin.* Andr. Tiraquel. *de legib. connubia. l.* 16. *gloſſ.* 5. *num.* 203. Cald Pereyr. *de emphyteuſ. extinct. cap.* 5. *num.* 44. Cardinal. Tuſch. *littera P, dict. concl.* 898. *num.* 1. & *concluſ.* 900. *num.* 6. & *littera C, concluſ.* 501. *num.* 3. & *littera A, concl.* 261. *n.* 14 latiſſimè Ouid. de Amic. *de iure emphyt. quæſt.* 94. *ex num.* 5. *præcipuè n.* 9. *vſque ad finalem*, Arias Pinel. *in dict. l.* 1. 3. *par. num.* 44. *C. de bonis maternis.* Idem (ex plurimis) in tranſactione dicens, *ibidem in verſic. Idem poſſet quis dicere in tranſactione*, Stephanus Gratianus *diſceptation. Forenſ. cap.* 379 *n.* 10. & 11. Ioan. Aloyſ. Riccius *dict. Collect.* 466. verſ. *Infero ſecundò.*

Nec in teſtamento de re cuius alienatio prohibita eſt, diſponere † poterit, vel hæredem 34
in ea inſtituere, *text. eſt in l. Si quis prioris*, 8. §. *Certum, vbi etiam gloſſ. verbo, Inſtituendo*, C. *de ſecund. nupt. & in dict. l. Peto*, 71. §. *Fratre, vbi* Bart. *not. num.* 2. & *dict. l. Si ita quis*, 135. §. *Ea lege, D. de verbor. obligat. & in l. Ex hoc edicto*, 9. §. *Alienare, D. de alienat. iudi. mutand. cauſa fact.* Andr. Tyraquel. (multos referens) *de retractat. linag.* § 26. *gloſſa* 1. *num.* 5. communem opinionem teſtatur Vaſquez Mencha. *de ſucceſſ. creatio. lib.* 1. *dict.* §. 10. *num.* 91. Caldas Pereyra *de emphyteuſ. extinct. cap.* 5. *n.* 42. Cardinal. Tuſch. *littera A, concluſ.* 257. *n.* 10. & *concluſ.* 263. vbi latiſſimè, Octauian. Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 85. *num.* 3. & 11. Ioan. Aloyſius Ricc. *dict. Collectan.* 466. verſic. *Infero octauò.* Ita concludit Franciſc. Marzarius *de fideicommiſſis*, 2. *parte*, *q.* 41. *num.* 55. communem dicens, Petrus Surdus *conſilio* 10. *n.* 12. & *conſilio* 357. *n.* 6.

Suprà dicta tamen omnia in alienatione voluntaria, non verò in ea, quæ propter neceſſitatem, vel paupertatem fit, procedunt. Propter illam namque (prohibitione non obſtante) poterit fieri, alienatio, alienatæquè rei tranſferretur dominium. Prohibitio enim alienationis, neceſſariam † nequaquam includit; *text. in* 35
l. 1. *D. de fundo dotal. l. Alienationes*, 13. *D. famil. erciſcund. l. Diuus*, 5. (& ibi communiter Doctores) *D. de peti. hæredit. l. Mulier*, 22. §. *Cum proponeretur, D. ad Senat. C. Trébell. l. Qui potuerunt*, 27. *D. de manumiſſ. teſtament. text. & ibi* DD. *in l. Filiusfam.* 117. §. *diui, et* 2. *D. de legat.* 1. *dict. l. Peto*, 71. §. *Prædium*, D. *de legat.* 2. *l. Pater filium*, 36. D. *de legat.* 3. Alexand. *conſ.* 206. *num.* 4. *lib.* 6. Riminald. Iun. *conſ.* 528. *num.* 27. Andreas Tiraquel. *de retract. linag.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 9. & 11. & *in legib. connubia. l.* 16. *gloſſ.* 8. *num.* 200. Cornel. Benincac. *de paupertat. ſpecial.* 4. *in contractib. num.* 31. & 37. & *ſpeciali* 10. *ibidem num.* 18. Roland. à Valle *conſ.* 21. *num.* 13. & *ſeqq.* (vbi latiſſimè) *lib.* 1. Aymon. Craueta *conſ.* 25. *num.* 3. & 4. & *conſ.* 6. *num.* 91. Ludouic. Mexia *de taxat. panis, concl.* 5. *n.* 133. Anton. Gomez. *in dict. l.* 40. *Tauri, num.* 87. Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.* 5. *quæſt.* 6. *n.* 162. Arias Pinell. *in dict. l.* 1. 3. *part. num.* 49. *col.* 3. verſ. *Notum enim eſt in iure, C. de bonis matern.* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 56. *num.* 39. & *tit.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 121. & *quæſt.* 32. *num.* 12. *idem conſ.* 351. *num.* 12. & *ſequentib. conſ.* 367. *num.* 16. & *num.* 42. & *deciſ.* 254. *num.* 6. & *deciſ.* 86. *num.* 8. Cardinal. Tuſch. *dicta littera A, concluſ.* 262. *à num.* 1. & *num.* 18. & *ſeqq.* & *littera N, concluſ.* 18. & *lit. D, concl.* 791. *n.* 12. Federic. *de Solis in tract. de dote, quæſt.* 36. *num.* 6. Tiber. Decian. *conſ.* 11. *num.* 54. *lib.* 4. Martin. Coller. *de aliment. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 50. Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nuptialib. clauſula* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 5. *num.* 3. Ioan. Cephal. *conſ.* 311. *num.* 18. & *conſ.* 315. *num.* 31. Polidor. Ripa *obſeruat.* 215. *num.* 4. Petr. Anton. Petra *de fideicommiſ. quæſt.* 8. *n.* 255. & 256. Lamberteng. *de contract. gloſſ.* 1. *num.* 2. Marius Giurba ſæpè dicto *cap.* 14. *gloſſ.* 6. *num.* 8.

Gaſpar.Rodrig.*de annuis reddit. lib.2.quæſt.15. num.81.* Carpan.*ad Statut. Mediolan. cap.300. num.61. part.1.& part.2.in cap. Collegiis*, verb. *Vel à Iudice, num.225.* Martin.Monter.*deciſ.1. num.11.* Iacob.Menoch.*de arbitrar.lib.2.cent.2. caſu 182. num.66.& ſequenti*, Stephan. Gratian. *diſceptation. Forenſium, cap. 377. num. 15.& cap.511. num.9.* Autel. Corbul. *de iure emphyteut. cap.14. De cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito domino factam, limitatione 20. per totam*, Caldas Pereyra *de iure emphyteut. libro 4. cap.5. de emphyteuſ. extinct.num.50.& cap.16.num.22.* Ouidi. *de Amic.eodem tract.de iure emphyteut.quæſt.16. num.3.& ſequentibus*, Franciſc. Hieronym. Leo *deciſ.90. num. 21.* Nicola. Intrigliol. *conſilio 3. num. 58. & conſilio 13. num. 77. & ſequenti, lib.1.* eleganter Anton. Faber *in ſuo cod. definit. lib.2. tit.9. definit.2.*

Nec contrauenire dicitur, qui ex neceſſaria
36 cauſa † alienat, iuribus proximè relatis, & tenent Riminaldus Iunior. *conſilio 147. num.21.* Franciſc.Becci. *conſilio 100.num.6.* plures referens Marchabrun. *conſilio 76. num.28.* Fabius Turret.*conſilio 6.num.6.lib.3.* Iacob. Menochius *de præſumptionibus, lib.4. præſumptione 189. num.106.& conſilio 381.num.82.* Marius Giurba *dict.gloſſa 6.num.2.* Ioan.Iañez Parlador. *rerum quotidianarum, lib.2.capite fin.5.part.§.3.n.37.* apud quem etiam aliquæ inter voluntariam, & & neceſſariam alienationem, differentiæ potuerunt videri, *different 128. per tot.*

Semperquè neceſſarius actus à quacumque
37 generali diſpoſitione (etiam prohibitiua) † cenſetur exceptus, *text. in l.2. §. Itidem agitatum*, D. *ad leg.Rhodi.de iact. l. Generaliter*, 3.§. *Spurios*, D.*de decurionibus*, Andreas Tyraquel. *de legib. connubialibus, dict. gloſ.8. à num.184. ad numerum* 204. præcipuè *num.* 200. *& 201.* Aymon.Crauetа *conſilio 49.n.91.* Hieron. Marilian.*deciſ.76.n.9.*

Vndè licèt prohibitam eſſe rei dotalis alienationem dixerimus, neminemquè lateat; vt ta-
38 men propinquorum neceſſitati ſuccurratur, † conſtante matrimonio poterit dos alienari; *text. in l. Quamvis, 21. & l.ſeq.D.ſoluto matrimonio, vbi* notant Baldus, Cuman. *& alij, text. in l. Mutus, 76. §. Manente (vbi gloſ.fin.* alias concor.allegat) D. *de iure dotium*, Gerardus Maynardus *deciſ.Tholoſan.21. lib.3. num.9.* pluribus firmat Petr.Surd.*conſilio 367.num.14.& 15.& num.40.* Palacius Rube.*in repetio. rubric. de donationib. inter virum & vxorem*, §. 49. *num.* 3. Gaſpar Baëça *de non melior. ratione dot. filiab. cap.11. num.45.* Anton. Gomez. *in l.50.Tauri, num.25. ad medium.* Petr. Barboſa *ad leg.1. part.4.num.133.* verſiculo, *Amplia, & num.134. D.ſoluto matrimonio*; vbi contrarietatem ſedare contendit, quoad alienationem rei dotalis ad ſororem inopem dotandam (in hoc namque caſu *Palac. Rube. Baëç. Gomez, & Barboſ.* nominatim loquuntur.)

Vtque pauperem patrem filia alat, dotem à
39 viro repetere † poteſt, ſecundum Cornel. Benincac.*de paupert, ſpeciali 1.in iudiciis,num.62. in fin. per text.in d.§. Manente*, allegatquè etiam Socin.Iunior. *conſilio 54.num.26.in fin.* Contrarium tamen dicit *gloſſ. in d.§. Manente*, verbo, *Reddit*, marito reſtituere nolente, niſi ad inopiam vergat.

Item licèt res Eccleſiæ ad diuinum cultum conſtitutæ, & conſecratæ in Laicos alienari pro- 40
hibeantur, *cap.1.de pignoribus, cap.Ad hæc,4.de religioſ.domib. cap.Ea quæ, & cap.ſeq.1.quæſt.3. c. Si fortè, 16. quæſt.4. cap.1. de reb. Eccleſ. non aliend. in Extrauag. communib. cap.Mancipia, 3. in fin.de rer. permut. cap. Quæ ſemel, 4. 19. quæſt.3.cap. Semel Deo dicatum, de regul.iur.in 6.* Etiamſi res conſecratæ ipſorum laicorum ſint, *cap. Comperimus, 14. quæſt.6.* Potiuſquè comburi debeant, *cap.Ligna,38. & cap.ſeq.de conſecra. diſt.1. text. in l.Sancimus nemini,17.C. de ſacroſanct.Eccleſ.gloſſ.vnic. propè fin. in dict. cap. Quæ ſemel*, latè Cornel. Benincac. *de paupert. ſpeciali 4. in contractib. num. 1. & ſeqq. & ſpeciali 10.ibid.num.16.& ſequentib.* plenè etiam Card.Tuſch. *practic.concluſ. litt. A, concluſ.271. 272. & 273.* & multi alij ſuprà *num.* 14. adducti.

Vt tamen pauperum neceſſitati ſubueniatur,
† ne frigore, aut fame pereant, vel vt à carce- 41
ribus liberentur, ad captiuorumque redemptionem, ſacratæ res, ad cultumque Diuinum dicatæ alienari poterunt, *text.* eſt *in d.l.Sancimus,17. verſ.Excepta videlicet cauſa, cap. Sicut omnino, cap. Aurum, cap.Gloria Epiſcopi,12.quæſt.2.* exornat lateque comprobat Didac. Couar.*lib.2.var. d.cap.16.n.8.& 9.* Cornel. Benincac. *d. ſpeciali 4. in contract. num. 19. & ſequentibus*, Guil. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. caſu 30. quæſt. 1. §. Extantibus prædictis, numero 5. & 6. & rubric. 20. per totam.* Nicola. Boërius *deciſ.128.num.3.* Euerard.*in topic. legal. loco A pari, num.3.* Ioan. Gratian. *regula 185. num.5.* Petr. Auguſt. Morla *in Emporio iuris, part. 2. tit.1.D.de legib.quæſt.fin. num.26.* Petr. Surd. *de aliment.tit.6.quæſt.12.num.11. & tit.4. quæſt. 9. num.4.& 5.* Nicol. Intrigliol. *conſil. 1. num.186.* (communem aſſerens) *part.1.* Ioan.Maria Nouar.*in praxi electionis, & variat.fori, quæſt.44. num.5.& ſeqq.ſect.2.* Marc.Anton.Genuenſ. *in practicab.Eccleſiaſt.quæſt.199.num.2.* Hieronym. Buccaro.*de differ.100. n.15.*

Qui omnes id firmant etiamſi pauper, captiuus, vel incarceratus culpa ſua, non tamen 42
ad caſum præordinatæ, ad paupertatem, captiuitatem, vel carcerem deuenerit; eſtque ſententia *gloſſæ vnicæ in cap. Sacrorum, 72. quæſt. 2.* quam ſequitur (ſingularem, ab omnibuſque approbatam, & communiter receptam dicens) Petr.Surd. *conſil.367. num.42.* & 43. Iacob. de Graffis *deciſ. caſuum conſcient. cap.96. part.7. lib.2.* Ludouic Mexia *in pragm.taxæ panis, concluſ.2.n.8.* & Nos latiùs *q. fin.*

Res etiam à teſtatore alienari prohibita, fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiecta, poterit à paupere † grauato pro ſuis, & ſuorum 43
(quos alere tenetur) alimentis, redemptione, vel excarceratione alienari: Bart. *in auth. Res, quæ C.commun.de legat.num.9.& 10.* Paul.Caſtr. *num.13.* Iaſ.31.Curt.30.Anton.à Padilla, 78.qui hanc communem profitetur ſententiam, reiecta *gloſſæ ibi verbo, Obligationem*, contrarium tenentis Dionyſ. Gothofred. *ibidem, verbo, Sine donationis, littera I*, Barth. Socin. *regula 3.& reg.324.* Ludouic.Molina *de Hiſp. primog. lib.4. cap.6.num.8.& 9.* Petr.Surd.*dict.tit.6.quæſt.22. num.11.& dict.conſ.367.num.42.* & 43. Anton. Gomez.*in dict.l.40.Tauri, num.87.verſ.Octauo.* Franc.Marzar.*de fideicommiſſ.2.p.quæſt.40.n.53.*

Ioan.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ioan. Vincent. Honded. *conſ. 72. num. 7. lib. 1.* Hieronym. Gabri. *conſ. 153. num. 17. lib. 2.* Iacob. Menoch. *conſ. 247. num. 9. lib. 3. & de præſumption. lib. 4. præſumpt. 191. num. 1. & ſeqq.* præcipuè *n. 7. & præſumpt. 192. num. 1.* pleniſſimè Nicol. Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. num. 393. & ſeqq. & num. 410. & ſeqq.* Marc. Ant. Pereg. *de fideicommiſ. art. 2. num. 82.* Vincent. Fuſar. *de ſubſti. q. 536. n. 1. & 3.*

Vel etiam pro filia in ſubſidium dotanda,
44 † *text. in dict. auth. Res quæ, vbi* Bart. *num. 3. per text. ibi, & in dict. l. Mulier*, 22. §. *Cum proponeretur, D. ad S.C. Trebell. & in l. A filia*, 62. *D. eod.* communem dicit Iaſ. *in dict. l. Filiusfam.* 117. §. *Diui, num.* 59. Ripa *num.* 70 Ferdin. Loazes *num.* 341 *D. de legat. 1.* Iaſ. *in dict. auth. Res quæ, num.* 24. & ibi communiter Scribentes, plenè Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſump. lib. 4. præſumpt. 189. num. 1. & ſeqq. & præſumpt. 190. num. 1. & ſeqq. & de arbitrar. caſu* 182. *num. 68. lib. 2. & conſ. 33. vbi latè conſ. 95. n. 190. conſ. 127. num. 28. conſ. 105. num. 132. conſ. 735. num. 20.* vbi de magis communi, & *conſ. 1078. num. 1. & 2.* Anton. Gomez. *in dict. l. 40. Tauri, num.* 87. Franciſc. Viuius *deciſ. 18. num. 6.* Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. cap. 43. num. 27. & 34. & cap. 65. num. 6.* Hercul. Mareſcot. *variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 69. num. 1. & ſeqq.* infinitos referens Marius Giurba (communi omnium calculo hanc receptam dicens) *in conſ. Meſſan. cap. 1. gloſſ. 2. num. 101. dict. par. 1.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 27. num. 4. & quæſt. 31. num. 15.* Cardin. Tuſch. *lit. D. concluſ. 747.* vbi latè, Andr. Gail. *practic. obſeruat. lib. 2. obſeruat. lib. 137. n. 17.* Gregor. Lopez *in dict. l. 6. tit. 1. par. 6. verb. Que no la puedan vender*, Roderic. Xuar. *in l. Quoniam in prioribus, limit. 2. num. 10. C. de inofficioſ. teſtam.* Didac. Caſtillo *in dict. l. 40. Tauri, num. 22.* Tell. Ferdinand. *in l. 20. Tauri, num. 14.* Gaſpar Baëça *de non meliorand. ration. dot. filiab. cap. 8. num. 3. & ſeqq.* Hieronym. Zeuallos *commun. contra commun. quæſt. 743. num. 1.* Arias Pinel. *in dict. l. 1. par. 3. num. 102 C. de bonis maternis*, Andreas Fachin. *controuerſiar. lib. 4. cap. 47.* Borgnin. Caualcan. *deciſ. 82. num. 106. par. 3.* Nicol. Intrigliol. *conſ. 3. num. 8. & 9. lib. 1.* Proſper. Farinac. *deciſ. Rotæ Roman. 511. n. 1.*

Qui omnes idem tam pro conſtitutione dotis quàm pro eius reſtitutione dicunt, vt vtroque res fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiectæ (ſi alia bona vnde reſtitutio fieri poſſit, non extent) alienari poſſint. Tenet etiam (poſt *gloſſ. & DD. in dict. auth. Res quæ*) Couarruu. *variar. lib. 3. cap. 6. num. 10. verſ. Quartò non tantùm,* Molin. *vbi ſuprà, num. 14.* Mareſcot. *dict. cap. 69. num. 4.* Cardin. Seraph. *deciſ. 678. num. 5.* Menoch. *dict. caſu* 182. *num. 69. & ſeqq. & conſil. 33. dict. n. 12. cum ſeqq.*

Et ſiue alienatio prohibita ſit tacitè (vt quia bona fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſimpliciter
45 ſubiiciuntur) ſiue etiam expreſsè † (vt quia nominatim alienari prohibentur) communem dicunt Iaſ. *in dict. auth. Res quæ, num. 24. & D.* Anton. de Padilla, *num. 25.* veriorem, & magis communem Didac. Couar. *lib. 3. variar. dict. cap. 6. num. 10. verſ. Secundò hoc in tract.* Ludouic. Molina *de Hiſpano. primog. lib. 4. cap. 6. num. 16.* Roland. à Valle *conſ. 85. num. 7. lib. 1.* vbi communem, ab eaque in iudicando, & conſulendo recedendum non eſſe dicit, & *conſ. 81. num. 7. lib. 2. & conſ. 27. num. 4. lib. 4.* Hercul. Mareſcot. *dict. cap. 69. num. 7.* Iacob. Menoch. *de præſumpt. 89. num. 96. & de arbitrar. lib. 2. cent. 2. dict. caſu* 182. *& num. 69.* Nicol. Intrigliol. *dict. conſ. 3. num. 6.* vbi de magis communi, & recepta teſtatur, Franciſc. Marzar. *de fideicommiſ. 2. par. dict. quæſt. 48. num. 71.* magis communem dicens, Michaël Craſſus *in §. Fideicommiſſum, quæſt. 57, num. 2.* vbi etiam de magis communi, Tiber. Decian. *conſilio 10. num. 6. lib. 2.* communem pariter aſſerens.

Quinimò eandem ſententiam in caſu, quo prohibitio facta eſſet à teſtatore expreſsè inhibendo, ne dotis etiam ratione † fieret aliena- 46
tio, tenuerunt Paul. Caſtrenſ. *conſ. 80. dubio 1. lib. 1.* Guid. Pap. *deciſ. 69. num. 1. & ſeq.* Andr. Tiraquel. *de primog. quæſt. 61. n. 4.* Alban. *conſ. 522. num. 6.* Iacob. Menoch. *de præſumpt. 189. n. 116. verſ. Contrariam opinionem*, latè Petr. Surd. *deciſ. 62. num. 11.* vbi ita iudicatum teſtatur, Hercul. Mareſcot. *dict. lib. 2. reſ. 69. num. 6. verſ. Contrariam, & num. 17.* Michaël Craſ. *in dict. §. Fideicommiſſum, quæſt. 95. num. 3. & 4.* Franciſc. Burſat. *conſ. 179. num. 8. lib. 2.* hanc magis communem dicens, Ioan. Baptiſt. Coſta *de remed. ſubſidia remed. 6. num. 6.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 42. n. 6. verſ. Contraria verò,* vbi communem firmat, & *num. ſeqq.* Franciſc. Milaneſ. *deciſ. 7. n. 41. & 42. lib. 1.* Ioan. Cephal. *conſ. 683. num. 9. & 10.* plures referens Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſſanenſ. c. 14. gloſſ. 7. & dict. cap. 1. gloſſ. 2. num. 103.* Hieronym. Ceuallos *dicta quæſt. 743. num. 2.* Paul. Æmil. Gal. *de exceptio. part. 2. titul. 4. except. 7. numer. 64.* Quam ſententiam amplexa fuit Rota Roman. *diuerſor. deciſ. 449. n. 1. part. 1.* Rota Bononien. *in collectis à Gypſio deciſ. 47. num. 7. & 11.* vbi de receptiori, eamquè tenet (contra Couarru. & alios) Andrea. Fachine. *lob. 4. controuerſ. cap. 48.* Franciſc. Marzar. *dict. q. 48. num. 72. verſ. Contrariam tamen.*

Qua tamen in re † (præter Couarru. Greg. 47
Lopez, Anton. Gomez, & alios iam relatos) videndus Molina *de Hiſpano. primogen. d. lib. 4. cap. 6. num. 11. 12. 13. & 14.* ac etiam Marius Giurba *vbi ſuprà dict. cap. 1. gloſſ. 2. num. 103. & 104.*

Sicut autem res fideicommiſſo, vel reſtitutioni ſubiectæ vel alienari prohibitæ, pro dote ad matrimonium contrahendum alienari poſſunt; ita & pro dote filiæ monaſterium ingredienti conſtituenda. Cum vtroque caſu parentibus filias dotandi † ſubſit obligatio. Bald. *in* 48
l. fin. num. 5. C. ad Senat. C. Trebelli. Alexand. *conſ. 139. num. 7. lib. 2.* Petr. de Anchar. *conſ. 108. num. 4.* Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 79.* verſiculo, *Cæterum, extra de conſtit.* Nicol. Euerard. *in locis legalib. loco à matrimonio carnali ad ſpirituale, n. 4.* Petr. de Auendañ. *reſponſo 17. num. 4.* Gregor Lopez *in l. 8.* verbo, *El padre, tit. 11. part. 4.* Iacob. Menoch. *d. præſumpt. 189. num. 91.* & Nos diximus *quæſt. 15. num. 19.*

Quare dictam in caſu noſtro ſententiam † 49
tenuerunt Bart. *in dict. auth. Res quæ, num. 7.* Bald. *num. 13.* Angel. *num. 4. in fin. Salyt. num. 1.* dicit communem Iaſ. *num. 18. & 23.* Ferdinand. Loazes *in dict. l. Filiusfamil. §. Diui, num. 138. D. de legat. 1.* Cotnel. Benincac. *de pauperiate ſpecial. 10. in contract. lib. num. 20. & ſequentibus,*

Iacob.Menoch. *d. præsumpt.189. n.90.* Hercul. Marescot.*d.resol.69.n.9.* P.Thoma Sanchez *de matrim.lib.4.disp.26.num.7.*vers.*Et hac ratione.* Anton.Gomez *in d.l.40.Tauri, num.87.* versic. *Septimò intellige,* Petr.Anton.Petra *de fideicommiss.quæst.8.n.418.* Marc.Anton.Peregrin. *eodem tract.art.42.num57* Nicola.Intrigliol.*de substit.. centur.3.q.79.n.238.*

Nec solùm pro filia legitima, & naturali
50 dotanda, sed etiam naturali † tantùm,si aliundè eam pater dotare non possit, Ias. *in dict. authentic.Res quæ,num.7* D.Anton.à Padilla *n.64.* Petra *de fideicommiss. d. quæst.8. n.468.* Anton. Peregrin. *eodem de fideicommiss. tract. art.41. num.50.& art.42.num.38.& consilio 15. num.4. lib.5.*Molina *d.cap.6.num.9.*Aldouin.*consil.103. num.16.*Menoch.*d.lib.4.præsumpt.189.num.25.* Stephan Gratian.*discept.65.num.7.& 8.* Marius Giurba *d.cap.1. gloss.2.num.102.*Cardin.Tusch. *litera D, conclus. 747. num.4. & conclus. 780. num.136.* Nicol.Intrigliol. *de substitut.centur.3. quæst.73.num.196.*Alexand. Raudens.*decis.161. num. 268.* Cum etiam Naturalem tantùm pau-
51 perem teneatur pater dotare, † ex suprà relatis, & dictis latè *q.15.ex n.8. cum seqq.*

Suprà dicta autem omnia, non solùm pro testatoris descendentibus,sed etiam in transuer-
52 salibus, † ad eosque *dict. auth. Res quæ* dispositionem ex rationis generalitate extendendam; tenuit (cum Corneo) Curtius Iunior *in dict. authent.Res quæ,num.13.* post *gloss.in §. Quam ob rem.*in verb. *Sufficeret,in auth. De restit.& ea quæ parit, & ibi* Iacob. de Beluis. Rimin. Iun. *cons. 324.num.12.* & Iacob. Menoch. *cons.33. n.41.*

Licet communis sit in contrarium (admit-
53 tendam nempè in transuersalibus *d.auth.*dispositionem non esse, sed in testatoris prohibentis descendentibus tantùm) tenentque communiter DD.*in d.auth. Res qua,& in d.l. Mulier,22. §. Cum proponeretur,* D.*ad Trebel.*Ferdin.Loas. *in dict.l.filiusfam. §.Diui, n.361.* Didac.Couar. *d.lib.3.var.resolut.cap.6.num.10.*versic. *Primum illud,* Ludouic.Molin.*d.lib.4.cap.6.n.6* Vincent. de Franc. *decis.241.num.1.& 3.* Gaspar.Anton. Thesaur.*in additio.ad patrem,decis.192.num.11. in fin.* Padil.Pinel.Cephal.Petr.Paul.Æmil.Gal. Farinac.& plurimi alij, quos refert, & sequitur Mari Giurb.*d.cap.14.gloss.7.n.9.*

Consulendi tamen circa hanc rem erunt Iacob. Menoch. *d. præsump. 189. num 41.& sequentib.* Anton. Gomez *in d.l.40.num.87.* vers. *Tertiò Notabiliter*, ibi: *Unum tamen est, &c.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss.art.42. n.50.& 51.* Steph.Gratian.*discept. Forens.c.65. n.7.& seqq.*

54 Et in penitùs extraneis † *d. auth.* dispositionem locum habere, resque alienari prohibitas ad doris constitutionem alienari posse; *tenuit gloss.in auth. De restituen. & ea, qua par. in §. Quam ob rem,*verb.*Si non suffecerit.ad fin.*quam sequitur (singulatem dicens) Bald. Nouel. *de dot.6.priuil.13.* communiter tamen ex iam relatis improbatur.

Facultas verò alienandi, remquè pro descendentium necessitatibus distrahendi, tam ad ex-
55 tantes, quàm futuros, † (ex verosimili testatoris mente) extenditur, vt firmat Paulus Castrensis *in d.l. Mulier, 22. §. Cum proponeretur, num. 2.* Curt. Iunior *in dict. authent. Res quæ, num.11. & 12.* vbi communem dicit, Anton. à Padilla *num. 91.* quam sequitur (magis sibi placere asserens) Molina *dict. cap.6. num. 5.* Petra *dict. quæst.8. num. 394.* Ioseph. Ludouic. *decis. Lucens.26. num. 96.* Hercules *Marescot. dict.lib.2.cap.69.num.23.* vbi ita fuisse decisum testatur, contra *Alciati* opinionem, coram *Cardin. Seraphino*, & sic post longam disputationem renuisse *Senat. Pedemont.* asserit Antoninus Thesaurus *decisione 192. num. 11.* argumentis *Alciati* contrarium tenentis *responso 640.* satisfaciens, sequaciumque sententiam improbans, Iacob. Menoch. *d. præsumpt.189. num. 18. & seqq.* Prosper Farinac. *decis. 457. num.2.*

Et non solùm pro ipsamet dote, siue pro doris parte † (si incongrua sit dos) poterit in 56
prædictis casibus alienatio fieri, dosquè augeri, Bald. Castrens.& Ias.*in dict.auth. Res quæ*, vbi etiam Curti.Iun.*num.45.*Iacob.Menoch. (alios referens) *lib.4.dict.præsumpt.189.num.24. versicul. Extenditur primò, & num.155. & sequentibus, & cons 33.n.22.lib.1.* Hercul. Marescot. *dict. capit.69. num. 25. & sequentib.* vbi quæ in isto casu dos congrua dicatur, Cardina. Seraphin. *dict.decis.678. num 1.7.& 8.* Farinac. *vbi suprà num.1.*Stephan. Gratian.*decisione 19.n.5.* Anton. Thesaur.*decis.192.n.3.* Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.14. limitat.20. & limit.30.* constatque apertè ex *d. authent. Res, quæ,* & expressiùs in corpore vndè sumitur, *in d. auth. de restituend. & ea quæ parit in vndeci. mens. d. §. Quam ob rem, collat.4.*

Sed etiam pro nuptiarum apparatu, † expen- 57
sisque in nuptiarum celebratione fieri solitis, cum sint de connexis, & appendicibus. Ita(post *Salic.in dict. auth. Res quæ, num. 5.* Aug. Bero. *cons.113. num. 44. lib. 2.* & alios) tenet Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. dict. art. 42. num.80.* Menoch. sæpè repetito loco, *n. 24. in fin.* vers. *Extenditur secundò*, Marescot. *dict. cap.69.n.14.& 15.* qui testatur hanc amplexam fuisse Rotam in Bononien. *fideicommissi de formagliaris, de anno 1577.coram fœlic. record. Clemente Papa VIII.*tunc Auid.iure.

Semel autem pro dote bona alienata,†etiam 58
soluto matrimonio si apud mulierem, vel eius liberos remaneant, libera existunt, licèt secùs si ad patrem reuertantur. Ita Bart. *in d. auth. Res quæ, num. 8.* cuius opinio communis est, quem sequuntur Ias. *ibi num. 30.* Curt. Iuni. (communem etiam dicens) *num. 27.* vers. *Secunda est*, Marescot. *dict. loco, num. 34. 35. & 36* Peregrin. *supra, num.20.* Menoch. *dict. cons.33.num.9.& dict. præsumpt. 189. ex n.188. vsque ad n.193.* Vbi etiam late vsque ad *n.198.* Quid si mulier dotem ex bonis fideicommissi constituit, & moritur maritus, deinde ipsa mulier,an talis dos ad fideicommissum reuertatur? ad hæredesve extraneos transeat?

Necessaria autem alienatio eatenus admitti- 59
tur, quatenus necessitas † vrget, *text. in l. Magis puto. §. §. Item Prætor, D. de reb. eorum, l. Et si fine, 8. §.1. D.de minor.l.1.ad fin. D. de feriis,l.fin.D.exercit. actio.l.Senatus, 16. D.de offic. Præf.* Bart. *in l.1.§.Nunciatio, num.28. D. de noui oper. nunciat.* Bald. *consilio 40. num. 3. lib.1.*Decius *cons.403. num. 18.& 21.* Aymon. Crauetа *cons. 100. num.193.& 194.* Marescot. *suprà, num.26.* Giurba *dict. cap.14.gloss.6. n.3.*

Petra

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Petra *de fideicommiſſ. dict. quæſt.* 8. *num.* 311. Tiber. Decian. *conſ.* 20. *n.* 89. *lib.* 5. Alex. Raud. *deciſ.* 30. *n.* 220.

Vndè ſi pro dote, alimentis, aliavè neceſſaria cauſa alienatio facienda ſit, fructuſquè fideicommiſſi, vel rei alienari prohibitæ ſufficiant,
60 † ad eius alienationem procedendum non erit, *ex text. in dict. l. Mulier*, 22. §. *Cum proponeretur*, D. *ad Senat. C. Trebel.* & ibi. communiter Scribentes, Roman. *conſilio* 232. *num.* 3. Iaſ. *in dict. authentic. Res quæ*, *num.* 33. verſiculo, *Duodecimò limita*, Nicola. Intrigliol. *conſilio* 13. *num.* 83. *lib.* 1. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *n.* 384. 460. & 489. Peregrin. *d. tract.* 1. *artic.* 42. *n.* 71. *idem* Intriglio. *de ſuſtit. cent.* 2. *quæſt.* 73. *n.* 318.

Quod tamen ſi tempore quo dos, vel alimenta præſtanda ſunt, vel alienatio facienda eſt
61 fructus ſufficientes extent, limitandum, intelligendumque eſt, ex ſententia Angeli, & Cuman. *in dicto* §. *Cum proponeretur*, Iaſo. loco proximè relato, Ioannis Lup. *in repetition. rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 14. *num.* 1. refert, & ſequitur Molin. *dict. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 15. Petra & Peregr. *ſupr.* Intrigliol. *dict. loco*, *n.* 315. Iacob. Menoch. *conſil.* 247. *num.* 39. & *conſ.* 852. *numero* 10. & *ſeq.* & *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *numero* 162.

Fructibus verò ſufficientibus non extanti-
62 bus, ad rei venditionem etiam magni valoris † erit procedendum, Bald. *in dict. auth. Res quæ*, *num.* 4. Paul. Caſtr. *num.* 5. Padilla *num.* 109. Molina *ſuprà num.* 16. Ioan. Bapt. Coſta *de ratione ratæ*, *quæſt.* 123. *num.* 11. & ita in Rota Roman. *diuerſ. deciſion.* 771. *part.* 1. fuit concluſum.

63 Pretium autem quod ſupereſt, † in alterius minoris fundi, vel rei emptionem debet conuerti Coſta *ſuprà num.* 12. Pereg. *dict. art.* 40. *num.* 26. Anton. Sola *ad conſtit. Sabaud. titul. de feudis. par.* 2. *gloſſ.* 4. *num.* 9. Alexand. Raudenſ. *dict. deciſ.* 30. *num.* 221. & 222. Octauian. Oſaſc. Tiber. Decian. & alij, quos refert, & ſequitur Marius Giurba *dict. cap.* 14. *gloſſ.* 6. *n.* 4.

Latè hac in re immorati ſumus, ad ſimileſque caſus, in quibus regulariter alienatio prohibita eſt, paupertatis verò ratione licita, ac permiſſa; procedendum Nobis erit. Superioribuſquè adiungendum, quòd licèt emphyteuta irrequiſito domino rem emphytheuticam alie-
64 nare non poſſit, † quòd ſi alienet, à iure ſuo cadat, *text. in l. fin. C. de iure emphyt.* vbi Bart. Bald. Salycet. Iaſ. & alij, *text. in cap. Potuit extra de locato*, vbi communiter Scribentes, Iaſ. *in l. Non ſolùm*, §. *Morte*, *num.* 23. *D. de noui oper. nunciat.* Cagnol. *in authent. Qui rem*, *n.* 23. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alciat. conſ.* 106. *numero* 4. *lib.* 4. & *conſilio* 113. *in princip. eodem libro*, & *conſ.* 757. *num.* 1. Petr. Paul. Pariſ. *conſ.* 86. *num.* 13. *lib.* 4. Socin. Iun. *conſ.* 70. *n.* 14. *lib.* 3. communem dicens. Iul. Clar. *recept. ſentent. lib.* 4. §. *Emphyteuſis*, *quæſt.* 13. *in princip.* Bald. *in capit. Cumana*, *num.* 2. *de electio.* Corne *conſ.* 166. *num.* 4. *lib.* 2. Guid. Pap. *deciſ.* 162. *n.* 1. *in fin.* Matthæ. *de Afflict. deciſione* 97. *num.* 1. Ioann. Cephal. *conſilio* 95. *n.* 21. *lib.* 2. latè Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 14. *per totum* plures ampliationes huic regulæ ſequentibus quæſtionibus aſſignans, Marc. Anton. Peregrin. *conſilio* 15. *num.* 21. & 23. *libro* 1. Anton. Fabet. *in codice ſuo definit. lib.* 4. *titul.* 42. *definitione* 7. *num.* 7. Gaſpar. Gaballi. *Mil'eloquio* 212. fusè Camil. Borrel. *in ſumma deciſion. tit.* 33. *num.* 68. & *ſequentibus.* Ouid. de Amic. *de iure emphyt. in explicatione text. in dicto cap. Potuit*, *num.* 8. & *quæſt.* 1. *num.* 1. *cum ſequentibus.* Vbi quid ſi emphyteuta irrequiſito domino eius ſaluo iure, † vel conſenſu 65
nec aliter, nec alio modo, vel aliis ſimilibus clauſulis alienet; latèque etiam Vincent. Carot. *de locat. titul. de iure emphyteut. quæſt. principali*, *folio mihi* 92. *num.* 5. & *ſeqq.* & *quæſt. ſeqq.*

Si tamen ex neceſſariâ cauſâ † irrequiſito 66
domino alienet; in commiſſum non cadit Bart. *in dict. l. Pater filium*, *D. de legatis* 3. & *in l. Et ideò D. de contradiction. furtiua*, & *in l.* 1. *C. de præd. minor.* Bald. *in l. Voluntas* & *in l. Quoties*, *C. de fideicommiſſ.* Decius *in authentic. Præterea num.* 12. *C. vndè vir*, & *vxor*, Matthæ. de Afflict. *deciſ.* 191. *per totam*, Cornel. Beninc. *de paupertat. dict. ſpeciali* 10. *num.* 19. Hieronym. Gabriel. *conſil.* 92. *per totum*, *præcipuè num.* 5. & 6. Aurel. Corbul. *dicto cap.* 14. *De cauſa prinationis ob alienationem irrequiſito domino*, *limitatio.* 30. & *limitation.* 20. *n.* 2. Ouid. de Amic. *dict. tractat. quæſt.* 16. *ex num.* 3. *cum ſequentibus*, & alij ex ſuprà relatis, *num.* 35.

Idquè etiamſi culpa ſua † alienare prohibitus 67
(non tamen ad caſum præordinata) in neceſſitatem deuenerit, extenditur, vt in ſpecie notat Iaſ. *in dicta authentic. Res quæ*, *num.* 20. Crot. *in dicta l. Filiusfamil.* §. *Diui*, *num.* 64. & *ibid.* Ferdinand Loazes *num.* 142. Arias Pinel. *in authentic. Niſi tricennali*, *num.* 46. *C. de bonis maternis*, veriorem hanc ſententiam putans, latiùſque Nos *quæſt.* 54. *num.* 17. & *ſeqq.* dicemus

Item licèt hominis liberi alienatio, † vendi- 68
tio, vel pignoratio à iure prohibita ſit, *l. Si emptionem*, 34. §. *Liberum hominem*, & *l. Liberi* 70. *D. de contrahenda emptione*, *text. in* §. *fin. inſtit. eodem*, *l. Ne ratius*, 63. *D. de condiction. indebit. l. Cum quis*, 38. §. *Quia hominem*, *l. Qui res*, 98. §. *Aream*, *D. de ſolut. text. in* §. 1. *inſtitut. de inuti. ſtipulat. l.* 3. *tit.* 13. *par.* 5.

Etſi fortè pater filium creditori ſuo ſcienter 69
pignorauerit † (præterquam quod obligatio non tenet) creditor illum ſcienter recipiens, relegationis pœna punitur; *text. in l. fin. cum gloſſ. D. quæ res pignor. oblig. poſſ. text. in capite Lator*, 2. *in ordine*, *iuncta gloſ.* 1. *extra de pignor.*

Quamuis autem creditoris ignorantia, † vel 70
illius cui hominis liberi alienatio ſit, excuſet à pœna, non tamen alienationem valere facit: operatur tamen, vt alienans de euictione teneatur; *tex.* eſt *in l. Minor*, 39. §. *Pater ſciens*, D. *de euictio.*

Imò etiamſi emptor, & venditor eius con- 71
ditionem ignorent, † alienatio non tenet euictionemque præſtare debet alienans, *l. Si tibi*, 25. *C. de euictio.* Etſi vterque ſciat, † vterque 72
punietur, iuxta *text. in dicta l. fin. D. quæ res pig. auth. Imò*, *C. de action. & obligation. & in auth. vt nulli iudic.* §. *Quoniam verò contingit*, *collation.* 9. & *in l.* 3. *tit.* 13. *part.* 5. latè Cornel. Beninc. *de paupertat. ſpeciali* 5. *in contractib. num.* 1. & *ſeqq.* Conuenit quod Deu-

teron.

teron. dicitur *cap.24. Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suum de filiis Israël, & vendito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui.*

Tamen paupertatis, famisque ratione licet
73 patri filium vendere; † *text. & gloss. in l.* 2. vbi Bald. & alij, *C. de patrib. qui filios distraxe. gloss. in cap. Discipulos*, 26. verbo, *Fame, extra de consecrat. distin.*5. *gloss. & Doctor in dict. cap.* 2. *de pignor.* Bald. *in cap. Ex rescripto num.* 4. vbi etiam Abb. *num.*7. *de iureiurand.* Imol. *in l.*1. *n.*6. *D. de vulgar. & pupill. substit.* Andr. Tyraquel. *de retract. conjang* §.26. *gloss.*1. *num.*5. & 17. Cornel. Benincac. *vbi suprà num.* 15. Cagnol. *in l. Non debet, num.*4. *D. de regul. iur* Didac. Couar. *variar. resolut. lib.*3. *cap.*14. *num.*4. Ludouic. Molin. *de Hispano. primog. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 13. Gerard. de Petra Sanct. *singul. vltim. num.* 16. Hippolyt. de Marsil. *singul.*101. Mantua *sing.*77 *& singul.*547. Ascan. Clem. *de patr. potest. cap.*5. *effect.* 1. Philipp. Paschal. *de viribus patr. potest. cap.*1. *num.* 6. *& segq. part.* 1. Vincent. Carot. *de remed. contra præiudic. sentent. vel damnos. execut. except.*25. *num.*10. Asini. *in praxi iudic. in principio, cap.*2. *num.*20. Carol. de Grassis *de effectibus clericat. effectu* 43. Estque hodie pro hac sententiâ *text. in l.*8. *&* 9. *tit.*17. *part.*4. *text. in l.* 3. *tit.*13. *part.* 5. versiculo, *El segundo es.* Diciturque *Esdræ lib.*2. *cap.*5. in principio. *Filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis accipiamus pro pretio eorum, frumentum, & comedamus & vinamus*, & apud Ouid. Metamorph. *lib.* 8.

Et tandem demisso in viscera sensu.
Filia restabat, non illo digna parente,
Hanc quoque vendit inops.

74 Nec solùm patri, vt famis necessitati subueniat, filios vendere licet; sed etiam pignorare, † magis communem sententiam dicit (ex Amesc. *de potest. in scipso. lib.*2. *cap.*14. *num.*27.) Philipp. Pasch. *vbi supr. num.*10. Qua de re controuersia hodiè esse non potest, statutis dictis proximè *Partitæ* legibus in pignore nominatim loquentibus.

Amplia secundò, vt sicut vendi, vel pignorari ob famis necessitatem filius potest; ita & cum
75 fundo † vndè se pater alat, permutari, vt pluribus rationibus firmat Arias Pinel. *in rubr. C. de bonis matern.*2. *par. n.*26. quem sequitur Philip. Pasch. *vbi suprà num.* 11. & *ex Sacra pagina* suprà relata Esdræ authoritate probatur; licèt contra teneat Bald. *in d. l.*2. *C. de patr. qui fil. distra. num.*5.

Ampliatur tertiò, vt non tantùm ratione famis †(vt voluit Couar. *d. lib.*3. *var. c.*14. *n.*4. vers. *Tertiò etiam*, & Greg. Lopez *in d. l.*8. *tit.*17. *glos.*1. verbo, *De gran fambre, partita* 4. post Baldum
77 *in d. l.*2. *n.*6.) Sed etiam alia simili † ratione, vt si pater ab hostibus captus sit, pro eius redemptione, ob rationis paritatem, vt per Cornel. Benincac. *dict. speciali* 5. *in contract. num.* 16. latèque defendit Arias Pinel. *loco iam relato, num.*27.

78 Ampliatur quartò in matre, † *ex d. l.*2. & di-
79 ctione illa, *si quis*, ibi abiecta; quæ † tam fœminas, quàm masculos comprehendit; *text. in l.*1. *D. de verb. significat. in l. Quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. l.*3. §.1. *D. de negot. gest.* ex rationisque paritate latè comprobat Cornel. Benine. *suprà num.*17. *cum seqq.* Quamvis contra teneat *gloss. in d. l.*2. quam defendit Petr. Rebuff. *de priuileg. scholast. priuil.*177. *n.*5. Pinel. *sup. n.*22. & Pasch. *d. cap.*1. *n.*12.

Tamen suprà dictam principalem *d. legis* 2. conclusionem, præcedentesque ampliationes limita in filio Clerico, † quē nec ob famis necessi- 80
tatem alienare potest pater, secundùm Hostiens. *in c. Iudæorum* (quem sequuntur ibi communiter Scribentes) *de ætate, & qual.* Anan. *in c. Si quis, col.*2. vers. *Tu adde, de furt.* Hipp. de Mars. *in rub. de fideiuss. n.*222. *& d. sing.*101. *n.*2. Gerard. de Petra Sanct. *d. sing.*100. *n.*16. Hieron. Cagnol. *in l. Non debet, n.*4. *D. de reg. iur.* Greg. Lopez *in d. l.*8. *tit.*17. *p.*4. verb. *Pueden vender*, Philip. Pascha. *d. c.*1. *n.*16. *&* 17. Camil. Borrel. *in repet. prag. Odia litium* §.1. *gloss.*3. *n.*250. Vinc. Carot. *d. except.*25. *num.*10. Carol. de Gras. *de effect. Cleric. dict. effect.*43.

Item licèt dominus vassallos inuitos alienare non possit, † neque feudi dominium in alium eis 81
renitentibus transferre; *text. est in c.*1. §. *Ex eadem lege, de lege* Corrad. *& in cap. Imperialem*, §. *Præterea* Ducatus *in fin. de prohibita feudi alienatione* per Federic. *gloss.*1. *in l. Inuitus*, 34. *D. de fideicommiss. libert.* Felin. *in cap. Dilecti, n.*1. (*vbi cæteri Scribentes*) *extra de maior. & obed.* Bald. *in cap. Generali, n.*2 *si de feud. fuerit controu. inter domi. & agn.* & latiùs *consil.*326. *lib.*1. *& consil.* 327. *n.*5. Aym. Crauet. *cons.*54. *n.*3. *& cons.*241. *n.*6. *lib.*2. Hieronym. Grat. *consil.*147. *num.*5. *& seqq. lib.*2. Petr. Duen. *regul.*2.5. Roland. à Valle, *consil.*1. *n.*34. *& seq. lib.*1. Franc. Bursat. *consil.*160. *n.*1. *lib.*2. *& cons.*350. *n.*1. *lib.*4. Vincent. de Franc. *decis.*17. *n.*2. Anton. Gabriel *lib.*3. *commun. conclus. tit. de iure quæsito non tollend. conclus.*8. Iul. Clar. *in §. Feudum, q.*28. Petr. Surd. *cons.* 208. *n.*17. *lib.*2. latiùsque *cons.*323. *n.*1. *& seq. lib.*3. (qui etiam in Supremo Principe aliquam de suis ciuitatibus alienare volente loquuntur) Iacob. Menoch. *consil.*377. *n.*10. *& cons.*264. *n.*30. *& cons.* 32. *n.*20. *& in tract. de recup. possess. remed.*10. *n.*81. Ioan. Cephal. *consilio* 18. *n.*23. Petr. Greg. *in tr. de concess. feudi part.*7. *q.*4. *n.*18. Octauia. Osas. *decis. Pedemont.*139. *num.*25. Marc. Anton. Natta *consilio* 506. *num.*15. latè Garsia Mastril. *consilio vnico, num.* 3. *& seqq.* Philipp. Paschal. *dict. cap.* 1. *ex num.* 25. *cum seqq. vsque ad num.*68. copiosè etiam Cardinal. Tusch. *pract. conclus. littera V, conclus.* 30. *& littera F, conclus.*125. *&* 126.

Vt tamen necessitati, famique succurrat, † 82
poterit dominus vassallos inuitos, & renitentes alienare. Ita tenet Cornel. Benine. *dict. speciali* 5. *in contractib. num.* 24. quem sequitur Paschal. *vbi suprà, num.* 24. communem dicens, sicque tenere DD. ex ratione *dict. l. C. de patrib. qui fil. distraxe.*

* * *

UAB Biblioteca de Ciències Socials

VTRVM PAVPER CVI res vendita, non tamen tradita fuit, ei, cui vendita fuit, & tradita, præferatur?

SVMMARIVM.

1 *In re duobus in solidum diuersis temporibus vendita, is, cui res prius tradita est, licèt posterior fuerit in contrahendo, præfertur.*
Amplia n. 4. 5. 6. 7. & 8.

2 *Dominium rei venditæ apud venditorem, dum eam emptori non tradit, remanet.*
Emptor solùm actionem personalem ad interesse contra venditorem rem venditam non tradentem habet, ibid.

3 *Dominium absque rei traditione transferri non solet.*

9 *Pauperes, quibus res tradita non est, priores in contrahendo, diuitibus, quibus rei traditio facta postmodum est, præferuntur.*
Amplia, n. 14.

10 *In piis causis dominium absque traditione Pauperes, & Ecclesia aquiparantur*, ibid.

11 *Dominium rei dotis causa promissæ, absque traditione acquiratur.*
Et an possessio quoque absque apprehensione ex ea causa transferatur? remissiuè, ibid.

12 *In omnibus casibus, in quibus absque traditione dominium transfertur, primus emptor, vel contrahens, cui rei traditio facta non est, secundo, cui facta est, præfertur.*

13 *Traditio ficta operatur, vt primus contrahens secundo, cui traditio facta est, præferatur.*

QVÆSTIO XXIII.

IN re duobus diuersis temporibus vendita in solidum, eum præferri, cui priùs rei traditio facta est, † etiamsi posterior in contrahendo fuerit; disponit text. *in l. Quoties, 15. C. de rei vendic. & in l. Qui tibi, 6. C. de hared. vel act. vend. vbi not.* Bald. Paul. Ias. *& communiter Scribentes, l. Siue autem, 11. D. de Publician. in rem acti, glos. in cap. Qui prior, 54. vers. Ex duobus emptoribus, extra de reg. iur. in 6. text. in l. 50. tit. 5. part. 5. vbi glossa 1. & l. 14. tit. 13. eod. part.* (vbi de re duobus pignotata) Alexand. *consil. 92. n. 11. lib. 5.* Corne. Gozad. & alij, quos refert, & sequitur Cornel. Beninc. *de paupert. speciali 6. in contract. n. 1.* Anton. Gomez *variar. tom. 2. cap. 2. num. 20.* vbi latissimè, Didac. Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 19. in principio*, & latè *per tot.* de intellectu *dicta l. Quoties*, Andreas Tyràquellus *in tractatu de constitut. 1. parte num. 21.* Ioannes Gutierrez *in l. Nemo potest, num. 40. D. de legat. 1.* & latiùs *de iuramento, confirmat. 1. part. cap. 30. num. 1. & seqq.* Ildephons. de Azeued. *in l. 3. tit. 8. libro 8. nouæ Reg. Collect.* Iacobus Menochius *consilio 1153. num. 45.* Marsil. *singul. 82.* Petrus Augustinus Morla *in Emporio iuris, 1. part. tit. 9. D. de contrahend. empt. in principio numero 48.* Pater Ludouicus Molina *de iustit. & iure, tract. 2. disputat. 369. num. 1. & seqq.* Ioannes de Salas *de emptione & venditione dubio 46. numero 2. & seqq.* Pater Leonardus Lessius *de iustit. & iure, libro 2. cap. 21. dubio 19.*

1

Ratio est, quia ex solo contractu, vel titulo venditionis absque traditione † dominium, vel ius aliquod rei venditæ in emptorem non transfertur, sed apud venditorem manet, de eaque validè potest disponere, tantumque contra eum actio personalis ad interesse emptori conceditur, *text. in dicta l. Qui tibi, 6. C. de hæreditate, vel actione vendition. l. penultim. C. de rei vendicat. & ibi not. glossa, l. fin. §. Lutius Titius D. donationibus l. Si ager, 51. D. de rei vendic. glossa 1. in §. 1. institut. de Inutilib. stipulat. l. Alienatum 67. D. de verb. signific.*

2

Dominium enim absque rei traditione † transferri non solet, *l. Traditionibus. 20. C. de pact. l. Nunquam, 31. D. de acquir. rer. domin. §. Per traditionem, institut. de rer. diuision.* Quam rationem probant apertè suprà dicta iura, eamque in specie tradit *glossa in dicta l. Quoties, 15. & ibi* communiter Scribentes; & veram ac fundamentalem dicit Antonius Gomez *dicto libro 2. cap. 2. num. 20. colum. 1. circa fin.* Couar. *dicto cap. 19. in principio*, Gregorius Lopez *in dicta l. 50. tit. 5. part. 5. glossa 1. colum. 1. in fin.* Antonius Pichardus *in principio institut. de empt. & vendit. num. 25.* Ioannes Matienço *in l. 7. tit. 11. lib. 5. nouæ Reg. Collect. glossa 6. n. 24.*

3

Quod & in vēditione iurata † obseruatur, quia & in ea secūdus emptor, cui res tradita fuit, priori præfertur emptori. Ita tenent Immol. *in c. Cum contingat, n. 85. de iureiur.* Ias. *in d. l. Quoties. n. 36. & consilio 5. n. 1.* vers. *Nec obstat lib. 3.* Ant. Gomez *d. c. 2. n. 20.* vers. *Septimò principaliter extēde*, Couar. *d. c. 19. n. 8. in fin.* vers. *Decimò, an sit locus? & in Epitome de spons. 1. part. c. 5. n. 9. & in c. Quamvis, §. 4. n. 2.* Ioan. Gutier. *d. cap. 30. n. 4.* Roland. à Valle *consilio 6. n. 24. lib. 1. & cons. 62. n. 4. lib. 2.* Petr. August. Morla *vbi suprà d. n. 48.* P. Molina *d. disp. 369. n. 10* vers. *Octauum*, Ioan. de Salas *d. dubio 46. n. 3. ad fin.* Pat. Ferdin. Rebello *de oblig. iustit. lib. 9. q. 17. sect. 3. n. 22. par. 2.* Pat. Ludouic. Torres *de iustitia disput. 59. dubio de iniustitia emptionis, & venditionis, n. 3.* vers. *Tertiò notandum est.*

4

Tantúmque operatur traditio, vt licèt tempore, quo res vendita, ac tradita est, venditoris non fuerit, † postmodumque eius dominium nactus sit, ac eam alteri vendat, traditio conualidatur, efficitutque dominus prior emptor, *text.* videtur *in d. l. Siue, 11. §. Si duobus, D. de Publician. in rem actione*, & obseruat in terminis Roman. *cons. 270.* Hippolyt. de Marsil. *sing. 82.* Ias, *in dicta l. Quoties, num. 36.* Couarru. *dicto cap. 19. ante num. 8.* aliis relatis Caldas Pereyra *de empt. & vend. c. 11. n. 9.* Cardin. Tusch. *pract. concl. litt. V, concl. 64. n. 10.* Anton. Gabriel. *commun. opin. titul. de emption. & vendit. conclus. 2. num. 7.*

5

Nec solùm in venditionibus; sed etiam in locationibus, † conductionibusque *dict. legis. Quoties* dispositionē procedere, iudicauit Rota *in antiq. tit. de locato, & conduct. decis. 2.* Cornel. Beninc. *dicta spec. 6. in contract. num. 4.* latè comprobat, & defendit Anton. Gomez, *dicto*

6

cap.2. num.20. colum.2. post princip. versic. *Secundò principaliter extende*, Gregor. Lopez *in dicta l.50.tit.5.part.5.glossa 1.*versic. *Et in quantum vbi* Iaſ. P. Molina *dict. diſput.369. num.6.* Couar. *dicto cap.19.num.8.*Anton.Gabriel *commun.concluſ.tit.de empt.& vendit. dicta concl.2. num. 5.* Marc. Anton. Natta *conſ.261. num. 10.* Nicol.Moſius *de contract. tit.de locat. quæſt. de natura locationis, num.11.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 238. num. 7.* Borgnin. Caluacan. *deciſ. 25. num.19.part. 2.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.12.n.7.* Marta *voto ſiue deciſ. 35. num.13. & 14.*Cardinal.Dominic.Tuſch.*practic.concluſ. littera L, concluſ.429.& littera C, concluſ.605. num.2.* Marius Giurba *deciſ.59. num.4.* Marius Muta *deciſ.35. num.11.* Vincent. Carot. *in tractat. de locat. & conduct. tit. de locatione duobus facta, 4.parte, num. 5.* vbi magis communem dicit ex Cœphalo *conſilio 718.num.37. vol.5.* & aliis, vbi latè multas huic aſſignans ampliationes, *num.ſeqq.* Hieronym.Ceual. (communem dicens) *commun. contra commun. lib. 3. q.756 num. 51.*

8 Item tam in contractibus onetoſis, quàm lucratiuis † ſecundus, cui rei traditio facta eſt, præfertur, *text.eſt in dicta l. Quoties*, §. *fin.* & ibi communiter Doctores, Cornel.Beninc. *vbi ſuprà, num.5.* Anton.Gomez. *dicto cap.2. n.20. colum.2. in principio*, Pater Ioannes Salas *dicto dubio 46. num.3.* P. Molina *dicta diſputat. 369. num.6.*

Paupertatis tamen fauore *dicta l. Quoties*
9 diſpoſitio pauperes † non comprehendit.Namque ſi pauperes priùs contraxerunt, etiamſi eis res tradita non ſit, diuitibus, quibus poſtmodum rei traditio facta eſt, præferuntur. Ita tenet in terminis Bald. *in dicta l. Sine*, 11. §. *Si duobus, num.2. D de Publician.in rem act.*Hippolyt.de Marſil. *de ſingul. 82. incip. Volo, n. 5.* verſic. *Quinto limita*, Cornel.Beninc. *dicta ſpeciali 6. numero 16.* cum aliis *numero* referendis *ſequenti*, præcipuè in verſiculo. *Et quod pius locus.*

10 Specialitatis ratio eſt, quia in piis cauſis † dominium abſque traditione tranſit, *text. in l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. gloſſa, & Doctores in cap.2. extra de conſuetud.gloſſa* (communiter recepta) *in dicto* §. *Si duobus*, verbo *Petentis, in princ. & in l. Si ager*, 50.*aliàs* 51. verb. *Rectè agit*, verſ. *Idem in donatione, & venditione facta Eccleſiæ, D. de rei vend.* Decius *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.246. extra de conſtit.ſuprà num.18.*latè Andreas Tyraquel. *de priuileg.piæ cauſæ priuileg.107.* Ex æquiparatione (ſæpè facta) Eccleſiæ ad pauperes, qua in iſto caſu nominatim vtitur Beninc. *dicto n. 18. & 19.* & Bald. *vbi ſuprà dicto num. 2.* Et quòd pius locus in caſu *dicta l. Quoties*, licèt alij ſit facta traditio, præferatur; tenet etiam Petrus Sanz Morquecho *de diuiſione bonor. lib.3. cap.7. num.21.* Pat.Molina *vbi ſuprà, num.7.* communem dicens Couarr. *dicto cap.19. num.2.* P.Salas *dicto dubio 46.n.4.* Anton.Gomez Leſſius & alij ſuprà adducti.

11 Eaque ratione & dotis † promiſſæ dominium abſque traditione transferri, tradunt communiter Doctores *in l. In rebus*, 30. (vbi eſt *text.*) *C.de iure dot. gloſſa 1.in l.2. C. de inoffic. donat.* Decius *in l. Si donatæ, num.5. C.de collat.* Iaſ. *in dicta l. Traditionibus, num. 20. C. de pact. & conſ. 147. lib. 2.* Baldus Nouell. *in tractatu de dote, parte 7. priuileg. 10.* Franciſcus Burſatus *conſilio 120. num. 14.* communem omnium Scribentium ſententiam dicit Antonin. Theſaurus *deciſione 48. num. 1.* vbi etiam *numero 2.* An ſicut transfertur dominium; transferatur quoque abſque apprehenſione poſſeſſio? latè vide.

Et generaliter in omnibus caſibus, in quibus abſque traditione dominium transfertur, primus contrahens cæteris præfertur, † etiam 12
quibus facta traditio eſt, *gloſſa, & Doctores in cap. Si tibi abſenti, de prabend. & dignit. libro 6.* Abbas, & Canoniſtæ *in cap. Continebatur, de his, quæ fiunt à Prælatis*, Abbas *in cap. Suggeſtum, 1. notabili, de iure patronat. & conſilio 91. num.7. lib.1.* Gozadin. *conſilio 13.* Beninc. *dicta ſpeciali 6.n.20.*

Idque fictam operari traditionem, † tenet 13
Baldus *in præludiis feudorum, numero 29.* Decius *in regula contractus, numero 16. & 18. D. de regulis iuris*, vbi hanc concluſionem ſatis notam dicit, Ioannes Andreas *in addition. ad Speculat. titulo de emptione, & venditione*, §. *Sciendum*, verſiculo, *Nota quòd ſi res vendita*, Oldradus, Iaſ. Abbas, Butrius, & alij, quos refert; & ſequitur (hanc comprobans ſententiam) Antonius Gomez *dicto cap. 2. num. 20.* verſiculo. *Quartò principaliter extende, & in l. 45. Tauri, numero 92.* Hippolyt. de Marſil. *dicta ſingul. 82.* Ludouicus Molina *dicta diſput.369. num.4.* Ioannes Gutierrez *dicto cap.30. num. 5.*

Suprà dicta autem ſententia (poſtetioribus emptoribus; quibus rei traditio facta eſt, præferri pauperes) non ſolùm in pauperibus congregatim viuentibus admittenda videtur; † ſed 14
etiam ſeparatim: cum & illorum pia ſit cauſa, earumque (vt ſæpè diximus) fruantur priuilegio, patiterque vtroſque complectatur. Faciunt dicta à *Nobis quæſtione 30. numer. 8. & ſequentibus.*

VTRVM DIVITES neceſſaria pauperibus vendere compellantur?

SVMMARIVM.

1 *Inuitus nemo rem ſuam vendere, aut alienam emere cogitur.*

2 *Nec locare.*

3 *In re ſua quilibet arbiter, moderatorque exiſtit.*

4 *Diuites vendere pauperibus frumentum, comeſtibiliaque iuſto coguntur pretio*, & num.6.

5 *Iudices ſeculares, an compellere Clericos, vel Religioſos ad venditionem frumenti tempore neceſſitatis, taxamque à ſeculari Principe impoſitam ſeruandam, illorumque fructus ob id ſequeſtrare, tam de iure Regio, quàm communi poſſint?*

6 *Vbi quis vendere compellitur, intelligitur iuſto ſoluto pretio.*

7 *Propter neceſſitatem, vel paupertatem etiam minus iuſto pretio vendere quis compellitur Vel etiam locare*, & n.8.

9 *Pauperes inter pares petentes emphyteuſin, cuius*

cuius facienda est renouatio, præferuntur.

QVÆSTIO XXIV.

1 INuitus nemo rem suam vendere cogitur, † aut alienam comparare, *text.* est *in l. Inuitum*, 11. *C. de contrah. empt. text. in l. Nec emere*, 16. *C. de iure deliber. text. in l. Possessores*, 12. *C. de fund. patrimon. lib.* 11. *text. in l. Nemo extorus*, 8. *C. de Iudæis.* Nec etiam iusto pretio, *text. in l. Non enim*, 9. *D. de act. rer. amot. text. de iure Reg. in l.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. vbi latè exornat Gregor. Lopez *glossa* 1. Angel. *cons.* 351. (*incipit*, *Generosus Miles*) *num.* 2. Nicol. Boër. *dec.* 322. *num.* 2. Barth. Socin. *regul.* 425. *incip. Vendere rem suam nemo compellitur*, Ias. *in princip. instit. de actionib. num.* 2. *&* 4. Fabi. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. quæst.* 3. *princip. n.* 38. 39. *&* 40. plenè Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus.* 117. *num.* 1. *& seqq. & littera V, conclus.* 59. *num.* 1. *& seqq.* Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 51. *in fin.* Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam.* vers. *Quæritur vtrum quis compellatur*, *fol. mihi* 117. *& in l.* 2. *tit* 23. *lib.* 2. *glos.* 1. vers. *Tandem quæro*, *fol. mihi* 433. Hieronym. Buccaron. *de differ. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 100. *n.* 18. pulchrè Ioan. Mar. Nouar. *quæstion. forens. lib.* 1. *quæstione* 32. *numero* 5. 6. *&* 7.

2 Nec locare † quis inuitus compellitur, *text. in l. Inuitos*, 11. *C. locat.* Aut alios contractus facere, qui à principio liberi esse debent, latè Cornel. Benino. *de paupert. special.* 7. *in contract. n.* 3. *& seqq.*

3 In re enim sua quilibet moderator, † & arbiter existit, vulg. *text. in l. In re mandata* 21. *C. mandat.* Grauisque est iniuria, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, vt in terminis nostris inquit *text. in l. Dudum*, 14. *C. de contrah. empt.* & notat Dionys. Gothofr. *in dict. l. In re mandata*, *littera C*, verb. *Moderator*, in id Ciceronem pro Balbo, & Roscio Americo adducens, notat etiam Roland à Valle *consilio* 21. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 1. Matth. de Afflict. *de iure prothom. cap.* 1. *num.* 1. Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 17. *num.* 2. *& seqq.* pluribus hoc exornans axioma, Nouar. *dict. q.* 32. *num.* 6. necnon & *Nos in axiomat. & locis communib. iur. littera R*, *num.* 49. *cum quinque seqq.*

Necessitatis tamen paupertatisque ratione
4 † coguntur diuites comestibilia pauperibus vendere, *text.* optimus (vbi notant Bart. Bald. Ias. & alij) *in l.* 1. *C. de Episc. aud. text. in l.* 1. *§. Cura carnis*, D. *de offic. Præfect.* verb. *Doct. in cap.* 1. *extr. de empt. & vend.* Cornel. Benino. *dict. spec.* 7. *in contract. num.* 12. Angel. *d. consil.* 351. *Capell. Tholos. quæst.* 447. vbi etiam eius *Addit. num.* 2. *&* 3. Socin. *vbi suprà fallen.* 15. Fabian. de Mont. *dict. loco*, *num.* 38. *in fin.* Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. *num.* 3. Didac. Perez *in dict. l.* 2. *tit.* 23. vers. *Iste tamen circa med.* Anton. Gomez. *dict. cap.* 2. *num.* 51. vers. *Secundus casus est*, Cardinal. Tusch. *dict. conclus.* 59. *num.* 7. *&* 8. Francisc. Viui. *commun. opin. lib.* 1. *opin.* 433. Hieronym. Buccaron. *dict. loco*, *num.* 19. Ludouic. Mexia *in pragmat. taxæ panis conclus.* 1. *num.* 4. plenè Petr. Cauall. *resolut. crimin. cent.* 1. *casu* 9. *per tot.* Indequè *Prouerbior. cap.* 11. dicitur, *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium.* Estque hodiè *text. in l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect.* vbi Ioan. Matiençø *glossa* 9. *num.* 6. Ex qua lege in vers. *Y porque por esperiençia*, poterunt etiam seculares † Iudices ad talem venditionem Cle- 5
ricos compellere, illorumque fructus sequestrare, vt per Ioan. Gutierr. *pract. quæst. lib.* 1. *q.* 13. Et in terminis iuris communis ita resoluit Petr. Cauall. *vbi suprà num.* 6. *& seqq.* licèt *num.* 10. Religiosos ad vendendum, taxamque à seculari Principe assignatam seruandam, non nisi per Ecclesiasticum Iudicem compellendos (in præfati iuris communis terminis) contendat.

Prædictaquè ampliatur conclusio, quia licèt vbi quis vendere compellitur, intelligatur, *iusto* † *soluto pretio*, iuxta *text. in dict. l.* 1. *§. Cura* 6
carnis, *D. de offic. Præfect. vrb.* notantque omnes proximè adducti: Propter necessitatem tamen, vel paupertatem, etiam viliori † cogitur 7
quis pretio vendere. Ita dixit notabiliter Bart. *in dict. §. Cura carnis*, Capell. Tholos. *à decis.* 447. *in addit. num.* 3. Socin. *dict. regul. & fallent.* Fabian. de Monte *dict. quæst.* 3. *num.* 40. Mexia *vbi suprà*, *num.* 5. Petr. Cauallus (multis relatis) *d. loco*, *n.* 5.

Id quod in locatione † quoque (ex affini- 8
tate, quam cum emptione, & venditione habet) pluribus firmant Cornel. Benino. *dict. speciali* 7. *quæst.* 18. *num.* 9. & 20. & Petr. Cauall. *dict. casu* 9. *num.* 3. idem in mercibus panisque affirmans, cum ad hominis vitam necessaria sint, victusque nomine contineantur; & in omnibus aliis ad humanam vitam necessariis, *num.* 4.

Quibus etiam conuenit, quod licèt (vt diximus) in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, nec alteri quàm cui velit, vendere, aut locare cogatur: si tamen emphyteusis finita sit, eiusque renouatio facienda inter pares petentes, pauperes † præferri debere, tenet sin- 9
gulariter Petr. de *Anchar. cons.* 80. quem refert, & sequitur Cardin. Dominic. Tusch. *pract. concl. lit. P*, *concl.* 165. *n.* 11.

VTRVM DEBITOR pauperis in mora etiam ante interpellationem constituatur?

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio requiritur, vt debitor in mora constituatur. Intellige* vt n. 3. 4. & 5.
Et an etiam vbi dies obligationi adiectus est, requiratur interpellatio? n. 6.
Nulla intelligitur ibi mora fieri, vbi nulla petitio est, d. n. 1.
2 *Et an vnica, vel trina ad constituendum debitorem in mora interpellatio requiratur?*
3 *Dies interpellat pro homine, partisque interpellationem supplet.*
4 *Siue dies ab homine, siue à lege appositus sit, tacitèque subintelligatur.*
5 *Potentior est mora, quæ ex aduentu diei; quàm quæ ex hominis interpellatione contrahitur.*

6 *Episcopus qui concessit facultatem parocho recedendi ab Ecclesia vsque ad diem certum, si intra diem non veniat, an possit eum absque aliqua interpellatione beneficio priuare?*

7 *Debitor in diem, vel sub conditione, per aduentum diei, vel conditionis absque interpellatione constituitur in mora. Ampliа vt* n.8. & 10.

9 *Iuramentum interpellationem supplet, iurantemque absque interpellatione in mora constituit.*

11 *Paupertas debitori nota, expressæ interpellationis defectum supplet, & vt absque expressa interpellatione debitor in mora constituatur, efficit.*

12 *Et tam in foro exteriori, quàm interiori.*

13 *Debitor minoris absque interpellatione in mora constituitur.*

14 *Et idem in debitore Ecclesiæ, quia minoribus equiparatur.*

15 *Pauperes, & Ecclesia equiparantur remissiuè.*

16 *Pauperes minoribus equiparantur, eorumque gaudent priuilegiis.*

17 *Et Fisco. remissiuè.*

18 *Debitor Fisci absque interpellatione in mora constituatur.*

QVÆSTIO XXV.

VT debitor in mora constituatur, à creditore interpellationem fieri † omninò requiritur, nec ante interpellationem committitur mora, *text.* est *in l. Mora*, 32. *D. de vsur. in l. Vsum*, 22. *& in l. Lecta.* 40. §. *Pactum autem, D. si cert. pet. text. in l. Si ex legati causa*, 23. *& in l. Nemo rem suam*, 82. §. *fin. & in l. Si insulam*, 84. D. *de verb. oblig. text. in l. Titia textatores*, 36. §. *Si alteri*, D. *de legat. 1. gloss. in l. Quod te mihi*, 5. verbo *Factum* (*& ibi* Bart. *num.*12. Alexand. *num.*8. Ias. *num.*19.) D. *si cert. pet.* Aymon. Crauet. *cons.*89. *n.*4. Æmil. Ferret. *in tract. de mora*, *num.*8. Marc. Anton. Bauer. *in eod. de mora tract. 2. part. num.*1. Anton. Pichard. *eod. tract. num* 43. Franc. Becci. *cons.*73. *num.*17. *& cons.*150. *n.*20. Cardin. Domin. Tusch. *practic. conclus. littera I, conclus.* 325. *per tot.* Francisc. Viui. *commun. opin. tom. 1. lib. 4. tit. 22. de vsur. & mora, num.* 108. Carol. de Graff. *in tract. de except. ad stat. exclud. omnes excep. exceptione* 32. *num.*101. *cum tribus seqq.* Rota Rom. *Diuers. 1. part. decis.*476. *num.*1. *& seqq.* Nulla enim intelligitur ibi mora fieri, vbi nulla petitio est, vt inquit Scæuola *in leg. Nulla*, 99. *D. de reg. iuris.*

2 Quinimò plures requiti interpellationes, † neque vnam ad constituendum quem in mora sufficere tenuerunt Corras. Miscelan. *cap.* 6. Æmil. Ferret. *vbi suprà, ex dict. num.*8. pro qua sententia plura iura, & rationes adducit Anton. Pichard. *dict. tract. de mora, num.*50. *&* 51. Licèt contrariam (vnicam scilicet, siue iudicialem, siue extraiudicialem ad moram inducendam, interpellationem sufficere, quæ communis est) sequatur *idem ipse ibi, num.* 66. Qua *de re* latè Cardinal. Tusch. *dicta littera I, conclus.* 326. communem, & magis communem sæpè hanc dicens, plures etiam *ex num.*7. enumerans casus, in quibus trina requiritur interpellatio. Et cum communi tenet etiam Iacob. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 220. *num.*26. quam certissimam ab omnibusquè approbatam dicit Ioann. à Castillo *controuers. lib.*2. *cap.* 1. *num.*61.

Et licèt suprà dicta principalis conclusio (quòd scilicet vt quis in mora constituatur, debeat necessariò interpellari) communiter procedere intelligatur, vbi dies obligationi adiectus non est, † secùs vbi certus est præfixus 3 quia tunc dies ipsa partis supplet interpellationem, pro hominеque interpellat. *text. in l. Traiectitiæ*, 23. §. *De illo*, D. *de action. & oblig. text. in l. Magnam*, 12. C. *de contrab. & commis. stipulat. l. Ad diem*, 77. *l. Si fundum*, 114. D. *de verb. oblig. l. Pecuniæ fœnebris*, 9. §. *Vsurarum*, D. *de vsur. l. Libertus*, 18. §. *Manumissis*, D. *de alim. & cib. legat. l. Fundus*, 4. §. *Marcellus*, D. *de leg. commiss. l. Traiectitiæ*, 9. D. *de nautic. fœn. l. Quoties in diem*, 59. *sup. de verb. oblig. l. Æmil. Largianus*, 59. D. *de minor. l. Celsius*, 27. D. *de recept. arbitr.* text. de iure Regio *in l.* 18. *& in leg.* 35. *tit.* 11. *part.* 5. *& in leg.* 8. *tit.* 14. *ead. part.*

Idque siue dies ab homine appositus sit, siue à lege, † tacitèvе subintelligatur, *text.* 4 *in l. 2. Cod. de iure emphyt. text. in l. 1. §. Exactio, Cod. de rei vxor. act. cap. Potuit*, 4. *extra de locat. & in cap. licet canon.* 14. *de elect. in 6. l.*28. *tit.*8. *part.*5. *l.*4 *tit.*17. *lib.*3. *Fori leg. & ibid.* Monral. verbo *Non ge lo pidio* notant communiter Scribentes in dictis locis, Marc. Anton. Bauet. *in tract. de mora*, 2. *part. num.*1. *&* 2. Anton. Gomez *variar tom.*2. *cap.*11. *n.*25. *colum.*3. *ante fin.* Greg. Lopez *in dict. l.*18. *tit.*11. *part.*5. *verb. A dia cierto*, Didac. de Seguta *in dicta l. Si ex legati causa, num.* 5. D. *de verb. oblig. & ibid.* Didac. Perez *in eius addit.* Anton. Pichard. *dict. tract. de mora, num.* 67. Anchar. Regien. *decis.*68. *num.*13. Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. 1. part. cap.*56. *num.*1. *&* 2. Rota Rom. *Diuers. part.*1. *decis.*476. *n.*2. *& seqq.* Rota Genuens. *decis.*139. *n.*1. Castill. *d. lib.*2. *controuers. cap.*1. *n.*62.

Potentiorque sit mora ex aduentu diei, † 5 quàm quæ ex interpellatione contrahitur, *ex dict. l. Ad diem*, 77. D. *de verb. oblig.* Ias. *in dict. l. Si ex legati causa, num.*12 D. *eod.* Iacob. Menoch. (plures referens) *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 220. *num.*46. *&* 47. Anton. Pichard. *dict. tract. de mora, n.* 68. Rota Genuens. *decis.*144. *num.*2.

Adhuc tamen sunt, qui dicunt, etiam in obligationibus, in quibus certus dies appositus est, interpellationem necessariam esse † vt mo- 6 ra committatur, incurraturque pœna, *ex glossa in cap. Quoniam contra*, 5. §. *Si verò aliter, verbo Canonibus, vt lite non contestat.* Quæ vult, quòd si Episcopus facultatem concessit Parocho recedendi ab Ecclesiâ vsque ad diem certum, si intra diem non redierit, non poterit Episcopus absque noua citatione, vel interpellatione illum Ecclesia priuare: aliisque fundamentis (licèt non multum vrgentibus) hanc tenuerunt opinionem, præcipuèque validioribus rationibus eam comprobans Æmil. Ferret. *dict. tract. de mora, num.* 13. contrariis respondens, in eis deberi pœnam à consensu, non à mora: & quia vbi *Iureconsulti* de mora inducenda loquuntur, non moram ex tempore fieri; sed ex persona dicunt; vt in *d. l. Mora*, 32. *D. de vsur.*

&

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& in l.In minorum, 3, C. in quibus cauſis in integr.reſtit.non eſt neceſſ. & in l.3. D. de adimen. leg. ponderans etiam pro eadem ſententia textum *in d.l.Traiectitia,23.§.de illo, D. de action. & oblig.*ibi: *Si interpellatus moram ipſe fecerit*, &(his non relatis) plura pro hac congerit (etſi à communi non recedendum dicat) Caſtillo *d. lib.2.c.1.n.63.*

Quæ tamen contra communem ſententiam locum abſque dubio habet,procedirque.vbi ad
7 diem incertum † obligatus quis eſt, vel ſub conditione. Adueniente enim die, vel conditione ante interpellationem non conſtituetur debitor in mora. Non enim æquum eſt, vt cum primùm quis obligatur, & in mora conſtituatur ſtatim,vt docet Iacob.Menoch. *conſ.131. num.5.6.7. & 22. & conſ. 133. num.10. & ſeq. & conſ.134.n.25.lib.2.& conſil.1013.n.7.8.& 9. lib.11.* (vt alios hac de re agentes ab eoque relatos omittam.)

Idque ampliatur, licèt iuramentum interce-
8 dat. † Quamvis enim iuramentum interpella-
9 tionem ſuppleat, † iurantemque in mora abſque interpellatione conſtituat ; vt docent communiter Doctores *in cap.Breui, de iureiurand.* Rimin.Iuni.*conſ.67.num.2. lib.1.* Iaſ. *in l,Quod te mihi, num.22.* (vbi etiam Purpurat.*num.97.*) *D. ſi cert. pet.* Ripa *reſponſ.199. num.1.* Franc. Crem.*ſingul.123.* Barth.Socin. *regul.269.num.7.* Ioan.Lup. *in repet.cap.Per veſtras,§.fin.num.32. de donat. inter vir. & vxor.* Simon de Præt. *conſ.23. num.28.* Marc. Anton.Natta *conſ. 426. num.20.& 21. & conſ.479.n.11.& ſeq.* Aymon. Crauet. *conſil.64. num.2. lib.1.* Roland.à Valle *conſ.6. num. 42. lib. 1. & conſilio 8. num. 41. & conſ.57.num.45. & conſ.77. num.18.& 19. eod. lib.1. & conſil.25. num.23. lib. 2.* Anton. Gabr. *commun.opin.tit.de iureiurand. concluſ.2.* magis communem dicens, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.lib.3. cap.579. n.12.& 13.* Steph Aufrer. *in addit.ad Capel.Tholoſ.quæſt.407.* verſ. *Quintò niſi,* Hippolyt. Bonacoſ. *commun. opin. tomo 1. lib 4. tit.22. de vſur. & mora, num.52. & ibid.* Michaël.Craſ. *num.108.* verſ. *Ideò prædicta declarantur.* Anton.Capit. *deciſ.106.n.3.* Seraph. *de priuileg.iuram. priuileg.47.* communem dicit Vincent. Carot. *de iuram.deciſ.quæſt.22.num.9.* Ioan.Bapt.Villalob.*in erario commun.opin.*verb. *Interpellatio,* Petr. Cened.*in collect.iuris Canon. 2.part.collect.141.num.2.* Octauian.Oſaſc. *deciſione 49. num.7.* Cæſar. Barzi. *deciſ.16. num 23. & deciſ.43. num. 7. 8. & 9.* Achil. Pedroch. *conſil.1. num.221. lib 1.* Fabi. Turret. *conſil.74. num. 14.lib.1.* Petr. Surd. *conſ.221.num.40.lib.2.* Camill. Borrel. *in ſumm. deciſ. tit. 60. de iuramento, num.59.& conſ.64. num.63. & conſ 99. num.38. centur.1.* Rota Rom. *Diuerſor. deciſ.3. num.1. part. 2.* Quid. *de Amic. de iure emphyt. quæſt. 27. numero 3. poſt* Aurel. Corbul. *in eod. de iure emphyt. tractat. tit. de cauſa priuat. ob non ſolutum canonem, ampliat. 40. à n.1. vſque ad num.4.* Rota Genuenſ.*deciſ.139. n.3.*

Vbi tamen obligatio ad diem incertum, vel ſub conditione facta eſt, iuramentum in-
10 terpellationem non ſupplere, † interponendamque vt debitor in mora conſtituatur ; tenuerunt Seraphin. *de priuileg. iuram.dict.priuileg.47.in fin.* Iacob. Menoch.*dict.conſ.134.n.22.* quos refert, & ſequitur Anton. Monach. *deciſ. Bonon.4.puncto 7.num.14.& 15.*Steph.Gratian. *d.cap.579.n.14.*

Licèt autem adeò ad conſtituendum quem in mora neceſſaria ſit interpellatio ; Paupertas tamen (debitori nota) efficit, † vt abſque in- 11
terpellatione (expreſſa ſaltem) in mora conſtituatur debitor : tradunt Bart. *& Doct. in l, Si quis mihi bona, §. Sed ſi mandauit* (per textum ibi) D.*de acquir.hæredit.* Iaſ.*in dict.l. Vinum, num.15.* D.*ſi cert.pet.vbi* Deci. *num.13. & Purpurat.num.37.* Ioan.Bapt. Lup. *in comment. leg. Curabit,§.6,num.120.C.de act.empt.* Petr.Surd. *deciſ.240.n.4. & deciſ.341.n.4.*

Idque multò fortiùs in foro conſcientiæ,† ex 12
ſententia D.*Thom.2.2.q.33.in fin.art.1.* Ricard. Angel. & plurium aliorum,quos refert,& ſequitur Ioſeph.Maſcard *de probat.2.tom.concl.934. n.37.*Ioan.à Caſtillo *controuerſ. dict. lib.2.cap.1. n.66.*

Quæ ex alio etiam capite (æquiparationis ſcilicet Eccleſiarum, minorumvè cum pauperibus) confirmari poſſet aſſertio. Quia minor abſque interpellatione † debitorem in mora 13
conſtituit, *text. in dict.l. In minorum, 3. C. in quibus caſib. in integr. reſtit. non eſt neceſſar.* & ibi communiter Scribentes, Didac. Couarruu. *variar.lib.3.cap.17.num.4.* Ferdinand. Vaſquez Menchac.*controuerſ.vſu frequent.lib.1.cap.9.n.5.* Hercul.Mareſcot. *variar. reſolut. lib.2.cap.124. n.16,* Muñoz. de Eſcobar. *in tract. de ratiocin. cap.15. n.32.*

Qui idem (per minorum, & Eccleſiarum exæquationem) in Eccleſiis † dicunt, *ex text.* 14
in cap.1.& cap.Auditis, de in integr. reſtit. vbi gloſſa verbo *Minoris, gloſſa in l.Reſpublica,* verb. *Solet,& ibi* Bart.*C.ex quib.cauſ.maior.* Hancque ſententiam firmat expreſsè *gloſſ. in §. Ex maleficiis,* verb. *In iudicium, inſtit.de actionib.* quam ſequuntur Iaſ. *ibi num. 31.* Ludouic. Gomez *num.49.* Faber. & alij multi, quos refert, & ſequitur Didac. Couar. *ſupra dict.n.4.* Mench. & Mareſcot.Andr.Tiraquel. *de priuileg. pia cauſa, priuileg.141.*

Pauperes autem & Eccleſiam æquiparari, † 15
ſæpè diximus, *quæſt. 23. num. 10.* aliſque in locis.

Minoribus etiam pauperes æquiparari, † eo- 16
rumque gaudere priuilegiis ; tenet Bald. *conſil. 465.num.2.lib.1. & conſ.381.n.3.lib.3.*quem, & alios refert, & ſequitur Sebaſtian. de Medic. *in tractat. de caſib. fortuit. 2. part. quæſtion. 4. num.8.*

Et æquiparatione etiam pauperum ad Fiſ- 17
cum †(de qua latè Nicol.Euerard.*in locis legalib.loco à Fiſco ad Eccleſiam, vel piam cauſam*) firmari poſſet. Fiſci namque debitorem abſque interpellatione in mora conſtitui,† eſt *text.* (& 18
ibid. notat *gloſſa verb Infertur*) *in l. Cum quidam.17. §. Fiſcus ex ſuis,* D. *de vſur.* Alexan. (alios referens) *in dict. l.Quod te mihi,n.8.*D. *ſi cert.pet.*Hercul.Mareſcot. *dict. lib.2. cap.124. num.19.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

VTRVM AD INTERESSE damni emergentis, vel lucri cessantis teneatur pauper?

SVMMARIVM.

1 *Debitor statuta die non soluens, ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, tàm de iure Ciuili, quàm Canonico tenetur.*

2 *Intelligitur in creditore solito negotiari. Et etiam quandoque in non solito negotiari,* vt n.16.

3 *Creditor articulare, & probare se negotiari solitum debet, vt interesse lucri cessantis à debitore consequi possit.*

4 *Et qualiter probatio facienda sit? quidquè debeat creditor in probatione deducere?*

5 *Et an certum, & determinatum lucri cessantis interesse probare sit necesse? Vel sufficiat verosimile, ac per coniecturas, & præsumptiones?* & numero 6. 7. 8. & 10.

11 *Creditori, qui semiplenè interesse lucri cessantis, vel damni emergentis probauit, iuramentum pro certo, & determinato deferri debet, poteritque si non deferatur, appellare.*

12 *Creditor non consequitur interesse lucri cessantis etiam post moram, si aliam pecuniam habeat otiosam, qua negotiari potuisset, neque ob non solutam pecuniam lucrum amisit.*

13 *Nisi pecunia, quam otiosam habebat negotiationi destinata non esset, sed in fortuitos casus, necessitatesque separatam repositamque habebat, nec ea ad negotiationem fuit vsus. Limita,* vt numero sequenti.

15 *Interesse damni emergentis etiam non solito negotiari (damno probato) debetur.*

16 *Lucrum cessans etiam non solito negotiari, si pecuniam paratam, destinatamquè pro emptione fundi, census, aliovè lucro habebat, præstandum est.*

17 *Et quid tunc probandum sit?*

18 *Interesse lucri cessantis, vel etiam damni, emergentis, non nisi post moram, tàm in foro interiori, quàm exteriori debetur,* & num.19.

20 *In contractus initio etiam ante moram de damno emergenti potest pacisci, illudque debebitur.*

21 *Et quid in lucro cessantes* & n.22.

23 *Et an certum, & determinatum lucrum etiam ante moram possit in pactum deduci?* & n.24.& 25.

26 *Exigi an possit, vel pacisci totum lucrum speratum? Vel quid inde deduci debeat?* & n.27.

28 *Interesse lucri cessantis æstimationem, modumque à conditione personarum, negotiationis modo, Regionisquè consuetudine recipit, ex quibus pactum licitum, ve illicitum iudicari poterit.*

29 *Lucrum conuentum non statum in initio contractus de sorte principali licet extrahere.*

30 *Pacisci de lucro non potest, nec illud exigere, qui neque coactus, neque rogatus mutauerit; sed sponte pecunias alteri obtulit, licèt negotiationi expositæ essent, lucrumque sit probabile, neque mutans alias pecuniis exponendas habeat. Limita* vt num.seqq.

32 *Damnum emergens, & lucrum cessans absque pacto, vel alia mora, si vis in tractu interuenit, debetur.*

33 *Et quid si iusta sit coactio, vel vis?*

34 *Vt in superioribus proximis casibus lucrum cessans debeatur, negotiatorem oportet esse mutuantem.*

35 *In contractibus stricti iuris nullum interesse intrinsecum continetur de iure.*

36 *Et ideò in eis interesse extrinsecum lucri cessantis venit.*

37 *In contractibus bonæ fidei venit interesse intrinsecum ex ipsa re proueniens.*

38 *Interesse lucri cessantis an veniat, debeaturque in contractibus bonæ fidei?* & numero 39.

40 *Lucrum cessans in contractibus bonæ fidei venit, etiamsi multo plus interfit, excedatquè fructuum valorem rei cuius pretij solutio dilata est, modumquè vsurarum, quem leges ciuiles legitimum arbitrabuntur, si illud poterat creditor lucrari.*

41 *Quæ sit huiusmodi sententiæ ratio?*

42 *Intellectus ad* text. in l. fin. D. de peric. & commod. rei vend.

43 *Pauper ad interesse lucri cessantis, vel damni emergentis non tenetur. Limita,* n. 45. & 46. *Amplia,* n.47& seqq.

Paupertas facit moram cessare, ab eaquè excusat, ibid. d. n.43.

44 *Quæ paupertas, vel necessitas ab interesse lucri cessantis, vel damni emergentis excuset?*

Obligatus ad restitutionem, si commodè restituere non valet, an interim de lucro cessante, vel damno emergenti teneatur? ibid.

47 *Debitor qui tempore statuto probabiliter se soluere non posse cognouit, an ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis teneatur? Et quid de eo, qui de impotentia soluendi non cogitauit?*

48 *Vxori nullum interesse, vel lucrum pro restitutione dotis competit, etiam si mariti hæres post annum à die mortis mariti in mora restituendi esset.*

49 *Et quid si vxor pauper esset? & pro alimentis, aliisvè necessariis sumptibus pecuniam sub vsuris acciperet? vel aliter ex dotis retardata solutione læderetur,* & num.seqq.

50 *Vxori diuiti nec damnum emergens etiam post annum à die mortis mariti debetur.*

51 *Mulier pauper an post anni luctus lapsum absque alia interpellatione possit interesse damni emergentis è mariti hæredibus, vel etiam vsuras consequi.*

QVÆSTIO

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

QVÆSTIO XXVI.

DEbitor poſt diem ſtatutam non ſoluens (& ſic moram committens) ad intereſſe non ſolùm damni emergentis; ſed etiam lucri
1 ceſſantis tenetur, † *text.* eſt *in l. Non vtique*, 3. § *fin. D. de eo, quod cert. loc. l. At qui natura*, 20. §. *Non tantum, D. de negot geſt. l. Socium, qui in eo*, 61. *D. pro ſocio, l. Si fundus*, 36 §. *Nam ſi vendiderit, D. locat. l. Si commiſſa*, 13. D. *rem rat. haber. l. Venditor*, §. *D. de euict. l. 2. & ibi gloſſ.* 1. *C. de vſur. gloſſ. in l. Curabit*, verb. *Ratio* (*vbi* Bald. *n.* 1. & communiter DD.) *C. de action. empt.*

Idque tam de iure Ciuili, quàm Canonico procedit, petique huiuſmodi intereſſe poteſt, *text.* eſt *in c. Conqueſtus*, (*& ibi not. gloſſa magn.*) *de vſur. text. in cap. Peruenit, de fideiuſſor. c. Sacro, vbi* Innoc. *de ſentent. excommun. idem* Innoc. *in c. 1. n. 2. de vſur.* Abb. *in d. cap. Conqueſtus, n.* 6. perpetuò menti tenendũ non ſolùm in damno emergenti, ſed etiam in lucro ceſſante dicens. Idque repetiit *in cap. Nauiganti, n.* 14. *eod. tit. de vſur. & in cap. Cum venerabilis, n.* 16. *& ſeq. & in c. Peccati venia, q.* 6. *princ. de regul. iur. in* 6. *& in cap. Dilectæ, notabili vlt. de foro compet. & in cap. P. & G. n.* 2. (vbi etiam Felin. *n.* 1.). *de offic. & poteſt. iudic. deleg. & in d. cap. Venerabilis, n* 7. *de reſcript.* Ioan. Cald. *in d. c. Nauiganti, q.* 3. Petrus de Anchar. *in clem.* 1. §. *Sane, de vſur. D. Tho.* 2. 2. *q.* 62. *art.* 4. *& q.* 87. *artic.* 2. *vbi* Caietan. Syluest. *in ſumma, verbo Vſura.* 1. *q.* 19. Gabriel. Angel. Ioan. Maior. Archiep. Florent. & alij, quos referunt, & ſequuntur Didac. Couar. *var. reſol. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 1. *&* 2. Pat. Leonar. Leſſius *de iuſtit. & iur. lib.* 2. *c.* 20. *dub.* 10. *n.* 6. *& ſeqq. Canoniſta in cap. Salubriter de vſur.* Paul. Iaſ. & alij *in l. Centum Capuæ, D. de eo, quod certo loco*, Alex. *conſil.* 200. *n.* 3. *lib.* 6. *Ruinus conſil.* 104. *n* 3. *& 7. lib.* 4. plures congerens Andr. Tyraq. *in tract. de retract. linagier. gloſſ.* 18. §. 1. *n.* 71. Ioan. Baptiſt Lupus *in tract. de vſur.* (quem edidit *ſuper dict. l. Curabit, C. de actionib. empti*) *comment. l.* §. 6. *n.* 103. *& ſeq.* vbi tam antiquo, quàm nouo iure intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis deberi, concludit. Latiſſimè Ioan. Gutierrez *de iuramen. confirm. l. p. c.* 2. *n.* 3. *& ſeq. vbi n.* 4. de intereſſe lucri ceſſantis; communem, & magis communem dicit, & ſic in *Hiſpania* ſcire, & vidiſſe iudicatũ, per literáſque executoriales confirmatũ in Regali Pinciæ Cancellaria, Ioan Hieronym. Campanil. *in ſuo diuerſorio iuris Canonici, rubr.* 11. *cap.* 20. *n.* 21. *&* 42. Marc. Anton. Bellon. *deciſ. Rotæ Genuenſ. l. n.* 43. *& deciſ.* 19. *n.* 10. *& deciſ.* 30. *num.* 6. *deciſ.* 34. *n.* 3. *deciſ.* 41. *n.* 6. *deciſ.* 78. *n.* 12. *deciſ.* 81. *n.* 8. *deciſ.* 86. *n.* 2. *deciſ.* 89. *n.* 3. *& deciſ.* 134. *n.* 3. Flamin. Cartar. *in deciſ. Rotæ cauſar. execut. Genuæ deciſ.* 38. *n.* 1. Borgnin. Caualcan. *deciſ.* 13. *n.* 7. *lib.* 2. plures referens Carolus *de Graſſis de except. ad ſtatut. exclud. omnes except. except.* 32. *ex n.* 5. *cum ſeqq.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *de intereſſe, n.* 18. *& n.* 25. verſic. *Ex prædictis habes*, vbi quòd intereſſe lucri ceſſantis potuit indiſtinctè tempore Iureconſultorũ, & Iuſtiniani peti, omniquè Iure etiã Pontificio eſſe permiſſum, concludit, Roland à Valle *conſil.* 35. *n.* 4. *lib.* 1. Petrus Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 45. *n.* 28. *& ſeq. & conſil.* 485. *n.* 4. *& deciſ.* 345. *n.* 10. Ioan. Mohedan. *deciſ.* 4. *n.* 1. *de vſuris*, Hieron. Magon. *deciſ. Florentina* 35. *n.* 5. *& deciſ.* 103. *n.* 11. Octauian. Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 143. *n.* 3. Burgos de Paz *conſil.* 49. *n.* 1. *& per tot.* Ioan. Gratian. *regul.* 243. *in princip.* vbi de cõmuni, Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 119. vbi latè, Andr. Gail. *pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 5. *n.* 15. Ioach. Minſing. *ſingul. obſeru. cent.* 4. *obſeru.* 56. *per tot.* Anton. Gamma *deciſ.* 110. *n.* 3. Marta *deciſ. ſiue voto* 165. *n.* 5. Marc. Anton. *de Amat. deciſ.* 124. *n.* 2.

Quæ tamen concluſio intelligenda eſt, ac tunc demum procedit, ſi creditor ſolitus ſit negotiari, † ſecùs in eo, qui negotiari ſolitus non 2
eſt; ex *text. in d. l.* 3. §. *fin. D. de eo, quod cert. loco*, ibi: *Quòd ſi merces ſolebat comparare, & an lucri ratio habeatur, non ſolius damni? Puto & lucri habendam rationem*: text. *in l. Si ſterilis*, 22. §. *Cum per venditorem*, D. *de actionibus empt.* Tradunt Bart. *in d.* §. *fin. & in l. vnic. n.* 25. *C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, & in l. Nummis, n.* 5. (vbi etiã eius Addit.) D. *de in litem iuran.* Paul. Caſt *ibid. n.* 6. *in fin.* Iaſ. *n.* 18. communem dicit Sylueſt. *in ſumma*, verb *Vſura, el* 1. *n.* 9. Didac. Couar. (de communi aſſertẽs) *var. reſol. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 5. *col.* 3. de cõmuni, & magis cõmuni Rolãd. à Valle *d. conſ.* 35. *n.* 4. *& ſeqq.* præcipuè *n.* 11. *&* 12. *lib.* 1. Matth. *de Afflict. deciſ.* 20. *n.* 2. cõmunem quoque dicit Ludouic. Mexia *in l. Reg. Toleti, de los terminos, in* 2. *fundamen.* 2. *partis, n.* 24. Ioan. Gutier. *d. c.* 2. *n.* 4. *circa princ. verſ. Alius, & ſecundus caſus*, Plot. *de in litem iuram.* §. 52. *n.* 17. Ludouic. Gomez *in* §. *Actionum, n.* 17. *in fin. inſtit. de actionib.* Petr. Surd. *de aliment. d. tit.* 1. *q.* 45. *n.* 39. *& ſeq.* (plures referens, idem in muliere non ſolita negotiari ſentiens) *& conſ.* 368. *n.* 5. Anton. Capit. *deciſ.* 19. *n.* 7. Alex. Trentacinq. *d. lib.* 1. *de intereſſe, reſolut.* 1. *n.* 17. *deciſ. Genuæ.* 50. *n.* 3. *& deciſ.* 97. *n.* 1. Iacob. Menoch. *d. caſu* 119. *n.* 3. Oſaſc. *d. deciſ.* 43. *n.* 3. Hieronym. Magon. *dict. deciſ. Florent.* 103. *n.* 8. Marta *d. voto* 165. *n.* 8. Andr. Gail. *pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 3. *n.* 6. vbi communem dicit, Minſinge *dict. obſeru.* 56. verſic. *Cæterum.* Card. Iacob. Puteus *deciſ.* 231. *lib.* 1. Ioann. Hieronym. Epiſcop. Campanil. *d. rub.* 11. *c.* 20. *n.* 24. communem dicens Vincent. Carot. *in tract. de locat. tit. de lucro ceſſante moroſo, n.* 4. *& ſeqq.* (vbi latiſſimè de hac materia) *folio mihi* 41. Cardinal. Franciſc. Tolet. *in ſumma, lib.* 5. *c.* 33. *n.* 1. Alias erit vſura, cum lucrum non ceſſet ei, qui nullam cum pecunia negotiationem exercet.

Vnde qualitas hæc, *quòd creditor ſolitus ſit negotiari* articulanda, † probandaquè omnino 3
erit, vt debitor ad lucri ceſſantis intereſſe teneatur; *gloſſa in d. l.* 3. § *fin.* D. *de eo quod cert. loco*, Petr. Rebuff. *in d. l. vnica C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt*, *n.* 103. Plot. *de in litem iurand. dict.* §. 52. *n.* 17. Alex. *conſil.* 401. *lib.* 5. Decius *in cap. Cum venerabilis*, *n.* 14. *extra de except. & conſil.* 39. *n.* 5. Corſet. *ſing.* 269. verb. *Qualitas*, Ioan. Baptiſt. Lupus *d. comment.* 1 §. 6. *n.* 117. Cæſar Vrſil. *ad Matth. de Afflict. dict. deciſ.* 20. *n.* 2. Aymon Crauet. *conſil.* 320. *num.* 1. Petr. Surd. *de aliment. d. tit.* 1. *q.* 45. *n.* 39. Alex. Trentacinq. *dict. reſol.* 1. *de intereſſe, n.* 32. Laurent. Syluan. *conſ.* 10. *n.* 8. *p.* 1. Roland. *à Valle d. conſ.* 35. *n.* 1. *&* 12. Petr. Barboſ. *in l. de diuiſione, n.* 28. (& meliùs *n.* 47.) D. *ſolut. matrim.* Caſtillo *controuerſ. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 40. *cum ſeqq.* Marta *d. voto* 165. *n.* 8. Card. Puteus *d. deciſ.* 231. *lib.* 1. Andr. Gail. *d. obſeru.* 6. *n.* 4. *lib.* 2. Vincent. Carot. *d. tit. de lucro ceſſante moroſo, n.* 16. (plurimos referens) *folio mihi* 42.

Nec creditorem ſimpliciter ſe negotiari ſoli-

cet

tum ostendere sufficit, sed deducere, ac pro-
4 bare debet † qualem consueuisset mercaturam exercere; quamque summam quotannis, vel mensibus lucrari sit solitus, docere: integroque tempore, quo debitor fuit in mora eandem potuisse mercaturam exercere. Quam probandi)in præsenti)proxim tradunt Paul. Cast.*in l.1.n.15. C.de summa Trinit.& fide Catholic.& in d.l.3. §.fin.n.3. D.de eo,quod cert.loco,vbi etiã* Salycet. *in princip.*& Iason.*num.6.* Andr.Gail.*vbi suprà*, Steph.Bertrand.*consil.127.lib.8.* vbi latè,Petrus Surd.*consil.485.n.5.lib.4.* Ioan. Hieronym.*dicta Rubr.11.c.20.n.24.*Mohedan.*decis.102.& decis.* 280. Card.Seraph *decis.714.in principio.*

5 Et certum, † ac determinatum lucri cessantis *interesse* à creditore probandum fore; tenent Aymon Crauet.*cons.*320 *n.6.* Francisc. Bursat. *consil.68.à n.22.lib.1.* Ioseph.Mascardus *de probation.concl.*933.*n.17.* Cald.Puteus *d.decis.231. n.1.lib.1.* Petrus Barbos.*in d.l.De diuisione,n.27. D.solut.matrim.* Ioan. à Castillo *controuersiar.d. lib.2 c.1.n.47.* Petr. Surd.*decis.69.num.9.*Iacob. Menoch.*de arbitrar.lib.2.dict.casu* 115.*n.3.*Alex. Trentacinq. *dict. resol.1.n.27.*

6 Neque in hoc casu verosimilem † sufficere probationem,vel præsumptiuam, sed necessariò concludentem,ita vt certum, & determinatum, vel quasi,probetur lucrum,tenent Petr.Surd. *de aliment.d.tit.1.q.45.n.42.* Menoch. *vbi suprà,d. n.3.* versic. *Rursus.* & 4. (vbi hanc opinionem magis cõmunem,& tenẽdam dicit)Petr.Barbos. *in iam relato loco d. n.* 27. & 28. latè Stephan. Gratian.*discept.forens.lib.1. cap.67.n.9.10.* & 11. & *lib.2.c.244.n.13.& c.240. n.5.*

Contrarium tamen(sufficere,nempè interesse
7 per coniecturas,vero similitudinémque probari) docent Angel. *in l.Continuus.§.Cum ita,& ibid.* Paul.Castr. *n.5. D.de verb. oblig.* vbi quòd pro huiusmodi interesse consequendo, probare creditori sufficit, alios consimiles negotiatores tantùm cõsueuisse lucrari,quod & ipse si pecuniam haberet, lucrari verosimiliter potuisset, *idem* Castrens. *in d.l.3.§.fin. D. de eo quod cert. loco,* Bart.*in l. vnic. in fin. C. de sent. quæ pro eo quod interest.& ibid.* Bald.*n.*48. Ias.*in d.§ fin.n.7.* Qui nec creditorem probare necesse habere requirũt, tales merces præ manibus habuisse, vel negotia, vt si pecunia debito tempore soluta fuisset, tantùm cum ea potuisset lucrari. Prædictam quoque sententiam firmant Aretin. *in dict. l.Continuus,§.Cum ita post n.7.*Alex.*cons* 41.*post n.2.& num.9.lib.5.*Paul Castr. *in l.Cunctos populos post num.15.*vers.*Ego dico,C.de summa Trinit.& fide Cathol.& ibid.* Ioan. Bapt.Caccialup. *n.*84. vbi ita semel iudicari vidisse asserit, Hieron.Cagn. *in l.Quatenùs, n.26.& 27. D. de reg.iur. & expressiùs in d.l.vnic.n.42.& 43.* vbi ita in practica obseruari testatur, *& in d.l.Curabit,n.66.67.68. & 69. C. de actio. empt.* sic sæpè practicari per excellentiss. Senat.Illust. Ducis, & Principis sui vidisse asserens.Et hanc praxim cẽsuisse Rotam amplectendam; testatur *Rota Genuensis decis.1. n.45.& decis.139.n.9.*latè hanc comprobans sententiam: Ita etiam Castillo *d.c.1.n.47. & seqq.* Steph.Gratian.*d.c.67.n.16.*Petr.Surd.*decis.249. n.9.* Hieron. Campan. *d.n.20.n.24.* vers. *Est tamen verum, & n.42.*vers.*Nec dicatur,* Borgnin. Caualc.*decis.22.num.31.p.4.*plenissimè Vincen. Carot.*de locato,dict.tit.de lucro cessante morosõ, q.1.n.5.6. &* 7. Differentiam inter solitum, vel non solitum negotiari constituens: vt primo casu † non certa,& euidens lucri cessantis requi- 8
ratur probatio,sed verosimilis sufficiat; secùs in secundo,in non solito,nempè negotiari, ex pluribus ibi relatis. Quam distinctionem *Rota Genuens* aliique suprà adducti approbant.

Vtramque autem opinionem bonam † *esse* 9
(pro qualibet rationes allegans) ostendit Alexand. Trentacinq. *dict. lib.1. vt de interesse, resolut.1.num.*32. Ideóque Iudicis arbitrio † re- 10
linquendum asserit, ex Menoch.*d. casu* 119. *in fin.*Marc. Anton. Natta *consilio* 370.*n.6.*Hieronym. Magon.*d.decis.*103.*n.9. decis. Accoramb. inter cons.*Farinac.*cons.*15.*n.*84.85.*& seq.*Ioann. Hieronym.Campan.*d.c.*20.Vnde Socin.*in cap. Dilecti,n.6.ext.de foro compet.*carpit Iudices, qui ex eo, quòd certitudinaliter creditores de lucro cessante non ostendunt, ac probant; debitores absoluunt; eosque vt animum suum ex coniecturis informent, ex eisque quantitatem definiant,admonet.Sequitur.Petr Rebuff.quem refert, & commendat Hieronym. Magon.*decis. Florent.*32.*n.*8.Campanil.*d.n.*24. versic. *Est tamen verum.* Eandem etiam tenet (communem dicens sententiam) Card.Francis.Tolet.*in summa,lib.5.c.33.n.2.*versic.*Tertia est.Rota Genuens. d.decis.1.n.45.colum.2.circa princip.*

Quinimò, casu quo creditor semiplenè interesse probauerit, sibi ad probationem certi, & determinati interesse deferendum † iuramen- 11
tum;iustamque appellationis causam esse,si non deferatur; tenent Stephan.Gratian.*d.c.67.n.12.* post Philipp.Corneum *consilio* 22.*n.8. in fin.volum.4.*Addit.*ad Decium in l.Quatenus,n.5.D.de regul.iur.*Plot.*in l.Si quando, n.*427. *C.vnde vir secundum primam impressionem, & in tractatu de in litem iurand.§.19.n.*30. (magis communem, etiam in foro conscientiæ in solito negotiari dicens) *&* §.11.*n.*31.*&* §.12.*n.*7. Francisc. Bursat.*d.cons.68.n.38.*Anchar. Regiens.*q. familiar.33.n.16.part.2.*quos refert,& sequitur (magis communem hanc dicens) Vincent. Carot. *d.tit.de lucro cessante, q.1.n.8.folio mihi* 42.

Limitanda tamen,& intelligenda suprà dicta sententia(quæ creditori negotiari solito soluendum lucri cessantis interesse firmat)si ex eo,quòd sibi tempore debito solutio facta non sit,lucrum non fecerit, † quia aliam pecuniam ad nego- 12
tiandum præ manibus non habuit, ob illiusque solutionis defectum tantùm lucrum, interesseque non acquisiisse, vel cessasse, ostendat. Ita Ioannes Bolognetus *in d.l.vna,n.*120.*C.de sentent.quæ pro eo,quod interest,*Aymon.*d.cons.*320. *n.2.ad fin.*Petr.Barbos.*in d.l.De diuisione, n.*28. Castillo *controuers.lib.2.c.1.n.43.& seqq.* Ioannes Gratian.*d regul.*243.*n.*5.Card.Tolet.*d.c.*33. *n.2.*Leonard. Lessius *de iustit.& iure,lib.2.c.20. dub.*10.*n.*87. Secùs si pecuniam aliam otiosam, qua potuisset negotiationem exercere, haberet, cum ob id tunc lucrum non cessauerit.

Adhuc tamen sublimitanda hæc eadem limitatio est, etiam lucrum cessans ei, qui pecuniam otiosam habet deberi, † si eam negotiationi 13
destinatam non habeat, imò ab eâ separatam, repositamque pro fortuitis,inopinatis casibus,ac necessitatibus (quod prudentiæ est) neque ad negotiationem ea fuit vsus. Ita tenent Martin. Nauar.*in Manuali,c.17.n.212.* Ioan.Bapt. Corrad.*in respon.casu conscient.p.1. q.229.* vers. *Ad quæsitum decimò respondendo,dicimus,*Ioan.Hieronym.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ronym. *dict.rubric.11.cap.20.num.24.propè fin.* P.Molin.*dict.tract.2.diſp.316. num.5.* Id tamen limitantes, niſi adeò magna eſſet ſumma repoſita,† vt & neceſſitatibus ſufficere poſſet,& notabilis adhuc ſupereſſet quantitas. 14

Quod autem non aliter deberi creditori ob retardatam ſolutionem intereſſe lucri ceſſantis, quàm ſi negotiator ſit, diximus : in intereſſe damni emergentis † non requiritur, nec qualitas illa *negotiationis* deſideratur, debebiturque damno tantùm probato, vt notant Alex. *conſ.* 141.*num.3.lib.5.per text.in dict. l. Nummis*, 3. *iuncta gl. ff.* ad verb. *Sua die, D. de in litem iurand. & text. in l. Liber homo, la* 2.*§.fin. D. de verbor.oblig.* Ioan. Bapt. Lup. *dict. comment.* 1. *§.6. num.*103. *&* 116. Ioan. Hieronym. Campanil.*vbi ſuprà, num.*23. Andr.Gail. *dict. lib.*2. *obſeruat.6. n.6.* 15

Item & ei, qui licèt negotiari ſolitus non ſit, pecuniam tamen deſtinatam ad emptionem † prædij, vel cenſus, aliudvè lucrum habebat, quod ob defectam pecuniæ ſolutionem non fecit, deberi lucrum ceſſans; communem teſtatur (alios adducens) Palac.Rube.*in repet.cap. Per veſtras,6.notabili, num.8.de donat.inter vir. & vxor.* Roland.à Valle *dict. conſil.* 35.*num.5. & 6. lib.* 1. latè Ioan. Gutierrez *de iuram. confirmat.dict.1.part.cap.2.num.6.* Caſtillo (propè infinitos referens) *dict.cap.1.num.*45 Petr.Surd. *de aliment.dict.tit.1.quæſt.*45. *num.*40. verſ. *Sed quod attinet,& num.*41. vbi quod tunc probandum eſt, fundum venare adeſſe, † voluiſſeque creditorem emere, deſtitiſſe tamen, quia pecuniam non habebat : *idem* Surd *deciſ.*345. *n.*17. Pat. Leſſius *de iuſtit, & iure, lib.2.c.*20. *dub.*11. *num.* 84. *& ſeqq. Additio* Anton. Gamma *ad deciſ.*110.*n.*3. *in fine.* 16

Suprà dicta autem omnia poſt debitoris moram † procedere intelligenda ſunt; ante eam enim lucri ceſſantis intereſſe nullo modo deberi, petivè poſſe; communis, & concors omnium reſolutio eſt, de qua dubitauit nullus, teſte Caſtillo *dict.cap.1.num.*57.*&* 58.quam firmat ex Paulo de Caſtr. Anton. Gabriel. Ploto, Couarru.Maſcard.Cagnol And. Gaill. Nauarr. & plurimis aliis. Quibus etiam adde Borgnin. Caualcan. *deciſ.*10.*num.*20.*&* 22.*part.2.& deciſione* 2.*num.*27.*&* 28.vbi latè, *& deciſione* 13. *num.*7.*& num.*62.*dict.part.*2.Petr.Sud.*deciſ.*80. *num.*2. *& deciſ.* 260. *num.* 5. plures addentem Marium Giurbam *in conſuet. Senat. Meſſanenſ. cap.*15.*gloſſ.*6.*num.*8.*&* 9.*part.*1.Steph.Gratian. *d.ſcept.forenſ.lib.*2.*cap* 302.*n.*8.Carol.de Graſſis *de excep.ad ſtat. exclud. omnes excep.* 32. *n.*52. Pat. Ferdinand. Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.*8. *q.*5. *n.*2. 18

Idemquè eſt in damno emergenti, † quod ante moram non deberi, tam Theologos,quàm iuris Pontificij & Cæſarei Authores conuenire, tàm in exteriori, quàm interiori foro, tenent (poſt alios) Didac. Couarr.*var. reſolut. lib.*3. *cap.*4.*num.*2. verſ. *Deinde*, Ioann. Bapt. Lupus *d.commento.*1.*§.6. num.*109. Petrus Barboſ. *in l.2.in princip.num.*48. *part.*1. *D. ſolut. matrim.* Vincent.Honded.*conſil.*50.*num.*23.*lib.*1. Alex. Raudenſ.*deciſ.*17.*num.*6. quos cum aliis refert, & ſequitur Caſtillo *vbi ſuprà, num.*75.aſſerunt etiam (ex D. Thom.qui hanc tenet, *quæſt.*13. *de malo,artic.*4.*ad* 14.) Dominic.Soto *de iuſtit. & iur.lib.*6. *quæſt.*1. *artic.*3. *concluſ.*3. Martin. 19

Nauar.*in comment. de vſura, num.*46.*& in Manuali, cap.*17.*num.*211.Pat.Ludouic. Molina *de iuſtit.& iure, tract.*2.*diſputatione* 314.*num.*11. *&* 12. Pat. Ferdinand. Rebello *vbi ſuprà d.n.*2. communem dicens (aduerſus Conrad. *Turrecrem.*& alios in foro conſcientiæ teneri mutuatarium de damno, quod mutuans incurrit mutui occaſione, etiam ante moram, licèt non in foro exteriori putantes) contra quos eſt in vtroque foro prædicta communis ſententia *deciſioque; Rotæ apud Farinatium deciſ.*362. *num.*1. *part.*2.

Poteſt tamen à principio, contractuſque initio do damno emergenti etiam ante moram paciſci, † illudque debebitur, vt tradunt Petr. Rebuff.*in dict.l.vnica in princip.num.*13.verſic. *Imò licèt, C.de ſentent. qua pro eo, quod inter. Virgin.de Bocca.in tractat.vti poſſidetis, cap.*18. *num.*70. Villagut. *in tractatu de vſuris, q.*81. *num.*30.*& quæſt.*19.*num.*3. Andr. Gaill.*practic. obſeruat.lib.*2. *obſeruat.*5. *num.*16. refert, & ſequitur Caſtillo *dict.cap.*1.*n.*71. *&* 75. Ferdinan. Rebello *dict. quæſt.*5. *num.*4. abſque controuerſia id receptum dicens, aſſentit. Molina *d. loco n.*7.*&* 8. 20

In lucro verò ceſſante, † maxima controuerſia eſt : Multi enim in contractus initio paciſci non poſſe, vt etiam ante moram lucri ceſſantis debeatur intereſſe,inutileque tale pactum eſſe (tanquam fraudibus viam aperiens) tenuerunt, in eaque extiterunt ſententia Innocen. And.Calderin. Laurent. à Rodulph. Anchar.& alij, quos refert Couar.*dict.cap.*4.*num.*5.verſic. *Item & illud*, Riminald. Iun.*conſil.*218. *n.*106. Ioan. Vincent. Honded.*conſ.*36.*num.*10. *lib.*2. quorum probat placitum Marius Giurba *in conſuet.Senat. Meſſanenſ.dict.cap.*15.*gloſ.*6. *num.*9. & communem videri fuiſſe ſententiam aſſerit Pat. Rebello *vbi ſuprà dict.n.*4.verſic. *Quoad intereſſe.* 21

Contraria nihilominùs communis & recepta † eſt (poſſe etiam lucrum ceſſans ante moram in pactum deduci, valideque exigi) & tenuit, defenditque (poſt *Hoſtienſem*, *Abbatem*, *Annaniam*, *Ancharranum*, *Decium Romanum*, *Alexandrum*, *Ioannem Lupum*, *Caietanum*, *Conradum*, *Adrianum*, *Sotum*,*Gabrielem*,*Angelum*, *Sylueſtrum*, *Carolum Molinæum*, *Medinam*, & alios quos refert) Didac. Couar.*vbi ſuprà* communem, obſeruandamque dicens,ac veram,dummodo fraus & dolus creditoris abſit, & veroſimilis ſit lucri certitudo, ac verè ſit lucrum ceſſans, Card.Franciſc.Tolet.*in ſumma lib.*5.*cap.*33.*num.*4. P.Ferdinand. Rebello *dict. num.*4. verſ. *Nihilominùs tamen*, vbi hanc ab omnibus ferè receptam dicit, quam etiam veriorem iudicauit Rota, *vt teſtatur*, Cæſar de Graſſis *deciſ.*187. *num.*3.4. *&* 5. *tit. de vſur. & deciſ.*188.*num.*1. Pat.Leonard. Leſſius *de iuſtit. & iure lib.*2.*cap.*20.*dub.* 10.*num.*72.*& dub.*11. *num.*97, Vincent. Carot. *de locat. tit. de lucro ceſſante conuentionali, q.*2. *num.*2. plures referens, verioremque & magis communem dicens *fol.mihi* 43. latè comprobat (ſic per *Luſitanum Senatum* iudicatum referens) Gabriel Pereyra *deciſ.*84.*n.*1. 22

Quod non ſolùm in intereſſe incerto, & in genere per pactũ deducto procedit;ſed etiamſi in pactum à principio certum, & determinatum intereſſe lucri ceſſantis etiam ante moram

ram deducatur (cum qualitatibus , de quibus
23 *suprà proximè* , † quod scilicet absit fraus , & dolus , verosimiliſquè ſit lucri certitudo , ac verè ſit lucrum ceſſans) procedit pariter : vt (poſt Couarru. *dict. cap. 4. num. 5.* verſ. *Septimò eadem inſpecta radice* , & ab eo relatos) tenent plurimi , tàm Iuriſtæ , quàm Theologi , quos refert , & ſequitur Caſtillo *controuerſiar. lib. 2. dict. cap. 1. num. 67. & ſeqq.* vbi hanc veriorem libenter dicit, latiſſimè omnium, plurimos congeſſit Steph. Gratia. *diſcept. foreſt. lib. 2. c. 387. num. 1. & ſeqq.* & tenent multi ex ſuprà proximè relatis, præcipuè Rebello, & ab eo adducti Cæſar de Graſſis *dict. deciſ. 187. num. 3. 4. & 5.* vbi ita tenuit Rota, *& deciſ. Rotæ Diuerſor. 340. num. 2. 3. & 4.* latè Vincent. Carot. *ſuprà, num. 3. & ſeqq.* vbi veram , & magis communem hanc ſententiam dicit, & quòd cautius erit in practica ab initio quid certum, & taxatum paciſci, vt illud ſit veriſimile, & taxatum ſecundum leges, *num. 4. ibid.* plures etiam huius ſententiæ ſequaces recenſet Ioan. Hieronym. Campan. *d. rubr. 11. c. 20. n. 21.* verſ. *Ex quorum verbis ſuadetur.* Cui videtur aſſentiri Gaſpar. Anton Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 3. cap. 71. n. 2.* Gabr. Pereyra *d. num. 1. in fin.*

Contrariam tamen in hoc caſu ſententiam
24 † aperto Marte defendunt multi , eamquè tenent Decius *conſ. 119. num. 12. lib. 1.* Plot. *in repet. leg. Si quando , num. 452. & ſeq.* C. *vnde vi* , qui de magis communi opinione teſtatur , Mart. Freccia *in tract. de præſentat. inſtrum. part. 7. quæſt. 11.* Alban. *conſil. 629. num. 6. vbi* Vincent. Anibal *in addit. littera A, & conſil. 211. num. 1.* Borgnin. Caualcan. *deciſ. 35. num. 17. lib. 1.* Eſt *deciſ. Rotæ apud* Fatinac. *in 2. parte , deciſ. 7. num. 2. & deciſ. 11. deciſ. 325. num. 1. & ſequentib. deciſ. 331. per tot.* vbi pleniſſimè , *& deciſ. 362. num. 3.* Quibus in locis id etiamſi creditor mercator ſit , negotiarique ſolitus , firmant. Rota Romana *Diuerſ deciſ. 315. num. 7. part. 2.* Ioann. Hieronym. *loco ſuprà relato* , Anton. Monach. *deciſ. Lucenſ. 21. num. 28. & deciſ. Bononienſi 1. num. 45. & 46.* Acerrimè hanc tuetur opinionem Marta *deciſ. ſiue voto 165. per tot.* Carolus de Graſſ. *in tract. de except. ad materiam ſtatuti exclud. omnes excep. except. 32. num. 59.* qui *num. ſeqq.* eam quatuor limitat modis. Primò, quan-
25 do partes taxarent intereſſe minùs , † vel non ampliùs , quàm ex forma ſtatutorum , vel conſuetudinis reperitur taxatum. Secundò, quando à principio fuiſſet pactum, vt ſi debitor non ſolueret in tempore conuento ; tot pro centenario ratione intereſſe ſoluere teneatur, & tempore, quo intereſſe ſolui debebat tantùm , vel maius eſſe ; fuit probatum. Tertiò , quando à principio per viam annui redditus , vel cenſus taxa facta eſſet. Quartò , quando ab *initio* inter ſocerum , & generum de ſoluendo tot pro centenario ratione dotis in tempore non ſolutæ , pactum eſſet. Quia in his validum eſt à principio de certa , & determinata quantitate pro intereſſe pactum : vt *ibi per eum.* Ad quæ etiam videndus Steph. Gratian. *ſuprà d. c. 387. ex n. 10. cum ſeqq.*

Ex quibus , quàm varij in hoc ſint Doctores , quamque ſit dubia hæc quæſtio , apparet. Sed ſi tale pactum ab initio de certo intereſſe, lucroque reddendo initum , cum qualitate iam dicta *num. 23.* validum eſſe (quæ magis communis eſt) teneamus ; adhuc tamen aliquibus *venit limitanda modis.*

Primò , quia non totum lucrum , vel intereſſe ſperatum exigi debet , in pactumvè deduci , ſed minus , laborum , † periculorum , & 26
expenſarum , quas feciſſet , vel ſubiret in negotiatione , ex qua lucrum prædictum , vel intereſſe creditor prætendebat , conſideratione habita. Ita Ioan. Bapt. Corrad. *in reſponſ. caſ. conſcient. quæſt. 229. in addit.* verſic. *Demum* , Pat. Dominicus Bañez *ad* D. Thom. *quæſt. 78. artic. 2.* verſic. *Denique ad iudicandum* , Epiſcop. Campanil. *dict. cap. 20. num. 28* Cardin. Francisc. Tolet. *dict. cap. 33. num. 6. & 7.* Pat. Leonard. Leſſius *de iuſtit. & iure* , *dict. lib. 2. cap. 20. dubio 11. num. 96.* Anton. Gamm. *deciſ. 110. num. 14.* Pat. Molina *dict. diſput. 316. num. 6. 7. & 8.* Ferdinand. Rebell. *dict. lib. 8. quæſt. 6. num. 3.*

Laborem tamen perſonale ab eo , † qui 27
coactus , & non libens mutuat , non eſſe deducendum (quia ſicut operatus , qui cogitur ab aliquo non laborare , laborem à mercede deducere non tenetur , ſed integrum , eiuſque mercedem exigere : ita nec mutuans , qui operas ſuas præſtare , laboreſquè exhibere promptus erat) firmat Card. Tolet. *ſuprà dict. numero 6.*

Prædictum autem intereſſe , vel lucrum , à conditione perſonarum , † negotiationis mo- 28
do , regioniſquè conſuetudine , æſtimationem modumque recipit. Aliquando enim ad rationem quinque pro centenario , vt per Borgnin. Caualcan. *deciſione 22. num. 27. & ſeq. lib. 4. & deciſione 35. num. 20. 23. & 25. part. 1. & deciſione 13. num. 68. part. 2. & in indice* , verb. *Intereſſe.* Cæſar de Graſſis *dict. deciſ. 187. & 188. tit. de vſur.*

Quandoquè ad ſex , ad ſeptem , octo , vel decem , vt per eundem Caualc. *dicta deciſ. 22. num. 29.* vbi quòd in prædicta quantitate poterit fieri conuentio , malequè facere partes pacta huiuſmodi (cum fraus non ſubſit) tanquam illicita reuocare volentes. Carol. de Graſſis *dict. except. 33. num. 58.* vbi etiam in Regno *Ciciliæ* ad rationem decem pro centenario taxationem fieri dicit. Ita pariter (ex pluribus Genuæ deciſionibus) tradit Flamin. Cartar. *deciſ. Rot. cauſ. execut. Genuæ 38. num. 1.* Et ad rationem vnius pro quatuordecim , aliquando pro decem & octo , & aliquando pro viginti , teſtatur in Hiſpania Ioann. Gutierrez *de iuram. confirmat. 1. part. dict. cap. 2. num. 4. col. 2. circa princip.* provt dominis Regiis Auditoribus ſecundùm creditorum conſuetudinem negotiandi videtur.

Limitatur ſecundò d. concluſio , vt non ſtatim *in initio lucrum conuentum ceſſans* de ſorte extrahere † liceat : vt ſi lucrum conuen- 29
tum erat decem pro centum mutuaris , non ſtatim decem extrahi , præſtarique nonaginta, ſed integra centum debent , lucrumque à debitore ſpectare. Ita Martin. Nauar. *in Manuali dict. cap. 17. n. 212.* verſ. *Quinta* , Conrad. *dict. q. 229. in addit. verſ. Id etiam eſt obſeruandum*, Dominic. Bañez *dict. quæſt. 78. art. 2. verſ. Denique poterunt* , refert, & ſequitur Epiſcop. Campanil. *d. c. 20. n. 27.* Card. Tolet. *ſuprà d. cap. 33. n. 5.* P. Molina *d. diſp. 316. n. 9.* Ferdin. Rebell. *d. lib. 7. q. 6. n. 4.*

Limita

Limitatur tertiò, intelligiturque procedere ſuprà dicta ſententia, vbi quis co-
30 actus, † vel ſaltem rogatus pecunias mutuat; non verò cum ſpontè eas alteri non rogatus, nec requiſitus offert. Tunc enim nullomodo abſque vſuræ labe de lucro poterit paciſci, quamvis tales pecuniæ verè negotiationi ſint expoſitæ, luctumque ſit probabile, nec ipſe aliàs exponendas habeat. Cùm enim ſpontè ipſe ſuas pecunias à negotiatione auferat; non lucrum ab alio exigere poteſt; & in hoc conueniunt omnes, teſte Card. Tolet. *vbi ſuprà num.* 3. Qui tamen *num.* 4. *in fine* addit, eum qui non coactus, neque rogatus pecunias mutuauit, ſi
31 tamen non lucro, ſed † charitate ad ſubueniendum proximo motus, ei mutuat, poſſe de lucri ceſſantis intereſſe paciſci.

Cum autem dicimus, requirimuſque coactionem, vt creditor habere, paciſcique lucrum ceſſans poſſit: non de coactione in qua vis intenenit, ſed de ea, quæ per rogationem inducitur, intelligendum eſt. Si enim in contractu vis à
32 principio interueniat, † (vt ſi Regi, vel alteri compellatur quis mutuare, propterea quod ſibi mortem minatus, ſit vel iniuſtam ab eo vexationem timeat) vt lucri ceſſantis, vel damni emergentis intereſſe in pactum deducatur, non eſt neceſſe: quia etiam abſque eo, & abſque alia mora debetur, vt (ex doctrina D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 62. *artic.* 4.) tenent Dominic. Sot. *de iuſtit. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 1. *artic.* 3. *concluſ.* 3. Martin. Nauar. *in Manuali, dict. cap.* 17. *num* 211. quos refert, & ſequitur (communem dicens) Ferdinand. Rebello *dict. lib.* 8. *quæſt.* 5. *num.* 3. Quam concluſionem (ex *text.* etiam *in l. Si quis vxori,* §3. §. *Si ſeruus, qui ſurreptus eſt,* D. *de furt. & ex l.* 3. D. *de cond. furtiua, iuncta regula Peccatum, extra de reg. iur. in* 6.) elicit, tenetquè Petr. Surd. *conſ.* 23. *n.* 8.

33 Et tam in iniuſtè, quàm in iuſtè coacto † (vt ſi coactus iuſtè à Principe propter belli inſtantis neceſſitatem, vel aliam publicam mutuaſſes, non ſolùm te poſſe de lucro ceſſante, & damno emergenti paciſci; ſed etiam Principem ad reſtitutionem huiuſmodi intereſſe in conſcientia teneri, licèt nullum ea de re pactum præceſſerit) firmat Pat. Molina *de iuſtit. & iur. diſput.* 315. *num.* 1. 2. 3. & 4. De quo videndus P. Ferdinand. Rebello *vbi ſup. d. n.* 3. *verſ. Propoſitam concluſionem.*

Vt tamen ſuprà dicta procedere poſſint, cre-
34 ditorem negotiari ſolitum eſſe, † ex defectuque negotiationis ob pecuniam per vim, coactionemque ablatam, lucrum ceſſiſſe, neceſſe eſt. Si enim nullo intereſſe priuaretur, quantumcumque mutauerit coactus, nihil mutui ratione abſque vſuræ labe recipere poterit: vt firmant in ſpecie Martin. Nauar. *d. c.* 17. *num. vlt.* Rebell. & Molina *dictis locis.*

Vſque adhuc de intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ad quod per moram debitor creditori ſolito negotiari adſtrictus eſt ex mutuo, vel aliis contractibus ſtricti iuris (in quibus nullum intereſſe intrinſecum continetur, de
35 iure, † vt in *l. Nummis,* 3. D. *de in litem iurand. l. Liber homo,* 118. §. *fin.* D. *de verb. oblig. l. Socium, qui in eo,* 61. D. *pro ſocio*: Ideòque venit
36 in eis extrinſecum † lucri ceſſantis, vt dicunt Raphaël. Cuman. Paul. Caſtren. & Franc. Aret. *in dict. l. Liber homo,* §. *fin.* quos refert, & ſequitur. Alexand. Trentacin. *variar. reſolut. dict. lib.* 1. *titulo de Intereſſe, reſolut.* 1. *numero* 21. Laurent. Syluan. *conſ.* 10. *num.* 24.) egiſſe videmur.

In contractibus verò bonæ fidei (cum in eis intereſſe intrinſecum † ex ipſa re prouenienſ ve- 37
niat, *text. in l. Si ſterilis,* 22. §. *Cum per venditorem,* D. *de actionib. empt.*) dicta in mutuo, aliiſque ſtricti iuris contractibus, locum non habere: nec intereſſe extrinſecum *lucri ceſſantis* in contractibus bonæ fidei deberi, dicendum videbatur. † Qua ratione ita tenet Bart. *in l. vnica.* 38
C. *de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, in d. l. Nummis, in d. l. Liber homo,* §. *fin. & in l.* Iulianus, D. *de actionib. empt.* (quem refert Alex. Trentacinq. communiter receptum dicens ex Iaſo. ibi adducto, loco proximè relate *d. reſol.* 1. *num.* 22.) latè. Laurent Syluan. *d. conſil.* 10. plures huius ſententiæ refert. Anton. Capit. *deciſione* 19. *num.* 8. In qua fuit etiam Card. Iacob. Pute. *deciſ.* 231. *lib.* 1.

Contrarium tamen (eodem nempè modo damni emergentis, ac lucri ceſſantis contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris † rationem 39
habendam, eon ſolúmque intereſſe intrinſecum ipſius rei, ſed etiam extrinſecum, lucrum nempè ceſſans venire) eſt magis communis Doctorum reſolutio, quam tenuerunt (ex ratione *d. l.* 3. §. *fin.* D. *de eo quod certo loco*) Socin. *conſil.* 156. *num.* 11. *lib.* 2. *& conſilio* 25. *num.* 8. *lib.* 4. communem dicit Ioan. Gratian. *d. regula* 243. *num.* 6. Ferdinand. Vaſq. Mencha. *controuerſ. vſufreq. lib.* 3. *cap.* 60. *num.* 21. *& ſeqq.* referens in id Sot. *de iuſtit. & iure, d. lib.* 6. *quæſt.* 1. *art.* 3. & Medin. ſequitur Ioan. à Caſtillo *controuerſ. d. lib.* 2. *qu.* 1. *num.* 37. *& ſequentibus,* firmatque Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib.* 2. *dict. obſeruat.* 6. *num.* 3. Marc. Anton. Natta *conſilio* 569. Petr. Barboſ. *in l. de diuiſione,* 5. *num.* 26. D. *ſoluto matrim.* Vbi id verius, & receptius, neque ab hac recedendum, in negotiari ſolito, aſſerit, Hieronym. Gabr. *conſilio* 26. Franciſc. Marc. *deciſ. Delphin.* 167. *n.* 6. *& 7. p.* 2. Iacob. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *caſu* 119. *num.* 2. *& conſilio* 110. *num.* 52. Anchar. Regienſ. *quæſt. famil.* 33. *num.* 13. *part* 2. & (multis relatis) ganc tenet ſententiam Hieronym. Magon. *deciſione Florent.* 32. *num.* 5. & 6. Cardinal. Seraphin. *deciſione* 714. *numero* 3. plenè Vincent. Carot. *tractatu de locato, de lucro ceſſante moroſo, quæſt.* 1. *per tot.* intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis in contractu locationis, & conductionis venire, exigique à conductore moroſo poſſe, *num.* præcipuè 4. aſſerens.

Quod etiam ſi longè plus interſit lucrum 40
ceſſans, † excedatque valorem fructuum rei, cuius pretij ſolutio dilata eſt, modumque vſuratum, quem legitimum leges ciuiles arbitrabantur, ſi illud poterat creditor lucrari, ampliant, & extendunt multi, communemque dicit Ferdinand. Vaſquez Mencha. *ſuprà numero* 22. *& 23. & cap.* 50. *num.* 7. ſequitur Ioann. Gutier. *dict. cap.* 2. 1. *parte de iurament. confirmat. num.* 4. Petr. Barboſ. *dict. loco, numero* 25. *& dict. num.* 26. verſic. *Item poteſt.* Ratio eſt (ſecundum huius partis ſequaces.)
†Tum quia debitor non tam ratione fructuum, 41
quos percipit ex fundo; quàm perfidiæ ratione, ad intereſſe tenetur. Tum quia cum de intereſſe agatur, non quantum creditoris poſſi-

dere fundum, quem à se abdicauit, interfit; sed quantum habuisse pretium, quod ex fide, & conuentione habiturus erat, interfuerit, inspiciendum est.

Et ad textum (qui contrarium suadet) *in l. fin. D. de peric. & commod. rei vendit.* (cuius sunt verba: *Venditori si emptor in pretio soluendo moram fecerit, vsuras duntaxat præstabit, non omne omninò, quod vendicos moræ non facta consequi potuit, veluti si negotiator fuerit, & pretio soluto ex mercibus plus, quàm ex vsuris quærere potuit*) respondent, qui prædictam opinionem defen-
42 dunt, procedere † vbi lucrum incertum est: Superiorem verò sententiam, vbi certum est, quodque manus hominis negotiari soliti velut euasit. Estque *communis intellectus*, secundum plures, quos refert, & sequitur Ioann. Gratian. *d. regul. 243. num. 6.* Ioan. Gutierrez *dict. c. 2. num. 7.* quem sibi placere dicit Petrus Barbos. *vbi suprà, num. 27. & 28.* Alium etiam intellectum assignat Castillo *dict. cap. 1. num. 39. ad dict. l. fin.* multumque eius interpretatione elaborat Laurent. Syluan. *dict. consilio 10. per totum*, & eius vestigia sequutus Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. dict. resolut. 1. de interesse.*

Alia in præsenti (vt ad institutum nostrum, quæstionemque redeamus) facimus omissa; An scilicèt ad prædictum lucri cessantis, vel damni emergentis interesse teneatur pauper? In qua (*cum omni iure, tamque in foro conscientiæ*, quàm iudiciali deberi ex suprà dictis constet) pauperes quoque ad id teneri firmandum videbatur. In contrarium tamen se veritas habet. Pauperem enim ad interesse lucri cessantis, vel
43 damni emergentis † (vbi saltem ante moram supervenit paupertas) *non teneri, cum* ante moram, nec lucrum cessans, nec damnum emergens (vt *num. 8. & 29.* prædiximus) debeatur, paupertasque moram cessare faciat, ab eaque excuset, vt *quæst. 17. n. 39.* aliisque notauimus locis, firmarunt Matthæ. *de Afflict. decis. 20. n. 3.* Ioan. Lup. *in repet. cap. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. not. ab. 6. num. 5.* Petr. Rebuf. *in d. l. vnic. glos. fin. num. 32.* C. *de sentent. quæ pro eo quod interest*, Roland. à Valle *dict. consilio 35. num. 25. part. 1.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. 1. part. dict. cap. 2. num. 4. col. 2.* Sebast. de Medic. *in tractat. de casib. fortuit. 2 part. quæst. 4. n. 27.* Marta *decis. siue voto 18. num. 5. & dict. decis. 165. n. 10.* Rota *Genuens. decis. 99. num. 3.* P. Leonard. Lessius *de iustit. & iure, lib. 2. cap. 20. dubio 10. num. 70. & cap. 10. dubio 1. n. 17.* assentit P. Ferdin. Rebello *de oblig. iustit. d. lib. 8. q. 7. num. 4.* Maurit. Apicella *allegat. 6. num. 25.* Vincent. Carot. *dict. tit. de lucro cessante moroso, quæst. 1. num. 19. d. fol. 42.*
44 Qui hanc sententiam *in necessitate extrema* † procedere vult, quosdam *in id* allegans: *qui tamen* non eam, sed suprà relatam simpliciter assertionem probant. Cum eo tamen in extrema necessitate loquitur etiam, *Ioan. Lup. loco iam citato.* Alij verò tam ex Iuristis, quàm Theologis non ita magnam necessitatem requirũt, sentiuntque ad huiusmodi interesse excusationem sufficere, si debitor absque magno detrimento præstare debitum non possit: & expressiùs aliis, docet *P. Lesius vbi suprà d. n. 70.* excusati dicens debitorem, si in tantam paupertatem inciderit, vt soluere quin se in extremam, vel grauem necessitatem coniiciat, non possit: secùs si *potest, quamvis non* sine magno rei familiaris detrimento. Quia tunc, vel soluere ad diem constitutum, vel *in animo esse patatus interesse cõpensare tenebitur.* Et *dub. 1. n. 17.* etiam obligatum ad restitutionẽ, si commodè restituere non valet, de lucro cessante, vel damno emergenti ex dilatione non teneri (quia nec esse in mora, neque ad id principaliter se obligasse, sed per accidens videtur) asserit. Quod tamen in eo qui non ex delicto obligatus est, secùs si ex delicto, vt furto, rapina, &c. intelligendum videtur. Ita notat P. Ferdin. Rebel. *de obligat. iust. lib. 2. quæst. 17. sect. 4. num. 22. in fin. & 23.* Obligatumque ad restitutionem, ex dilatione ad lucri cessantis, damnique emergentis interesse (quando saltem restitutionem propter detrimentum *in bonis externis* differt, secùs *in internis*) esse adstrictum, obseruat P. Ludouicus Molina *de iustit. & iure, lib. 3. tract. 2. disput. 754. in fin.* tenetque expressè idem Lessius *dict. lib. 2. c. 16. dubio 1. num. 32.*

Constat igitur, pauperem si magna laboret egestate, solutionevè debito tempore facta, *in* grauem se coniiciat, ad lucri cessantis, *vel etiam* damni emergentis interesse (*iuxta* prædictas Doctorum sententias) non arctari, tenetivè. Quod tamen limitat Petrus Rebuffus *in dicta l. vnic. glossa fin. num. 33.* quando creditor in pari
† existit necessitate. Pro cuius sententia faciunt 45
etiam à Nobis *quæst. seq. num. 20. & sequenti*, dicenda.

Limitari etiam potest, si paupertas post moram † interueniisset, secundùm August. Beroi. 46
cons. 193. num. 28. quem refert (licèt mendosè) sequiturque Vincent. Carot. *dicta quæst. 1. n. 19.* & supponunt alij suprà relati.

Ampliari autem d. poterit sententia. Primò, vt procedat etiamsi à principio adesset paupertas, probabiliterque iudicaret debitor statuto tempore soluere non posse. † Habet enim 47
quod sibi creditor imputet, quòd cum tali contraxerit, siue eius sciuerit, siue ignorauerit conditionem, *ex text. in l. Qui cum alio, D. de regul. iur.* & latè à Nobis deductis *quæst. 45.* Cum & paupertas (vt sæpè diximus) moram committi impediat, nec ante moram lucri cessantis, vel damni emergentis interesse regulariter debeatur.

Licèt contrarium in suprà dicto casu velit P. Ferdinand. Rebel. *de oblig. iust. dict. lib. 8. quæst. 7. num. 5.* Ea ratione, quòd qui sic promittit, peccat contra iustitiam obligando se ad id, quod implere in termino constituto non posse præuidit. Quæ sententia quoad forum interius, ad peccatumque contrahendum, non quoad exterius, & contentiosum (ex proximè dictis rationibus, & *in dict. quæst. 54.*) procedere poterit: *vbi præcipuè non doloso, & iniquo animo*, speque non soluendi impotentia fretus debitor contraxit. Quod si impotentiam statuto termino soluendi non prævidit, de eavè (præsentis tantùm memor necessitatis) non cogitauit, cum meliòr semper speretur conditio, in diesque ditari (iuxta dicta à Nobis *quæst. 4. §. 2. num. 118.*) *quis præsumatur*: nec interesse lucri cessantis, damnivè emergentis deberi; nec peccatum, aut iniustitiam committi, dicendum venit.

Ampliatur secundò è concursu, si creditor pauper sit, licèt aliàs nec post moram ad interesse lucri cessantis; vel damni emergentis tene-

retur

retur debitor: quia adhuc creditori pauperi prædictum soluendum erit interesse. Vxori enim nullum interesse, vel lucrum pro dotis compe-
48 tit restitutione,† etiamsi mariti hæredes in mora restituendi post annum essent, vt tenent DD. *in l. Exigere dotem, D. de iudic.* Alexand. *cons.* 74. *num.* 12. *& seqq. & consilio* 141. *num.* 4. *& seqq. lib.* 5. Aymon. Crauet. *consil.* 189. *n.* 7. Purp. *consilio* 117. *n.* 14 *lib.* 1. pleniſſimè Roland. à Valle *consil.* 55. *lib.* 2. *per tot.* Ioan. Cephal. *cons.* 133. *n.* 130. *& seq. lib.* 1. Bornign. Caualc. *decis.* 3. *n.* 30. *p.* 1. ad ſaturitatem (ſæpè communem, ac magis communem, nec ab hac in iudicando, & conſulendo recedendum dicens) Card. Tuſch. *pract. concl. litt. D, concl.* 741. *per tot.* propè infinitos cumulans (quem poſt hæc ſcripta vidi) Ant. de Amato *var. reſolut. reſol.* 49. *n.* 84. *& seqq.* multis id amplians modis.

49 Si tamen mulier pauper eſſet,† pro alimentiſque, vel aliis neceſſariis ſumptibus pecuniam ſub vſuris acciperet, vel aliter ex dotis retardata ſolutione læderetur; huiuſmodi intereſſe, damnumque emergens poſt annum petere poterit, debetque conſequi ſecundùm Bald. *conſil.* 137. *n.* 3. *lib.* 5. Alex. *d. conſ.* 141. *n.* 3. *lib.* 5. *& conſil.* 200. *n.* 7. *lib.* 6. Rimin. Iun. *conſil.* 304. *n.* 4. *& 14. lib.* 3. Socin. *conſil.* 57. *lib.* 4. Crot. *conſil.* 198. *n.* 20. *& 21. lib.* 2. Purp. *conſil.* 385. *n.* 4. *lib.* 1. Franc. Burſat. *conſil.* 8. *& conſil.* 9. *n.* 46 *& ſeq. lib.* 1. quos refert, & ſequitur Caualc. *vbi ſuprà, n.* 31. Couar. Ant. Gomez, Surd. Thoro, plurimique alij, quos pariter refert, ſequiturque Antonius de Amato *dicto loco, num.* 92.

50 Cum mulieri diuiti nec damnum emergens etiam poſt annum † deberi, ſibique imputandum, cur litem non mouerit (ex Rinald. Sen. *conſ.* 265. *num.* 22. *& num.* 26. *& ſeq. lib.* 2. *& conſil.* 694. *lib.* 4. *&* Riminald. Iuniore *dicto conſilio* 304.) teneat idem ipſe Borgn. Caluac. *d. deciſ.* 3. *num.* 30. Faciuntque præcedenti quæſtione dicta.

51 Solam tamen paupertatem non ſufficere, † vt poſt moram, annique lapſum poſſit mulier etiam damni emergentis intereſſe à mariti hæredibus conſequi, ſed interpellationem, vel petitionem fieri neceſſe eſſe, ne maluiſſe lucrum, quàm pecuniam videatur, tuncque alimenta illi deberi, vel vſuras alimentorum loco ſentiunt ſuprà relati, & in ſpecie notat Alexand. *dict. conſ.* 74. *num.* 15. *lib.* 5. & vtramque qualitatem, *interpellationis, & paupertatis*, in hoc caſu neceſſariam eſſe, tenet (poſt Pariſ. ab eodem relatum) Roland. à Valle *dict. conſ.* 55. *num.* 18. *lib.* 2. Licèt contradicant alij, perque anni lapſum, abſque alia hominis interpellatione moram in præſenti contrahi, poſt illumque dotis non reſtitutæ deberi vſuras, firmant Surd. *conſ.* 221. *num.* 41. *& de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 3. Ioſeph. Ludouicus Lanar. Cuma. multique alij relati, ſequutique ab Anton. de Amato *dict. reſolut.* 49. *numero* 92. *& 93.*

VTRVM, ET QVANDO ad reſtitutionem teneatur pauper?

SVMMARIVM.

1 *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

2 *Reſtitutio ſtatim facienda eſt, quia præceptum de reſtituendo tanquam negatiuum, vel à negatiuo deſcendens, obligat ſemper & ad ſemper.*

3 *Differens per multum tempus reſtitutionem, an multa committat peccata? vel idem continuetur? remiſſiue.*

4 *Præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper.*

5 *Paupertas à reſtitutione ſtatim facienda eum qui animum deliberatum habet reſtituendi, excuſat. Ampliatur,* n. 9. 10. 12. 17. 18. 22. 23. & 24.

Limitatur num. 19. 20. 21. 25. & 26.

6 *Et etiamſi quis iuraſſet, ſe reſtituturum, vel quid aliud facturum, ſi paupertate, vel impotentia impediatur. Limita,* vt n. 7. & 8.

9 *Non ſolum grauiſſima, vel extrema paupertas à reſtitutione ſtatim facienda excuſat ſed etiam grauis. Limita, vt* numero 11.

10 *Et quæ dicatur grauis paupertas, vel neceſſitas in præſenti?*

12 *Grauis neceſſitas (modo prædicto) à reſtitutione ſtatim facienda, ſiue debitum ex contractu licito, ſiue illicito proueniat, excuſat.*

13 *Interpretatio* ad Concil. Trident. ſeſſ. 25 de reform. cap. 12.

Detrahens decimas excommunicatur, nec abſoluitur, niſi plena reſtitutione facta, ſi commodè poteſt, aliter abſolui debet. ibid.

14 *Interpretatio* ad text. in Clement. 2. de hæretic.

Inquiſitores, vel Commiſſarij prætextu officij pecuniam extorquentes, excommunicantur, nec (præterquam in mortis articulo ante integram ſatisfactionem abſolui poſſunt; niſi paupertate reſtituere impediantur. ibid.

15 *Quis hodiè ab huiuſmodi excommunicatione Inquiſitores abſoluere poſſit? remiſſiuè.*

16 *Interpretatio* ad Motum proprium *Clement. VIII.* de largitatione munerum interdicta Religioſis, & ad Mot. propr. *Gregor. XIII.* de datis, vel acceptis pro iuſtitia, vel gratia.

Abſolutio denegatur ante realem reſtitutionem eius quod quis à Religioſis accepit, vel antequam erogatum ſit pauperibus, quod pro iuſtitia facienda receptum eſt, niſi moraliter reſtitutio fieri non poſſit, vel per abſoluendum non ſtat quominus reſtitutio fiat. ibid.

21 *In pari neceſſitate potior eſt conditio creditoris. Et quid ſi neceſſitas ſit extrema?* num. 22. *Et quid in graui neceſſitate*

modo iam dicto ? n.23.

26 *Grauiùs peccat, ac punitur, qui venia peccat ſpe.*

27 *Ad beneficium ceſſionis bonorum non admittitur, qui ſub eius ſpe contrahit.*

28 *Conſtitutus in graui neceſſitate, an ad reſtitutionem eius, quod in tali neceſſitate abſtulit, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, teneatur?*

QVÆSTIO XXVII.

TRitiſſima iuris regula eſt, peccatum non
1 dimitti, † niſi reſtituatur ablatum, *text. in cap. Peccatum, 4. de regul. iur. in 6. cap. 1. 14. quæſt. 6. cap. Qui rapit. 14. quæſt. 5. cap. Cum tu, 5. de vſur.* Diuus Thom. *2.2. quæſt. 62. art. vlt.* D. Antonin. *2. part. ſummæ, tit. 2. cap. 8. in fin.* Sylueſt. *verb. Reſtitutio 5. §. 1.* Palac. Rub. *in repet. rubri. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. num. 35.* Marta *deciſ. ſiue voto 18. num. 1.* & omnes paſſim Doctores. Probaturque etiam *Ezechielis 33. Non permittitur venia, niſi rapina reddatur.* & ex illo Marthæ. 22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* & ad Roman. 14. *Reddite omnibus debita.* & Tobiæ 2. *Si furtiuus eſt, non licèt nobis de eo aliquid edere, aut contingere.*

2 Statimque reſtitutio facienda eſt, † quippè cum reſtituendi præceptum in ſeptimo *Decalogi* comprehendatur, ad ſemperquè, & pro ſemper obliget. Quamvis enim præceptum *de reſtituendo.*, ſit affirmatiuum, quia tamen à negatiuo deriuatur, & in eo continetur, ad ſemper, eo modo quo negatiuum à quo deriuatur, & in quo includitur, obligat. Reſtituendique præceptum, negatiuum eſt, quatenus tacitè, & virtualiter non tenere alienum inuito domino iubet. Ita dicunt Caietan. *in ſumma de reſtitut. §. 6.* Sylueſt. *verbo, Reſtitutio, 5.* Scot. *in 5. diſtinctione 15. quæſt. 2. §. De quarto*, Palud. *in 4. diſt. 15. quæſt. 2. artic. 6. ex illo Leuit. 6. Non remanebit apud te opus mercenarij tui.* Sot. *de iuſtit. & iure, lib. 4 quæſt. 7. artic. 4.* poſt D. Thom. *ſup. relat.* Gabriel. *in 4. diſt. 15. quæſt. 2. concluſione 2.* Mercad. *de reſtitut. cap. 1.* Martin. Nauar. *eod. tract. de reſtit. lib. 1. cap. 1. num. 17. & in cap. Nouit, 6. notab. §. Tertio præſuppono, num. 74.* Hieronym. Zeual. *commun. quæſt. 729. num. 2.* Ioannes Gut. Canonic. *quæſt. lib. 1. cap. 40. num. 1.* P. Ludouic. Molina *de iuſt. & iure, lib. 3. tract. 2. diſput. 716. num. 3. & 4. diſput. 753. n. 2.* verſiculo, *Idcircò autem*, vbi de communi, P. Ferdinand. Rebel. (communem quoque dicens) *de iuſtit. & iure, lib. 2. quæſt. 17. ſect. 1. num. 1. & ſeqq.*

Et vtrùm per multum tempus reſtitutionem
3 differens, multa committat peccata ? † vel idem peccatum continuetur ? vide per ſuprà relatos, præſertim Molinam *dictis locis*, Ferdinand. Rebel. *d. lib. 2. q. 17. ſect. 2. per totam*, vbi pleniſſimè.

4 Præcepta autem negatiua obligare † ſemper, & pro ſemper, notant D. Thom. *2.2. quæſt. 33. art. 2. Archidiac. in cap. Si peccauerit, 2. quæſt. 1.* Abb. *in cap. Nouit, num. 36. de iudic.* Martin. Nauar. *in manual. cap. 17. num. 54. & 61.* Zeual. *vbi ſuprà num. 3.* Petr. Binsfeld. *in tractat. de iniur. & damno. dat. in rubric. 2. part. notabil. 6.*

Paupertas tamen à reſtitutione ſtatim facienda † eum, qui animum deliberatum reſti- 5
tuendi habet, excuſat, *text. in dict. cap. 114. quæſt. 6. in capit. Quamquam de vſur. in 6. vbi gloſſ. & in capit. Cum tu, eod. tit. gloſſ.* Dyn. & Anchar. *in dict. cap. Peccatum, vbi* etiam Couarruu. *1. part. in prin. num. 2.* D. Thom. *2.2. dicta quæſt. 62. art. vltim.* Sylueſtr. verbo, *Reſtitutio, quæſt. 5. num. 2. 3. 4. & 5.* Ioannes Gut. *dict. cap. 40. num. 3.* Ludouicus Molina *de iuſtit. & iur. lib. 3. dict. tract. 2 diſput. 754. n. 2.* latè Pater Ferdinand. Rebel. *de oblig. iuſtit. lib. 2. quæſt. 17. ſect. 4.* communem dicens. Nemo enim ad moraliter impoſſibile, neque ad id, quod proprias excedit vires, tenetur, ſatiſque eſt quoad Diuinam Maieſtatem, vt quilibet, quod in ſe eſt, ad emendationem faciat.

Quod etiam ſi quis ſe reſtituturum, vel quid aliud facturum iuraſſet, † ſi propter paupertatem, vel impotentiam reſtituere, aut facere 6
non poſſit, procedere, eſt *text. in cap. Querelam, 10. & in cap. Breui, 17. de iureiurand. & vtrobique gloſſ.* alia, verbo, *Intereſſe*, alia, verb. *Facultas.* Neceſſitas enim à periurio excuſat. *dict. iurib. ſup. & cap. Si nulla, 23. quæſt. 8. cap. Preſbyteros, 50. diſtin.* Hoſtienſ. *in dict. cap. Querelam, num. 1. in fin. vbi* etiam Bald. *num. 4.* Alexand. de Neuo *num. 3. Doct. in cap. P. & G. de offic. & poteſt. iud. de leg.* Bald. *in §. Porrò, n. 5.* verſic. *Deinde nota. Quæ fuit prim. cauſ. benefi. amitten.* Octauia. Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 92. num. 35.* Hieronym. Grat. *reſponſo. 121. num. 4. lib. 1.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 74. num. 542.* Proſper Farinac. *de falſitat. quæſt. 160. num. 130.* Anton. Hering. *de fideiuſſorib. cap. 19. num. 13.* Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 11. num. 18.* Stephan. Gratian. *deciſ. 34. n. 21. & 22.* Gregor. Lopez *in l. 33. tit. 18. par. 3. gloſ. 1. in fin.* Sebaſtian. de Medic. *de caſib. fort. part. 2. q. 4. num. 36.*

Niſi difficultas, ſeu impotentia ſeruandi iu-
ramentum, † iurantis culpa fuerit cauſata. Ita 7
limitant Ioannes Bologn. *in l. Si quis maior, num. 20.* verſiculo, *Secundo caſu, in fin. C. de tranſact.* poſt Bald. Angel. Abb. & alios, de quibus per eum ibi, Farinac. *vbi ſuprà, num. 131.* Seraphin *d. priuil. 74. n. 208.*

Vel niſi tempore præſtiti iuramenti † de dif- 8
ficultate, ſeu impotentia conſtaret, niſi ex proxima, & rationabili cauſa crederet iurans ſe illud poſſe adimplere, Alex. de Neuo (alios referens) *in dict. cap. Querelam, num. 3. & ſeq. de iureiurand.* Seraphin. *ſuprà num. 207.* Vincent. Mancin. *in tract. de iuram. par. 5. effect. 14. n. 6.* Farinac. *d. loco n. 132.*

Ampliatur ſecundò ſuprà dicta principalis concluſio, vt non ſolùm grauiſſima vel extrema paupertas, aut neceſſitas à reſtitutione ſtatim facienda, ſed etiam grauis † excuſet, quan- 9
do non niſi cum magna difficultate reſtitutio poſſet fieri, quia tunc eam differre licet, ſecundum Caiet. Armil. & Gabriel. quos refert, & ſequitur P. Ferdinand. Rebello *de oblig. iuſt. lib. 2. q. 17. ſect. 4. n. 21.*

Magna autem debitoris difficultas, grauis iactura, vel detrimentum, ex perſonarum conditione † cognoſcitur, induciturque. Quia ſi 10
vir nobilis, ſit, nec ſtatim ſoluere, niſi ſe omni famulorum obſequio, atque equorum priuet, poſſit; ſuique conſimilium cogatur abſtinere conſortio: vel ſi ciuis primarius, non niſi ita

ſe

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſe priuet, vt artem mechanicam ſibi inſuetam, ſubire: vel manuales operas exercere cogatur; differre reſtitutionem, donec abſque ſtatus ſui iactura poſſit, licebit. Neque vt reſtitutio ſtatim fiat, multò minùs quàm valeant, ſua bona vendere, vel aliud ſimile graue pati detrimentum compellitur. Vt quia ſibi inutilis fotet ars, ex qua ſeque familiam ſuam alit, vel ſi inſtrumenta, libros, aut capitale, cum quo lucratur victum, cogeretur vendere. Quibus quidem caſibus differri reſtitutionem poſſe tenent Scot. *in 4. ſentent. diſt. 15. quæſt. 2. art. 4.* D. Anton. *in ſumm. 2. part. tit. 2. cap. 8. col. 5.* Caietan. *2. 2. quæſt. 62. art. 7.* Dominic. Sot. *de iuſtit. & iure lib. 4. quæſt. 7. artic. 4.* Ioannes de Neap. *quodlibet. 9. quæſt. 22.* Sylueſt. verbo, *Reſtitutio*, §. *quæſt. 3.* Petr. de Anchar. *in cap. Peccatum, de regul. iuris in 6. col. 9.* vbi etiam Didac. Couar. *in princip. num. 2.* Archidiac. *in cap. Si res, 14. quæſt. 6.* Ioannes Lup. *in repet. cap. Per veſtras, de donation. inter vir. & vxor. §. 65. num. 50. & 51.* Gaſp. Baëça *de inope debitore, cap. 1. num. 52.* Martin. Nauar *in manual. cap. 17. num. 56.* Ioannes Gutier. Canonic. *lib. 1. dicta q. 40. num. 7.* Marta *deciſ. ſiue voto 18. num. 2. & ſeqq.* Iacob. de Graſſis *in deciſ. conſcient. cap. 32. parte 1. lib. 1. num. 16.* referens Nauar. *in manuali cap. 26. num. 2. & cap. 27. num. 47. 48. & 73.* P. Ferdinand. Rebello *de oblig. iuſt. dicto lib. 2. quæſt. 17. ſect. 4. num. 22. & 26.* Ludouicus Molina *de iuſt. & iur. lib. 3. tractat. 2. diſput. 754. num. 2. col. 3.* verſiculo, *Quando detrimentum, el* 2. Thom. Sanch. *in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 20. num. 19* Leonardus Leſſius *de iuſt. & iure lib. 2. cap. 16. dubio 1. num. 15. 21. 22. & 25.* Vbi verum intelligit (quòd ſcilicèt quis ratione ſtatus ſui à reſtitutione ſtatim fa-
11 cienda excuſetur) ſi ſtatum ſuum iuſtè † obtineat, ſecùs ſi iniuſtè, rationem ibi reddens.

Quæ ſententia (ſecundùm communem) ampliatur procedere, non ſolùm vbi debitum ex contractu, vel cauſa iuſta prouenit; ſed etiamſi
12 ex delicto, † vel cauſa iniuſta, vt furto rapina, & ſimilibus deſcendat; adhùc enim in ſuperioribus caſibus poſſe reſtitutionem differri, eſt ſententia D. Antonini *in dict. 2. parte cap. 8. col. 4.* Nauar. *dicto cap. 17. num. 56.* Couar. *in dicto cap. Peccatum, in principio, num. 2.* verſic. *Nec enim ad hanc excuſationem*, Mart. *dict. voto 18. num. 11.* firmant aſſeueranter Molina *dicta diſputat. 754. num. 2. col. 4.* verſiculo. *Dubium autem eſt*, Leſſius *dicto lib. 2. dubio 1. c. 16. num. 19. & 22.* tenendam dicit Gutier. *dicto cap. 40. num. 12.* verſiculo, *Non deſunt, in fin.* Petr. Ferdinand. Otero *diuerſar. quæſt. iur. 1. part. quæſt. 27. num. 7. & 8.* vbi quòd vſuratius in foro animæ vltra id quod facere poteſt non tenetur, quòdque publicè hanc fuit ſequutus ſententiam, Ioannes Maria Nouarr. *in collect. ſuper pragmat.* Regni Neapolit. *collect. 230. num. 11.*

Licèt contrarium in hoc caſu tenuerint Caietan. verbo, *Reſtitutio, quæſt. 6.* Sot. *dicto lib. 1. quæſt. 7. art. 4.* quibus etiam aſſentit P. Ferdinand. Rebello *de oblig. iuſt. dicto lib. 2. quæſt. 17. num. 23.* Contra quos aſſerunt omnes proximè relati, firmiorque aduerſa redditur, ac tenenda opinio.

Ex quibus plurium iurium infertur deducitur-
que interpretio. Intellectus in primis *ad Concil. Trident. † ſeſſ. 25. de reformat. cap. 12.* quod 13
contra detrahentes decimas, ita ſtatuit. *Detrahentes decimas excommunicentur, neque ab hoc crimine (niſi plenâ reſtitutione ſequuta) abſoluantur.* Vt intelligatur, *ſi commodè* (iuxta ſuprà dicta) *reſtituere poſſint.* Ita in terminis tenent, & declarant Martin. Nauar. *in manual. Latin. cap. 17. num. 59.* Molin. *de iuſt. & iur. tomo 3. diſputat. 756. in fin.* Emmanuël Rodriguez *in 1. tom. ſumma in 2. editione, cap. 87. num. 8.* Hentiq. *lib. 13. de excommuni. cap. 18. num. 1. in comment. littera R*, quos refert, & ſequitur P. Thomas Sanchez *dicto cap. 20. libro 2. numer. 19*

Infertur ſecundò declaratio ad text. in † *Cle-* 14
ment. 2. de hæretic. vbi Inquiſitoribus, vel Commiſſarijs, & aliis, ne prætextu officij Inquiſitionis, quibuſvis modis illicitis pecuniam extorqueant, ſub excommunicationis ſententia ipſo facto incurrenda iubetur. *A qua non poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta. Nullis priuilegiis, pactis, aut remiſſionibus ſuper hoc valituris.* Si tamen propter paupertatem Inquiſitores, vel Commiſſarij extortam pecuniam reſtituere non poſſint, ab inferiore extra mortis articulum poſſe abſolui, tenuit *gloſſ. ibidem* verbo, *Satisfecerint* Cardin. *num. 5.* Imola *num. 7.* Bonifac. de Vitalin. *num. 92.* Tabiena verbo, *Excommunicatio, §. caſu 4. quæſt. 17. num. 18.* Sylueſt. verbo, *Excommunicatio, 9. caſu 42. num. 8.* Martin. Nauar. *in ſumma Hiſpanic. cap. 27. num. 143. & in Latin. 142.* refert, & ſequitur Sanchez *ſuprà* (aduerſ. Suar. ibi adductum) tenetque dictam ſententiam Proſper Farinac. *in tract. de hæretic. q. 185. §. 7. num. 142. & num. 143.* Vbi etiam *num. ſeq.* quis hodiè, † poſſit ab huiuſmodi excom- 15
municatione Inquiſitores abſoluere tradit.

Deducitur tertiò declaratio *ad Motum proprium* † Clement. VIII. *de largitione munerum* 16
interdicta Religioſis: Vbi abſolutio ante realem reſtitutionem recipientibus à Religioſis munera denegatur, in hæc verba: *Adeò vt reſtitutione ipſa realiter non facta, neque etiam in foro conſcientiæ abſolui poſſint.* Et *ad motum proprium* Gregorij XIII. *de datis, & acceptis pro iuſtitiâ, vel gratiâ*, vbi ſic diſponit. *Nec quiſquam admittatur ad abſolutionis gratiam; niſi priùs erogatum eſſet pauperibus quantum ille dediſſet, vel recepiſſet.* Vtrumque enim. *Si moraliter poſſit fieri reſtitutio*, intelligi debet. Ita interpretatur Clementis VIII. *Motum proprium* Soſa *in eius expoſitione, num. 96.* & Gregorij XIII. Nauar. *in comment. ipſius, num. 38.* & P. Molina (eundem *Motum proprium* Gregor. XIII. explicans) *de iuſtit. & iur. dict. tom. 1. diſput. 92. col. 3.* verſiculo, *Pœnæ*, quando per abſoluendum fiat, quominùs reſtituatur, intelligit. Sequitur P. Sanchez ſæpè *dict. n. 19.*

Non ſolùm autem ob paupertatem, vel impotentiam, magnumvè in propriis bonis (modo iam dicto) detrimentum, differre reſtitutionem licet: ſed etiam (imò & à fortiori) vbi ex reſtitutione (ſi ſtatim fieret) magnum animæ † 17
debitoris, vel ſuorum immineret periculum: veluti ſi debitor, vxor, aut filij præ inopia veriſimiliter

similiter periclitarentur de peccato mortali, nevè vxor, vel filiæ se prostituant, ne filij fiant lattones nevè ipse in desperationem præ impatientia incidat, adesset timor: docent D. Anton. *d.2.p.c.8.* Scot. *dist.15.q.2.§.vlt.* Henriq. *quodlibet.6.q.24.* Mart. Nauar. *d.c.17.n.57.* quos refert, & sequitur P. Leonard. Lessius *d.lib.2.dub.10.c.16.n.21.* communem dicens P. Ferdin. Rebello *d.lib.2. q.17. sect.4.n.27.*

18 Idemque erit dicendum (differti scilicet restitutionem posse) quando absque famæ † notabili detrimento nequiret statim fieri restitutio. Si enim notabile detrimentum in propriis bonis exteriùs ab obligatione statim restituendi excusat: longè maiori cum ratione notabile detrimentum in bonis altioris ordinis (vt in fama, vita, ac corporis salute) excusabit. Ita P. Molina *de iust. & iur. d.lib.3.tom.2.disp.754. n.2. col.4.* versic. *Sicut autem*, & communem dicens P. Rebel. *vbi suprà, sect.3. num. 19. & 20.* vbi limitationem vide.

Aliquibus autem modis venit intelligenda, ac limitanda suprà tradita principalis conclusio vt procedere possit, differrequè restitutionem liceat.

Primò enim tequiritur vt procedat, quòd non
19 lautè, † & sumptuosè, sed valde moderatè, ac parce debitor viuat; id solùm expendens, quod sibi, suisque absque magna status sui indecentia necessarium est; vt tenent omnes suprà in principio adducti.

Secundò prædictam principalem conclusionem procedere, limita, & intellige, si magnum detrimentum ex retardatione solutionis, vel restitu-
20 tionis creditori non sequeretur, † secùs si sequeretur: vel si in eadem, simili, aut paulò minori indigentia creditor existeret, eique rei familiaris, & status simile immineret periculum. Tũc enim (licèt cum prædicto debitoris incommodo & detrimento) restitutio statim facienda est. Ita tenent Sylvest. d. verbo, *Restitutio, 5.q.5.* versic. *Quartò quæro*, Marta *d.decis.18.n.8.& 10.* estque communis Doctorum sententia, secundùm P. Lessium *d.lib.2.dub.10.n.15.19.& 31* Molina *d. lib.3.disp.754.n.2.* versic. *Quando verò* Gutier. *d.*
21 *q.40.n.10.* Quia in pari necessitate † potior est conditio creditoris, vt not. Lessius *d.n.19.* Id ta-
22 men in extrema † necessitate limitans. Quia in pari extrema necessitate potior est conditio possidentis. Licèt Scot. Ricard. & Palud. (de quibus per Sylvest. *vbi sup.q.2.*) in pari necessitate etiã extrema, statim esse restitutionem faciendam, teneant. Quod intelligit Nauar. *in man.d. cap.17. n.60.* de re aliena stante, vt restitui statim debeat. Cum quo etiam Ioan. Gutier. *d. lib.1. Canonic. c.40.n.5.& 12.*

Imò *supr.n.20.* addit P. Lessius, etiam in graui
23 † necessitate, in qua ratione morbi, famis, vel nuditatis, sit constitutus debitor, non statim restituere debitorem teneri; etiamsi creditor in parem necessitatem inciderit, modò debitor, illum in eam non coniecerit, siue ex furto debitum sit ortum, siue ex contractu, probabile, & fortè verius dicens; melioremque non solùm in extremâ necessitate; sed etiam in graui, possidentis videri conditionem comprobans.

24 In rei itaque solùm familiaris, † vel status indecentiæ æqualis, vel paulò minoris periculo, potiorem creditoris conditionem esse; statimque restitutionem faciendam, tenet idem ipse Lessius *suprà dicto num.31.* Non enim (secundum eum) tantùm iuris iactura rei familiaris, quantum extrema, vel grauis egestas tribuit.

Si autem restitutioni obnoxia res extat, † 25
nec debitor extrema laborat egestate statim eam restituere tenetur, licèt statum mutare cogatur. Restitutionis enim tunc admittitur dilatio, cum in re propria damnum quis patitur secùs in re aliena, quando ipsa extat; ex sententia Frat. Angles *in suis floribus Theolog. quæst. in quæst. de restitutione, pag.158.* quem sequitur Ioann. Gutier. *dicto cap.40. num.12.* qui in casu, in extremâ etiam necessitate idem censet.

Limitari tertiò etiam principalis conclusio potest, vt licèt res non extet, statim restitutio facienda sit, etsi graue damnum in rebus propriis, aut status patiatur debitor, si eo animo † 26
rem consumpsit alienam, vt à restitutione excusaretur, veniæque consequendæ spe. Cum grauiùs peccet, ac puniatur, qui veniæ spe delinquit, *text. in cap. Illud, de cleric. excommunic. depos. & ibi* Abb. *num.5. cap.1.& ibid.* Abb. *de immunitat. Eccles. cap. Quando quis de consecrat. distinct.4.* Et in terminis hanc tenet sententiam Dyn. *in dicto cap. Peccatum, num.11. de regul. iuris, in 6.* Cuius quidem authoritate Ias. *in §.fin. num.20. institut. de actionibus* dixit. † eum qui sub spe cessionis bonorum contrahit, 27
ad eam non admitti, vbi Bartolum quoque allegat *in l.1.§.1. D. si quis testam. liber esse iussus sit*, de Præfecto vrbis Romæ multa propterea contrahente debita, quòd Imperator nouiter creatus in eius aduentu habeat debita contracta dissoluere, referentem. Pro quibus & dicta à Nobis *q.54.* faciunt, pluraque tradit Mastril. *in comm. ad indult. generale, c.6.n.6.& seqq.&* Scacc. *de commerc.§.7.glos.5. n.151. & seqq.*

Sed si quis alienam rem non eo animo, mente & spe consumpserit; sed quia cõstitutus in graui erat necessitate, eaque indigebat, ac verè pauper erat, ad restitutionem † posteà etiamsi ad pin- 28
guiorem deuenerit fortunam, non teneri, improbabile non esse dicit Sylvest. verbo, *Furtum, q.5.* P. Lessius *d.lib.2.c.16.dub.1.n.18.* alios etiam referens, idem (ex Angel. de Claua *in sum.* in verb. *Furtum, num.37.* Tyraq. *de cauf. cess. limit.12.n.1.* Claro *in §. Furtum, n.25.* & aliis tenet Nicol. Intrigl. *sing.6.n.3. lib.2.*

Qua de re videndi Didac. Couar. & ab eo relati *in d.c. Peccatum, 2.p.§.1.n.4.* latè Hieronym. Ceual. *commun. contra commun. q.729. per tot.* vbi pro vtraque parte plures rationes, iura, & authoritates adducit, Petr. Surd. *de alim. tit.8. priuil.39. num.11. & seqq.* Ioan. Bapt. Lup. *de vsur. comment.4.§.4.n.64.* & plures relati per Cened. *ad Decretum, collect.48. n.5.*

* *
*

VTRVM

UAB Biblioteca de Ciències Socials

VTRVM A SOLVTIONE mercedis, vel salarij aliàs debiti, excusetpaupertas?

SVMMARIVM.

1 *Labor sine mercede esse non debet. Et omne officium exigit ex honestate pecuniam.*

Nemo liuis stipendiis militare cogitur, ibid.

2 *Parochus pauper etiamsi propriis manibus victum quarere valeat, an & qualiter Diuina officia parochianis subtrahere, denegareque ob non præstitas oblationes possit.*

3 *Iudicibus laboris ratione sportulæ etiam præter salarium, tam apud* Hispanos, *quàm alios debentur, soluunturque.*

Ampliatur n.4.5.& 6.

7 *Aduocatis, causarumque Patronis pro modo litis, fori consuetudine, Aduocatique facundia, congruam debetur salarium.*

Amplia n.13.& seqq.vsque ad n.20.

8 *Aduocatus cui benè non satisfit, benè studere non poterit.*

9 *Aduocatorum labor vix æstimationem recipit.*

10 *Aduocatus non debet ab incepto patrocinio desistere, causamque deserere.*

11 *Et qualiter Aduocatus, vel Patronus causam deserens puniatur?*

12 *Limita* n.12.

20 *Filiusfamilias Aduocatus de salario, vel lucro ex aduocatione quæsito liberè testari potest. Nec vsumfructum patri acquirit, nec post patris mortem cum fratribus illud conferre tenetur.*

21 *Aduocati in testando de tali salario, vel lucro militari potiuntur priuilegio, etiamque post pupillarem ætatem in eo substituere possunt.*

22 *Procuratores, Notarij, & Tabelliones licitè pro suis scripturis, & labore pecuniam exigunt, & eis aliisque officialibus salarium debetur.*

Ampliatur, n.23.& 24.

25 *Medico pro labore, non pro sanitate restituta, salarium debetur.*

Ampliatur n.28.29.& 30.

26 *Iustior quam aliorum Professorum est Medicorum causa.*

27 *Magis Medicis pro salario, quam Aduocatis fauendum est.*

31 *Medicus, qui à principio gratis curare non incœpit, an possit infirmum, si sibi salarium non soluatur, deserere?*

32 *Magistris pro docendi labore salarium, mercesque debetur. Et qua actione Medicus, vel Magister pro salario consequendo agat? ibi remissiuè.*

Ampliatur n.33.& 34.

35 *Pro salario ab Vniuersitate Doctori, vel Magistro legenti constituto, bona ipsius Vniuersitatis tacitè cum priuilegio prælationis sunt hypothecata*, & num.38. *Limita* n.39. *Amplia* n.40.

36 *Causa dotis, & studij aquiparantur.*

37 *Instrumentum continens Doctoris honorarium prius celebratum (sicut dotale) præsumitur.*

40 *Aduocatus pro salario litis, quam defendit in re illa etiam creditoribus anterioribus habentibus expressas hypothecas præfertur.*

41 *Pauper sportulas Iudici soluere non tenetur, nec ab eo exigi possunt.*

Pauperis causa de plano, & sine expensarum, vel sportularum solutione expediri debet, ibid.

42 *Nec etiam à volentibus, sponteque offerentibus sportulæ accipi debent.*

43 *Aduocati gratis pro pauperibus postulare tenentur. Ampliatur* n.44. & seqq.ad 50.*inclusiuè. Intellige*, vt n.53. *Limitatur* n.51.& seqq. *vsque* ad n.58. *exclusiuè.*

Aduocati in Hispania cum ad exercitium aduocationis admittuntur, pauperes, viduas, & orphanos defensuros se iurant, ibid.n.43.

58 *Victus an victori in expensis, quas non fecit, quia Aduocatus, Procurator, vel alij Officiales eum gratis iuuarunt, teneatur? remissiuè.*

59 *Et quid in Aduocato, qui propriam ipse causam defendit, vel alius pro eo gratis patrocinatus est? remissiuè.*

60 *Procuratores gratis pauperes adiuuare debent, salariatique sicut Aduocati existunt.*

61 *Notarij, ac Tabelliones gratis pauperibus scripturas, & acta conficere, ac exhibere tenentur. Ampliatur* num.seq.

63 *Nuntij, & Executores gratis pauperibus inseruire tenentur. Si tamen in causa pauperes obtinuerint, sumptus in executione factos refundere, ac resarcire debent.*

64 *In causis pauperum ad Magistratus eius loci, sub quo testes domicilium habent, vt eos recipiant, ne pauperes grauentur, consuenit Camera commissiones decernere.*

65 *Medici gratis pauperes curare debent. Ampliatur* num.seq.

Et an ad restitutionem eius, quod à paupere acceperunt teneantur? ibid.

Et quæ ad prædictam obligationem concurrere debeant? ibid.

Qui potest languentem à morte liberare, nec liberat; mortem videtur infligere, ibid.

67 *Magistri, ac Præceptores pauperes discipulos gratis docere debent.*

68 *Pauper incarceratus custodiæ expensas, salariumque soluere non debet. Et qualiter circa id iure prouideatur Regio?*

69 *Legatus Papæ, Episcopus, vel alius Prælatus Ecclesias, diœcesimque visitans, à pauperibus Clericis procurationem exigere non potest.*

70 *Procurationes huiusmodi (si à pauperibus non exigantur) licitæ ac debitæ omninò sunt, nec longissimo temporis spatio ab earum præstatione exemptio præscribi potest.*

71 *De iure Regio Fori legum, vniuersali Hispaniæ consuetudine comprobato, pro*

administratione rerum, personæque pupilli decima pars fructuum bonorum illius, tutori debetur.

72 *Nisi pupillus pauper sit, vixquè ipsius redditus sibi alendo sufficiant.*

QVÆSTIO XXVIII.

1 LAborem sine mercede esse, † nec Natura patitur, nec Ius; *text. in auth. De iudicibus, §. Si quis autem*, versic. *Ne autem collat. 6. text. in l. fin. C. de statu. & imaginib. propè fin. text. in cap. Cùm secundum Apostolum, 16. extra de Præbend. & Dignit. text. in cap. Ex his, 12. quæst. 1. text. in cap. fin. 7. quæst. 1.* vbi etiam not. *glos. 1. & glos. in cap. Charitatem, 12. quæst. 2.* Dignus namquè est operarius mercede sua, Paul. ad Timoth. *epist. 1. cap. 5.*

Nec stipendiis propriis militare quis cogitur; *text. in cap. Iam nunc, 8. §. fin. 28. quæst. 1.* latè Andr. Gail. *practic. observat. lib. 1. observatio. 151. num. 10. & sequenti.* Omnemquè laborem præmium exigere, dixit Hippolyt. *de Marsil. singul. 693.* & est *text. in capit. Ad nostram, 11. de reb. Eccles. alien. vel non.* Diciturquè Sapientiæ 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus*, notat Ioan. à Capistrano *in speculo conscientiæ, num. 265.* Et omne officium exigere ex honestate pecuniam, dixit Bald. *in l. 2. num. 3. C. de oper. libert.* Cornel. Benincac. *de paupertat. speciali 1. in iudiciis, num. 2. & 3.* Nosquè fusè *quæst. 6. ex num. 40.* cum plurimis sequentibus, *& num. 84.* Francisc. Auiles *in cap. Prætor. capit. 17.*, verb. *Menestrales, num. 1. & 2.*

Idque adeò procedit, vt dixerit *glossa* singularis in *cap. Omnis Christianus, de consecrat. dist. 1. glos. 1.* quòd si parochiani pauperi Parocho oblationes nō præstent, † poterit Parochus diuina officia illis denegare: quam pro notabili allegat Decius *in cap. cum inter, num. 54. & 55. de exceptionibus* id procedere addens, licèt Presbyter suis manibus victum quærere possit, quem sequuntur multi alij relati à Ioann. Gutier. statim referendo Hipolyt. *de Marsil. singul. 682.* Cornel. Benincac. *vbi suprà numero 4.* Et est hodiè *text.* expressus de iure Regio *in l. 9. tit. 19. part. 1.* ibi: *Pero puedelos constreñir de sta manera, non les diziendo las horas.* & ibi Gregor. Lopez *glos. 1.* vbi tamen (ex D. Thom. 2. 2. *quæst. 86. articulo 1. in fin.*) huiusmodi subtractionem Sacramentorum non per ipsum Sacerdotem (ne pro Sacramentorum exhibitione aliquid exigere videatur) sed per Superiorem vult esse faciendam ita etiam Didac. Couar. *variar. resolut. lib. 1. cap. 17. numero 3.* versiculo, *Illud tamen est considerandum*, Azeued. *in l. 1. titulo 5. numero 9. lib. 1. nouæ Reg. Collect.* Ioann. Gutier. *Canonicar. quæst. libro 2. cap. 21. numero 52.* Anton. à Padilla *de reddit. Eccles. 3. part. cap. 4. numero 12.* Et videtur *text. in dict. l. 9. part. in fin.* Prædictam glossam tunc demum post admonitionem, & excommunicationem propter non solutas oblationes intelligit, procedereque dicit Benincac. *de paupertat. speciali 6. in iudiciis, n. 17.*

3 Laboris quoque ratione Iudicibus † sportulæ debentur, iuxta *text. in §. Tripli, instit. de actionibus, authentic. Vt Iudices sine quoquo suffrag. §. Volumus, collat. 2. authentic. De Iudicib. §. Ne autem circa hoc labor, collat. 6. authent. Offeratur*, C. *de lit. contestat.* Ias. *in dict. §. Tripli, num. 46.* Roland. à Valle *cons. 87. num. 1. & sequentibus, lib. 2.* Ioan. Baptist. Costa *de ratione ratæ, quæst. 86. per totam*, Francisc. Bimius *consilio 103. lib. 2.* Garsia Mastril. (alios referens) *de Magistratib. lib. 1. cap. 22. num. 1.* vbi, quòd quasi in omnibus partibus nondum salarium, sed etiam sportulæ debentur. Et ex *Hispaniæ* legibus præter salarium, quod Iudicibus Ordinariis (vt *quæst 6. n. 87.* diximus) conceditur; etiam huiusmodi constituuntur, designaturque sportulæ *tot. titulo 10. lib. 3. nouæ Reg. Collect.*

Infirmo † quoquè, vel cum causa, licentiaquè absenti debetur Iudici salarium. De infirmo diximus *quæst. 6. num. 93.* In eo, qui licentiatus recedit, est *text.* singularis, & expressus in *l. Hac lege*, 14. (ibi: *Vt qui liberam proficiscendi licentiam pronunciatione commeatus adepti fuerint, sine qualibet stipendiorum, aut emolumentorum deductione peregrè degant.* vbi etiam not. *glos. verb. Deductione*, & Bart.) C. *de proximis sacrorum scriniorum, cæteriscque qui in sacris scriniis militant, lib. 12. glos.* etiam *in l. Desertorem, 3. §. Si ad diem*, verb. *Commeatus*, D. *de re milit.* Bald. *in l. Si ea conditione*, C. *de condit. insert. in fin.* Ludouic. Roman. *singul. 453.* Dec. *consil. 70. numero 2. prope fin.* vers. *Nam certum est*, Ioan. Bolognet. *cons. 71. num. 5.* Francisc. Ripa *in tract. de peste, tit. de priuileg. cent. caus. pest. numero 121.* Paris. *de Pute. in tract. Syndicat.* verb. *Licentia, numero 3.* Roncagal. *in l. Nemo est, numero 30. D. de duob. reis*, Ioan. Cephal. *cons. 70. numero 4. & cons. 71. num. 12. lib. 1.* Petr. Surd. (alios referens) *cons. 42. num. 1.* plenè Marc. Anton. *de Amat. decis. siue, casu 52. à num. 8. cum sequentibus*, Ioan. Maria Nouar. *in praxi election. & variatio fori, q. 35. n. 13. sect. 2.*

4 Iudiceque ante anni finem mortuo, † integri anni eius hæredibus debet præstari salarium, *text. in l. Diem functo 3.* (vbi not. omnes) D. *de offic. Assessor.* optimi *text. in l. Si quis in sacris, 11. ad fin.* C. *de proxim. scrin. lib. 12. & in l. fin. C. de domest. & protect. cod. lib. 12. & in l. Post duos, 15. C. de Aduocat. diuersor. iudicior. & in l. 3. C. de agentib. in reb. lib. 12.* Amodæ. Iustini. de Castello *in tract. de Syndicat. num. 107.* Paris. de Pute. *in cod. tract. de Syndicat.* verb. *Si officialis, num. 1. & 2.* Petr. Surd. (communem dicens) *dict. cons. 42. n. 3.* Ioan. de Capistran. *in speculo conscient. num. 56.* Petr. Laudens. *in tract. de priuileg. Doct. quæst. 4. n. 13. circa med.*

5 Etiamquè si partes inter se concordauerint, † à liteque destiterint, ac ideo sententiam non tulerit; si vt eam ferre posset, studuerit, per eumquè quominus sententiam proferret, non steterit, salarium percipit iudex. Ita (post Bart. Bald. Ioan. Andr. & Nico. *de Neapol.* ibi relatos) tenet Ias. *in dict. §. Tripli, num. 58. instit. de actionib.* vbi etiam *eius Addit. littera K*, Hippolyt. de Marsil. *singul. 693.* Ioann. à Capistran. *vbi suprà num. 56.* Decius *dict. cons. 70. numero 2. propè fin. & cons. 108. numero 15.* Vincent. Carot. *tract. de locat. quæst. 8.*

6 tit.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tit. de fructib. & lit. expens. numero 14. vbi de communi, & ita de facto in quadam causa, in qua fuit habitus actus pro conseruato, quo pendente, fuit allegatus suspectus Iudex, & aperitio alteri commissa, vidisse testatur. Eoque casu sportulas priori iudici deberi (stante quòd studuerit, & laborauerit) statuit. Sæpeque de facto in litibus coram Iudicibus Ordinariis illiteratis agitatis contingit; quarum determinatio, vel decisio literatis committitur, qui frequenter post consumptum tempus; impensumque laborem recusari à partè solent: quibus labori, salarium soluendum, haud dubium est, vidique solutum non semel. Deberique profitetur, decisumque extat apud Anton. Fab. *in suo Cod. de fin. lib.* 3. *tit.* 2. *de fin.* 1. *n.* 1. *& definit.* 8.

7 Aduocatis † quoque causarumque Patronis pro modo litis, Fori consuetudine, Aduocatique facundia congruum debet præstari salarium; *text. in l.* 1. §. *In honorariis* (& ibi communiter Doctores) D. *de var. & extraordin. cognit. cap. Non licet*, 11. *quæst.* 3. *cap. Non sanè*, 14. *quæstio.* 5. *cap.* 1. §. *Nec etiam, vbi glos. de foro compet. lib.* 6. *glos. in l.* 1. §. *Ait Prætor*, el 1. *verb. Non habebunt*, D. *de postuland. & in l.* 1. *verbo, Costruxerint*. C. *de suffrag. & in capit. Statutum*, §. *Assessorem*, *verb. Moderando*, *extra de rescript. in* 6. *& in cap. Decimæ, verb. Negotio, in fin.* 16. *quæst.* 1. Guid. Pap. *quæst.* 102. *& quæstio.* 109. Cornel. Beninc. *de paupertat. speciali* 1. *in iudic. num.* 1. Capella Tholosan. *decis.* 481. Francisc. Marc. *decisio. Delphi*, 637. *num.* 11. *volum.* 1. *& decisio.* 1061. *numero* 1. *eod. lib.* Camil. Borrel. *in summa decis. titulo* 65. *de Aduocatorum officio, num.* 52. *& sequentibus*, Flores Diaz. de Mena *variar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 8. § 1. *num.* 46. de iure Regio *text. in l.* 6. *&* 14. *tit.* 6. *part.* 3. *& in l.* 10. *&* 11. *tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect. & in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *Fori leg. vbi* Alphons. *de Montaluo, verb. Si ayuda.*

Non enim, vt alienis quis negotiis intendat; familiares dimittere debet curas, vt inquit Cornel. Tacit. *lib.* 11. *annalium*, relatus à Borrel. *suprà numero* 51. propè fin. Nec si
8 non benè Aduocato satisfiat, † benè poterit studere, teste Cardinal. *in Clement.* 1. verbo, *Excellentissimus, de reliq. & venerat. Sanctor.* quem sequitur Federic. Scot. *consilio* 27. *n.* 7. *lib.* 4. *tom.* 2. Mart. Nauar. *in manual. Confessor. cap.* 25. *n.* 30. *in fin.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.* 2. *cap.* 35. Camil. Borrel. *dict. tit.* 65. *num.* 56.

Imò vix Aduocatorum labor æstimationem
9 † recipit, *text.* singularis *in l. Si pater*, 35. *in fin.* D. *de donat.* notat Hieronym. Magon. *decis. Florent.* 12. *n.* 1.

Vndè licèt ab incepto patrocinio desistere
10 † non debeat, causamque Patronus, deserere, iuxta illud *Ouidij de Ponto, lib.* 2. *Elegia* 6. *ad Gracinum.*,

Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci,
Turpe laborantem deseruisse ratem.

Et Tristium, lib. 5. Elegia 6.

Fluctibus in mediis nauem Palinure relinquis,
Ne fuge, nevè tua sit minor arte fides.
Nunquid Achilleos inter fera prælia fidi
Deseruit lenitas Automedontis equos?

Et ibi

Turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hospes.

Elegans ad propositum Pauli Iureconsulti responsum *in l. In commodato*, 17. §. *Sicut autem*, D. *commod.* ibi: *Neque enim impunè peritura deseret, suscepisset enim fortasis aliud, si is non cœpisset.*

Aduocatoquè, ac Patrono causam deferenti pœna † imponatur, nec salarium soluatur, vt 11
(ex Bald. & Paris. de Puteo) tradit Vincent. Corot. *in tractat. de locato, quæstione* 8. *titulo de fructibus, & litium expens. numero* 33. *folio mihi* 26. Hodieque Aduocatum, vel Procuratorem non finientes causam pœnis ius Regium feriat, *in l.* 22. *tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect.*

Nisi post incœptam causam † iniustam esse, 12
cognouerint, quia non solùm tunc eam possunt; sed tenentur deserere, *textus in l. Rem non nouam*, 12. §. *Patroni autem* (ibi: *Sed & si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent, ab huiusmodi communione se penitùs separantes*) C. *de iudiciis, & in d. l.* 22. *nouæ Collect.* Alphonsus de Montalu. *in dict. l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *Fori leg.* verb. *Bozero.* Optimè Horat. *epistol. lib.* 1. *epistol. ad Lollium.*

Ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri.

Expressiùs Quintilianus instit. orator. libro 12. cap. 7. *Neque verò pudor obest* (inquit) *quominùs susceptam cum melior videretur, litem, cognita interdicendum iniquitate, dimittat, cum prius litigatori dixerit verum. Nam & in hoc maximum (si æqui iudices sumus) beneficium est, vt non fallamus vana spe litigantem*, & ibi, *Et certè non conuenit ei, quem oratorem esse volumus, iniusta tueri scientem.*

Si tamen de salario Aduocato, Patronoquè pars non satisfaciat † (quantumcumque iusta 13
sit causa) poterit eam dimittere, ac etiam aduersario fauere, ex sententia *glossæ*, verbo, *Præstare, in fin. in l.* 1. *C. de Aduocat. Fisci*, quam sequuntur Emanel. *de Claris aquis singul.* 253. Francisc. Marc. *decisione* 644. *num.* 3. *part.* 1. Petr. Cened. *in collect. Iuris Canonic. collect.* 28. *num.* 19. *part.* 1. eleganter ad propositum M. Fabi. Quintilian. instit. orat. dicto lib. 12. cap. 7. *Nec enim video* (inquit) *quæ iustior acquirendi ratio, quàm ex honestissimo labore, & ab his, quibus optimè meruerint: Quique si nihil inuicem præstent, indigni fuerint defensione.*

Idquè etiam in Aduocato Ecclesiæ, † qui si 14
eam adiuuare promisit, salarium tamen ei non potest Ecclesia, denegare illi suum poterit patrocinium, vt tenet Bald. *in cap. Breui, n.* 3 *de iureiurando*, Vincent. Carot. *de locat. d. quæst.* 8. *tit. de fruct. & lit. expens. n.* 10. Borgnin. Caualcan. *decis.* 41. *n.* 46. *part.* 1.

Proquè infirmitatis tempore † à principio 15
conuentum salarium Aduocatis fore præstandum; tradidere Matthæ. *de Afflictis in constit. Regni Siciliæ, rubric.* 82. *de salariis Aduocat. numero* 6. Azeued. *in l.* 10. *titulo* 16. *libro* 2. *nouæ Reg. Collect. numero* 5. *in fin.* Ioann.

Gutier. *practicar. quæst. lib.1. quæst. 32. numero 3.* Flores Diaz de Mena *variar. quæst. lib.1. quæst.8.§.1. num.57. lege etiam 9. tit.8. part.5.* ſtante.

Etiamquè ſi mortuus Aduocatus ſit, eius
16 hæredibus † ſalarium anni incepti deberi, docent Bart. *in l.1.§. Diuus, num.12. D. de var. & extraordin. cognition.* Cur. Iuni. *in dicta l. Diem functo, num.53. & ibid.* Iaſ. *num.48.* & Alciat. *num.15. D. de offic. Aſſeſſor.* Sebaſtian. *de Medic. in tractat. Mors omnia ſoluit, 3. part. num. 26.* Ioann. Baptiſt. Villalobos *in commun. opinion.* verbo, *Aduocatus, num. 66.* & verbo, *Salarium, num. 4.* Emmanuël Suarez *in Theſaur. receptar. ſentent.* verbo, *Aduocatus, num. 102.* & verbo, *Mortui, num. 237.* Flores Diaz *de Mena dict. §.1. num.53.* addens id per *dict. l. Partitæ* correctum non eſſe, communemquè dicit, & ſequendam ſententiam *ibidem num.54. & 55.* niſi ad certam cauſam Aduocatus eſſet ſalariatus, ex Azeued. *in l.20. numero 4. tit.16. lib.2. nouæ Reg. Collect.* quo quidem caſu locum *Partitæ lex* habere poterit. In ſalariato verò pro anno, iuris communis diſpoſitio ſeruanda erit, vt tenent ſuprà adducti, & cum eis etiam Ioann. à Capiſtrano *in ſpeculo conſcientiæ, numero 56.* Marc. Anton. Natta *conſilio 452. lib. 2.* Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. dict. tit. 65. de Aduocatorum officio, num.123.* Ioann. Cephal. *conſilio 70. num.4. volum.1.* And. Gail. *practic. obſeruat. lib.1. obſeruat.44. num.12.* Ioachin. Mynſing. *ſingul. obſeruatio. centur. 2. obſeruatio. 8.* Petrus Surd. *conſil.42. numero 3. lib. 1.*

Huiuſmodiquè ſalarium etiamſi partes amicabiliter ſe componant, deberi, † dixit *gloſſ.*
17 verbo, *Euentu, in l. finali, D. mandat.* quia finiuiſſe, vel viciſſe cauſam videtur, etiamſi alius tertius compoſuerit, vel quia per eum quominùs vinceret, non ſtetit; ex *text. in l. In iure ciuili, 122. (vbi Decius numero 1.) D. de regulis iuris, l. Iure ciuili, 24. D. de condit. & demonſtrationibus,* docuit *gloſſ. in l. vnica, C. de ſuffragio,* verbo, *Potere dubitauſſet,* Guido Papæ *quæſtione 222. numero 2.* vbi communem dicit, Cagnol. *in dicta l. Diem functo, num.156. & 157. D. de offic. Aſſeſſor.* Decius *conſilio 70. numero 2. & conſilio 108. numero 5.* Ludouic. Roman. *conſilio 85.* Cornel. Benincac. *de paupertat. ſpecial.1. in iudic. num. 6.* Caccialup. *in tractat. de tranſaction. quæſtion. fin. numero 8.* Cæſar. Contard. *ad leg. vnicam, limitatio.8. numero 2. C. ſi de moment. poſſe* Borgnin. Caualcan. (ita patrem ſuum obtinuiſſe aſſerens) *deciſ.41. numero 48. part. 1.* Vincent. Carot. *dict. titulo de fructibus, & lit. expenſ. quæſt. 8. numero 14.* Petr. Cened. *dict. Collect. 28. numero 4. in fin. part.1.* Hieronym. Magon. *dict. deciſ. Florent.12. num.3.* Pro qua benè etiam facit ſententia *text. in l. Qui operas, 41. D. locati,* ibi: *Aduocati quoque ſi per eos non ſteterit, quominus cauſam agant, honoraria reddere non debent.*

Et licèt de ſalario cum Aduocatis conuentum non ſit, † adhuc eis ſalarium merceſque
18 debetur congrua, ex *text. in dict. l.1. §. Aduocatos, & §. In honorariis,* (& ibi communiter Scribentes) D. *de var. & extraordin. cognitio.* Petr. Duen. *regul.63.* Nicol. Bellon. *in §. fin. inſtit. quibus modis re contra. oblig. & in princip. inſtitut. de obligat. num.5.* Flores Diaz. *de Mena dict. §.1. numero 46.* Camill. Borrel. *dict. titulo 65. num.66.* Iacob. Bennius *in tractat. de priuileg. Iureconſult. 3. part. priuileg.73. in princip.* Petrus Cened. *dict. collect. 28. num. 9.* verſiculo *Salarium,* Hieronym. Magon. *dict. deciſio.12. num. 4.* Vincent. Carot. *dict. quæſt. 8. num.8. & ibid. in addit.* ita deciſum fuiſſe in *Rota* aſſerit, *in vna Toletana die 14. Maij 1568. ex conſ. Federic. de Senis 218. & coram domino Sarmiento, die 30. Aprilis eiuſdem anni, ex Granut. Theoremate 12. numero 4. & 8.* Ioannes Gutierrez *de iuramento confirmat. cap. 64. numero 2.* qui allegat. *leg.10. 11. 12. & 20. dict. titulo 16. lib. 2. nouæ Reg. Collect.* Borgnin. Caualcan. *dict. deciſione 41. num. 46.* Marc. Anton. Natta *conſilio 376. numero 2.* & ita *in cauſa Zamorenſi inter Gundiſaluum de Monte, & Epiſcopum Zamorenſem, & eorum hæredes die 11. Februarij 1547.* fuit concluſum, teſte Cardin. Iac. Puteo *deciſione 11. in fin. lib.3. Pontan. de alimentis, cap.16. num.5.* Cardinal. Tuſch. *pract. concluſ. lit. A, concluſ.230. n.1.*

Licèt etiam nullum laborem † in cartarum 19
reuolutione, in conſulendovè Aduocatus fuerit perpeſſus, adhuc ſibi ſalarium deberi, tenent Ioann. Andre. *ad Specul. in titulo de Aduocat. ſalar. §. Sequitur, circa princip.* contrà *gloſſ. in cap. Non licet,* verb. *Iuſtum, 11. quæſt.3. Tirmi,* verbo, *Aduocatus,* Imol. Alexand. & alij, quos refert, & ſequitur Vincent. Carot. *dicta quæſtione 8. num. 11.* Petrus Rebuff. *de priuileg. ſcholaſt. priuileg.46. numero 1.* In foro etiam conſcientiæ in præteritorum laborum memoriam, obſeruant Archidiac. *in dicto capit. Non licet,* Iaſ. *in §. Sed iſtæ, num.113. inſtitut. de actionib.* Carot. *vbi ſuprà,* verſ. *Ampliatur, 6.* Petr. Laudenſ. *de priuileg. Doctor. quæſt.37. num. 5.*

De talique ſalario, vel lucro filiusfamilias 20
Aduocatus poteſt liberè † teſtari, nec vſumfructum patri acquirit, nec poſt patris mortem illud cum fratribus confert, *text. in l. Fori tui culminis, 4. & in l. Cum Aduocatio, 8. C. de Aduocat. diuerſor. iudicior. l. Velut. Caſtrenſe, 7. de C. de Aſſeſſoribus,* Bald. *in l. fin. num.3. C. de inofficioſo teſtamento, & in l. Cum oportet, numero 16. C. de bon. quæ liber. vbi eius Addit. littera C.* Iaſ. *in rubric. C. de procurat. in fin.* Cornel. Banincac. *de paupertat. ſpecial. 1. in iudic. numero 8.* Capell. Tholoſan. *deciſione 10.* Aſcani. Clemens *de patria poteſtate, affectu 2. numero 6. & effectu 9. numero 2. & ſequentibus,* plures referens Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. dicto titulo 65. numero 120.* Ioan. Lupus *in rubr. de donat. inter vir. & vxorem, §.62. num. 21.* Et hanc ſententiam non ſolùm communem, ſed magis communem (à qua in iudicando, & conſulendo recedendum non eſt) dicit Vincent. Carot. *in tractat. de locato, tit. de fructib. & litium expenſ. quæſt.8. num.49. & ſequentibus,* vbi pleniſſimè, Iuli. Clar. *in §. Teſtamentum, quæſt.17. in fin.* vbi etiam magis communem dicit, Franciſc. Viuius *commun. opini. lib.1. opinione 149.* Ioan. Anton. Mangil. *in tractat. de Imputationibus, quæſtione 26. numero 27. 28. & 29.*

In

UAB Biblioteca de Ciències Socials

In teſtandoque de tali ſalario, vel lucro militari potiuntur priuilegio Aduocati, ac etiam
21 poſt pupillarem ætatem † in eo ſubſtituere poſſunt, ex ſententiâ Didaci Perez *in l. 2. tit. 19. lib. 2. Ordinament.* verbo, *Llamen a los Abogados*, verſiculo, *Octauo ſubtiliter quæri poteſt*, iuxta notata *per gloſſ. in l. vnica, C. quando non petent. part. & argument. legis final. C. de inofficioſo teſtamento, iuncta l. In teſtamento, 1. C. de teſtam. milit.*

22 Procuratores etiam, † Notarij, & Tabelliones pro ſcripturis, ſuiſque laboribus licitè pecuniam exigunt, & eis aliiſque officialibus ſalarium debetur; *text. in l. fin. C. de Principib. agent. in rebus, lib. 12. text. in l. In ſacris, la 3. 12. in ordine, §. Modum inſuper, C. de proximis ſacror. ſcriniorum, cæteriſque qui in ſacris ſcriniis militant, eodem lib. 12. gloſſ. in cap. Statutum. §. Notarium*, extra *de reſcriptis in 6. gloſſ. & Doctores in cap. 1. de Simonia*, Bart. *& Scribentes in l. Argentarius* (*vbi* Alexand. *n.* 4. teſtatur de communi) *D. de edend.* Azeued. *in l. 30. tit. 6. lib. 3. nouæ Reg. Collect. & num. 1. & 2.* iureque Regio de horum ſalariis fit mentio *per totum titulum 26. 27. & 28. lib. 4. nouæ Reg. Collect. & l. 4. tit. 20. lib. 2. l. 11. tit. 12. eodem lib. 2. & l. 11. & 12. tit. 16. eodem lib. & l. 27. tit. 25. lib. 4. & tit. 30. & 31. eodem lib. 4. l. 1. tit. 19. ibid. l. 16. tit. 22. lib. 2.*

Quòd ſi Tabellioni, vel Notario ſalarium
23 non ſoluatur, ſcripturas edere † non cogitur, *gloſſ. in l. Argentarius*, 10. §. *Ideò autem*, verbo, *Abſimiles, in fin. D. de edend. vbi* Paulus Caſtrenſis, & alij Cornelius Benincac. *dict. ſpecial. 1. in iudiciis, num. 13.* Conſtat ex ſuprà relatis Regibus iuribus. Et Procuratorem, cui ſalarium non ſoluitur, poſſe à cauſa deſiſtere diximus *ſuprà n. 13.*

Notariiſque Procuratoribus, & Sollicitatoribus ſalarium etiam non conuentum † (de generali ſaltem conſuetudine, & æquitate, &
24 veroſimili contrahentium, vel litigantium mente) deberi, tradit latè Ioannes Botta *conſilio 43. & eſt deciſio Antonij Gammæ 115.* Flores Diaz de Mena *variar. quæſt. dict. lib. 1. quæſt. 8. §. 1. num. 71.* Vincent. Caror. *dicta quæſtion. 8. num. 8.* verſiculo, *Idem in Procuratore, & numero 97.* verſiculo, *Limita vt non procedat.*

25 Medico † etiam (pro labore, non pro ſanitate reſtituta) ſalarium, merceſque condigna debetur, *l. Medicos in fin. C. de profeſſor. & medic. text. in cap. Non ſanè, 14. quæſt. 5. gloſſ. in cap. Qui ſtudet, 1. quæſt. 1.* Vt enim *de benefic. lib. 6.* inquit Seneca *Mercedem non meriti,*
26 *ſed occupationis ſuæ ferunt.* Imò iuſtiorem † Medicorum, quàm aliorum Profeſſorum cauſam, dixit *text. in l. 1. §. Medicorum D. de variis, & extraordinar. cognition.* firmatque Bald.
27 *in l. 1. num. 6. C. mandat.* magis Medicis † pro ſalario, quàm Aduocatis aſſerens fauendum; traditque Matthæ. de Afflictis *in Conſtitut. Neapol. lib. 3. rubric. 33. de probationibus excep. medic. cap. Quia nunquam, num. 4.* refert, & ſequitur Hieronymus Magon. *deciſ. Florent. 11. num. 1. & 2.* Nicol. Bellon. *in principio inſtitut. de obligat. num. 5.* Paulus Granutius *Theoremat. 12. num. 5.* latè (arguendo ad partes) Vincentius Carot. *de locato, parte 2. gradu 4. de Medico, quæſtione 1. numero 1. & ſequentibus, folio mihi 120.* Ioannes à Capiſtrano *in ſpeculo conſcientiæ, num. 265.*

Idque etiamſi infirmus nolit curari, † Me- 28
dicumque exoſum habeat, procedit ex ratione *text. in cap. Qui emendat, 45. diſtinctione gloſſa in cap. 1. incip. Prouidendum, 83. diſtinct.* qnæ ab omnibus commendatur, eamque ineognitam, & ſingularem dixit Ludouicus Roman. *ſingul. 124.* Hieronymus Cagnol. *in l. Inuito, num. 6. & 7. D. de regulis iuris*, Decius *conſilio 191. num. 11.* Andreas Tyraquellus (plurimos referens) *de retract. conuent. §. 7. gloſſ. 1. num. 10.* & pleniùs *in tractat. de nobilitate, cap. 6. num. 38.* Ripa *in tractat. de peſte, cap. fin. de remed. ad curand. peſt. num. 103.* Didac. à Segura *in repet. l. 1. §. Si vir, num. 123. D. de ſequeſtra. poſſeſſ.* pleniſſimè Gomez Arias *in l. 27. Tauri, num. 104.* fusè Vincent. Carot. *de locat. dicta parte 2. gradu 4. de Medico, quæſtione 2. ex num. 4. cum ſequentibus*, quam veriorem, & æquiorem dicit, *num. 7.* contrariiſque reſpondet Paul. Granut. *dict. theoremat. 12. num. 5.*

Et etiam infirmo decedente, † *dicta gloſſa* 29
in ſumma 83. diſtinct. Franciſc. Marc. *deciſione Delphina. 644. num. 6. volum. 1.* Vincent. Carot. *dicto gradu 4. de Medic. quæſt. 5. num. 6.* Hieronymus Magon. *dicta deciſ. Florent. 11. num. 11.*

Et licèt à principio non fuerit certum ſala- 30
rium † Medico aſſignatum, nec ſuper eo conuentum, quia nihilominùs Iudicis officio peti poterit, *ex dicta l. 1. D. de var. & extraordin. cognit.* Ripa *de remed. ad curand. peſt. num. 124.* refert, & ſequitur Hieronymus Magon. *ſuprà num. 4.*

Peſſeque Medicum (qui à principio gratis curare non incœpit) ſi ſibi merces, ſalariumque non ſoluatur, † infirmum deſerere; te- 31
nuerunt multi, *ex text. in l. Per hanc, C. de erogat milit. anno. lib. 12.*

Diſtinctionemque iſtam, *An à principio gratis, vel mercede curare incœperit*, vt primo caſu de damno ſi infirmum derelinquat, teneatur; non verò ſecundo, obſeruant Ioannes Faber *in §. Item* verſiculo, *Præterea* (*alias §. Præterea*) *inſtit. ad leg. Aquil.* Franciſc. Marc. *ſuprà num. 1.* Licèt deſerendum infirmum non eſſe, ſed coram Iudice pro ſalario agendum; idemmet dicat Faber, æquiorem aſſerit Carot. *dicto gradu 4. de Medico, quæſt. 16.* Quibus Ouidij auxiliatur ſententia *de Ponto lib. 2. d. Elegia 6. ad Gracinum.*

Quem ſemel excepit, nunquam Podalirius
ægro.
Promiſſam Medica non tulit artis opem.

Caiqque in l. Idem iuris, 8. D. ad leg. Aquil. ibi: *Sed & qui benè ſecuerit, & dereliquit curationem, ſecurus non erit; ſed culpæ reus intelligitur.*

Magiſtris † etiam pro docendi labore ſala- 32
rium, mercedemque præſtandam, latet neminem, & eſt *text. in dicta l. 1. §. 1. de var. & extraord. in l. 2. D. de aliment. pupill. præſt. l. Ius alimentorum, 3. §. Item ad inſtitutum, D. vbi pupilli educari debeant, l. Attilius Regulus, 27. in fin. D. de donat. vbi gloſſa*, verbo, *Mercede*, ſiue ſit promiſſum, ſiue non, Iudicis of-

ficio deberi dicit, *l. Qui filium*, 4. *D. vbi pupilli educ. debe. l. Cum plures*, 13. §. *Cum tutor*, *D. de adminiſtrat. & peric. tutor*, *cap. Reuertimini*, 17. *quæſt.* 1. Liciteque pro tali labore ſalarium exigere poſſe, ſi de publico ſalariati non ſint, docent D. Thom. 2.2. *quæſt.* 1. *art.* 3. *circa medium*, plura iura, & Doctores referens Petrus Laudenſ. *in tractat. de priuileg. Doctor. priuileg.* 83. *num.* 38. *&* 39. Vincent. Carot. *dicto gradu* 4. *tit. de ambaſiatore infirmo*, *quæſt.* 8. *in quæſt. de Magiſtris*, vbi qua agat Medicus, vel Magiſter pro ſalario actione, monſtrat.

Ob ſalariumque non ſolutum, ſi magnam eâ ratione incommoditatem patiatur, à legen-
33 do deſiſtere, Magiſtrum poſſe (quin ſalarium temporis, quo deſtitit, amittat) tradit Felinus *in cap. Quia nonnullis*, *de Magiſt.* allegans Abbat. *in cap. Peruenit*, *el* 2. *col.* 2. *de iureiurand.* Petrus Laudenſ. *dicto tractat. quæſtion.* 17. *num.* 34.

Quòd ſi Doctor per annum legere promiſit,
34 anteque moriatur, † integri anni ſalarium eius debent habere hæredes, ſecundùm Bart. *in dict. l.* 1. §. *Diuus*, *num.* 17. *D. de variar. & extraord. cognit.* Petr. Laudenſ. *vbi ſuprà q.* 4. *n.* 13. & alij ex iam relatis *n.* 16.

Proque ab Vniuerſitate Magiſtro, vel Doctori legenti conſtituto ſalario bona ipſius Vni-
35 uerſitatis † cum priuilegio prælationis tacitè hypothecata exiſtunt. Cum cauſa dotis, ſtudij-
36 que æquiparentur, vt † *quæſt.* 4. *num.* 62. diximus (præterque ibi adductos) latè tradunt Flores Diaz *variar. lib.* 1. *quæſt.* 8. §. 1. *num.* 70. Petrus Sanz Morquecho *de diuiſione bonorum*, *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 51. *& ſequentibus*, plures caſus; in quibus cauſa dotis, & ſtudij pari potiuntur priuilegio, referens; inter aliaque *num.* 55. addens inſtrumentum Doctoris honorarium continens
37 *priùs* celebratum † (ſicut de dotali dicitur) præſumi ex Alexand. & Doctoribus *in l.* 1. *D. ſoluto matrimonio*, Decio *in l. In ambiguis pro dotibus*, *D. de regulis iuris*, plenè Alciat. *ad l.* 1. *D. ſoluto matrimonio*, *num.* 42. vbi multos alios ſimiles cumulat caſus, & (pluribus relatis) tradit Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. cap.* 257. *n.* 24. *&* 25.

38 Suprà dictamque † ſententiam tenent Angel. & Ripa, *in dicta l.* 1. *D. ſoluto matrimonio*, quos refert, & ſequitur Petr. Rebuff. *de priuileg. ſcholaſt. priuileg.* 118. *num.* Vbi ita cuidam Primario, cui ſalaria, & victus debebantur conſuluiſſe dicit, vt venditioni bonorum ſe opponeret: & licet alij creditores anteriores tempore eſſent; tamen illum Primarium præferendum, dictoſque creditores eidem ſoluiſſe firmat: quod benè notandum aduertit: tenet etiam Ias. *in dicta l. Dum functo*, *num.* 21. *D. de offic. Aſſeſſor.* Alciat. Socin. Barboſ. & plurimi alij, quos refert, & ſequitur Stephanus Gratianus *vbi ſuprà* (communem dicens ab eaque non eſſe recedendum) *num.* 17. *& ſequentibus*, Flores Diaz de Men. *variar. q. dict. lib.* 1. *q.* 1. §. 1. *num.* 70.

Non tamen expreſſas anteriores hypothecas
39 habentibus † pro ſalario præferuntur Doctores, ſicut nec mulieres pro dotibus præferuntur: iuxta *text. in l. Aſſiduis*, 12. *C. qui potior. in pignor. habeant*, *& l.* 33. *tit.* 13. *parte* 5. Ita tenent Vincent. de Franc. *deciſ.* 51. & Vincent. Carot. *de locat. dicta parte* 2. *gradu* 4. *de Medico*, *quæſt.* 11. *num.* 2. *in additio. folio mihi* 124. Vbi idem in Aduocatis, † Procuratoribus, 40
carceris Cuſtodibus, ac Medicis dicit, ad quos in hoc caſu valere aſſerit argumentum. Et in Medico idem quoque tenet Vincent. de Franc. *dicta deciſ.* 51. *num.* 7. In Aduocatiſque tenuerunt dictam ſententiam (habere ſcilicet tacitam pro ſalario in bonis debitoris cum prælationis priuilegio hypothecam) omnes proximè *ex n.* 35. adducti.

Imò fortiùs (ex plurium ſententia) tradit eleganter Stephanus Gratian. *dicto cap.* 257. *num.* 26. *& ſequentibus*, præcipue *num.* 28. Aduocatos pro cauſæ, quam defenderunt, ſalariis anterioribus creditoribus expreſſas, etiam hypothecas habentibus in illa re præferri, ex ratione *legis* Interdum, D. *qui potior. in pignor. habe.* quòd ſaluam rem fecerint.

Paupertatis tamen fauore, in omnibus ſuprà dictis caſibus, aliiſque ſimilibus infrà etiam adducendis ſalarium, mercedemque perſoluere nequaquam pauperes adſtringuntur.

In primis enim ſportulas Iudici non tenentur 41
præſtare, † nec ab eis exigi poſſunt, *text.* eſt *in authentic. De mandat. Princip.* §. *Sit tibi quoque*, *collatio.* 3. ibi: *Si tamen ſufficientes in datione conſiſtant*, *alioquin gratis lites audire*: vbi etiam notat *gloſſa* verbo, *Gratis*, & ibi communiter Doctores. Conuenit *text. in authentic. De Iudicibus*, §. *Hoc autem dicimus*, *collatio.* 6. ibi: *Qui enim ita paruæ quantitatis exactionem facit*, *pro maxima parte victoria ſic pauperem fraudat. text. & ibi gloſſa in cap. Statutum* 11. §. *Inſuper*, *in fin.* verbo, *Pauperes*, *extra de reſcriptis libro* 6. Cardinal. *in Clem. Statutum*, *oppoſitione* 1. *de electione*, Iaſ. *in* §. *Tripli*, *numero* 54. *&* 55. *inſtitut. de actionibus*, plures referens Andreas Tyraquellus *de nobilitate cap.* 29. *num.* 40. Antonius Grauatius *in annotat. ad Octaui. Veſtr. in praxi libro* 4. *cap.* 4. verbo, *Paupertas*, *numero* 31. Ioannes à Capiſtrano *in ſpeculo conſcientiæ numero* 59. vbi quòd licet vtraque pars aſſeſſori ſportulas, vel ſalarium præſtare debeat; excuſabitur tamen pauper. Tenet etiam Rolandus à Valle *conſ.* 87. *numero* 23. *&* 24. *libro* 2. Conſtitoque de paupertate, vt omnia gratis fiant iubetur: plures hanc firmantes ſententiam refert Garſia Maſtrillus *de Magiſtratibus*, *libro* 1. *cap.* 22. *numer.* 19. 20. *&* 21. Ioachin. Mynſing. *ſingul. obſeruatio*, *centuria* 4. *obſeruatione* 47. *numero* 4. Vbi, quòd pauperis cauſa de plano, & ſine expenſarum, vel ſportularum ſolutione expediri debet, Robert. Marant. *de ordin. cognit.* 4. *parte diſtinctione* 9. *numero* 77. Gerardus de Petra Sanct. *ſingul.* 73. Petrus Rebuffus *de priuileg. ſcholaſt. priuileg.* 90. *numero* 1. *&* 4. Andreas Gail. *practicar. obſeruation. libro* 1. *obſeruatione* 43. *num.* 15. *&* 16. Petrus Roiz. Maure. *deciſione Lituanica* 4. *numero* 293. Fului. Pacian. *de probationibus lib.* 1. *cap.* 54. *numero* 61. verſiculo, *Sed nec etiam.*

Ampliaturque hæc concluſio, vt etiamſi pauper ſponte, † aliquid pro ſalario, vel ſpor- 42
tulis offerat, nec tunc id Iudex recipere debeat,

proba

UAB Biblioteca de Ciències Socials

probaturque *ex text. in dicto cap. Statutum*, 11. §. *Inſuper* (*& ibidem not. gloſſa*, verbo, *Recipere*) *de reſcriptis*, *libro* 6. *& in cap. Exigit*, 2. (ibi, *Vel etiam à volente*, notatque *ibidem gloſſa*) *de cenſibus*, *& exact. eodem libro* 6. *in l.* 1. *C. de ſalgamo hoſpitib. non præſtand. libro* 12. ibi: *Sed nec volentibus*, *&c. & in l. fin.* §. *Vt autem*, *C. de re milit. eodem libro* 12. Lupus *allegatione* 37. (incip. *Stante conſtitutione*) *dubio* 2. latè Andreas Tyraquellus *de nobilitate dicto cap.* 29. *numero* 40. Gaſpar Baëça *de decim. tut. cap.* 10. *num.* 12. Petrus Royz. Maur. *vbi ſuprà*.

Dictaque in Iudicibus, in Aduocatis quo-
43 que † locum habent, pro pauperibus enim gratis patrocinari tenentur, *gloſſa in dicto cap. Statutum*, 11. §. *Inſuper*, verbo, *Pauperes*, *de reſcriptis in* 6. Decius *in cap. Ex epiſtolæ*, *num.* 212. *de probationibus*, Iaſ. *in dicto* §. *Tripli*, *num.* 45. *inſtitut. de actionibus*, plenè Tyraquellus *dicto cap.* 29. *num.* 39. Cornelius Benincacia *de paupertate ſpecial.* 1. *in iudic. num.* 9. Guido Papæ *deciſione* 561. Rolandus à Valle *conſilio* 87. *num.* 25. *libro* 2. Gaſpar Baëça *de inope debit. cap.* 12. *num.* 14. *& de decim. tutor. dicto cap.* 10. *num.* 12. Antonius Scap. *de iure non ſcript. libro* 3. *cap.* 105. *ex num.* 8. Fuluius Pacianus *vbi ſuprà dicto cap.* 54. *num.* 61. Antonius Grauatius *in annotat. ad Octauian. Veſtr. in practic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *& lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 32. Pelagius *de planctu Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 46. verſiculo, *Sed & pauperi*, Ioſephus Ludouicus *deciſione Peruſin.* 111. *num.* 8. 9. *&* 10. Ex eo *dicto num.* 9. inferens, pauperem in iſto caſu ad antidota non teneri. Iacobus Bennius *de priuileg. Iureconſult.* 3. *part. priuileg.* 71. *n.* 8. Iacobus Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 369. *ex num.* 3. Auiles *in cap.* 7. *Prætor. gloſſa. An de lleuar. num.* 3. Azeuedus *in l.* 16. *tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect. num.* 1. *& ſeqq.* Petrus Cenedus *Collect. iuris Canon.* 28. *num.* 13. *parte* 1. Ioannes Baptiſta Caccialup. *in tract. de Aduocato*, *quæſt.* 3. *num.* 10. Thom. Accius *in tract. de infirm. parte* 2. §. *Aduocati*, *num.* 6. *&* 7. Ioannes Papon. *lib.* 6. *tit.* 4 *arreſt.* 4. Ioann. Girardi *epigrammat. legal. in diſtichis*, *ſcholio* 64. Camillus Borrellus *in ſumma deciſ. dict. tit.* 65. *de Aduocatorum officio*, *num.* 37. Garſia Maſtrillus *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 19. *& ſeq.* Gregorius Lopez *in l.* 6. verbo, *Llanamente*, *tit.* 22. *parte* 3. *& in l.* 16. *tit.* 9. *parte* 2. Didacus Couarru. *practic. quæſt. cap.* 6. *num.* 4. Flores Diaz de Mena *variar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 8. §. 1. *num.* 52. Barboſa *in remiſſion. ad leges Reg. Luſitan. lib.* 2. *tit.* 90. *ad* §. 11. Ferdinand. Vaſquez Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 2. *num.* 128. Montal. *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *Fori leg.* verbo, *Si ayuda*, Ioachin. Mynſinger. *ſingul. obſeruat. cent.* 4. *obſeruat.* 32. Iacobus Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 5. *num.* 5. Cabedo *in deciſ. Luſitana* 214. *num.* 7. *part.* 1. Vincentius Carot. *in tract. de locat.* 1. *parte tit. de fructibus*, *& litium expenſ. quæſt.* 8. *num.* 12. *folio mihi* 24. Sebaſtianus de Medic. *de caſibus fortuitis*, *part.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 11. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordinam pag.* 400. verſiculo, *Sextò dubitatur*, Andreas Gaill. *pract. obſeruat.* 43. *ex num.* 10. *cum ſeqq.* Sebaſtianus Guazin. *in præfatione*, *tract. ad defenſam*, *num.* 5. Ex Theologis (præter Diuum Thomam Alexandr. de Ales, Angel. & alios per Tyraquellum, & Baëçam *locis proximè relatis* adductos) adde idem tenentes Dominic. Sot. *de iuſtit. & iure*, *lib.* 5. *quæſt.* 8. *artic.* 4. Sylueſt. verbo, *Aduocatus*, *num.* 10. Martin. Nauarr. *in ſumma confeſſor. num.* 30. *in fin.* Ioannes Malder. *Epiſcop. Antuerpiæ*, *de virtut. Theolog. & iuſtitia*, *& Religione*, *tract.* 6. *cap.* 3. *de iuſtitiâ rei*, *& aduocati*, *dubio* 8. facit quod legitur Eccleſiaſtici cap. 7. *Pauperi porrige manum tuam*: & Iob. *cap.* 29. *Pater eram pauperum*, *& cauſam*, *quam neſciebam*, *diligentiſſimè inueſtigabam*.

In Hiſpaniæque Regnis cum in Regalibus Audientiis, Cancellariis, Supremoque Senatu admittuntur Aduocati, defenſuros ſe pauperes, viduas, & orphanos iurant.

Nec ſi pauper mercedem Aduocato offe-
rat † eam recipere poteſt: Aduocatuſque à 44
paupere ſcienter mercedem, vel ſalarium recipiens peccat. Ita (poſt Alberic. Iaſ. Hoſtienſ. Abbat. Felin. & alios, quos refert) tenet Gaſpar Baëça, *dict. cap.* 12. *de inope debitore*, *num.* 15. Gerard. de Petr. Sanct. *ſingul.* 73. *num.* 4. Ioannes Baptiſta Caccialup. *in tract. de tranſac. quæſt.* 3. *num.* 10. Petrus Rebuffus *de priuileg. Scholaſt. priuileg.* 90. *num.* 7. Cornel. Benincac. *dicta ſpeciali* 1. *in iudiciis*, *num.* 10. Tyraquellus *de nobil. dict. cap.* 29. *num.* 39. Didacus Perez *vbi ſuprà* dicto verſiculo, *Sextò dubitatur*, Barthol. Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric.* 6. §. 6. *num.* 4. Flores Diaz de Mena *dict.* §. 1. *n.* 52. Roland. à Valle *dict. conſuetud.* 87. *num.* 28. *lib.* 2. Andreas Gail. *dicta obſeruat.* 43. *n.* 14.

Et nolens pro egenis patrocinari † mortali- 45
ter peccat Lupus *in tract. de illegit. & naturalib.* quem refert, & ſequitur Sebaſtian. Guazin. *de defenſione reorum*, *defenſione* 24. *cap.* 2. *num.* 8. D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 71. *& ibidem*, Caiet. Petr. Aragon. & Michaël Salon. Franciſc. Viuius *deciſ.* 159. *num.* 2. *& ſeq.* Hieronymus Treutler. *diſput. ſelectar. parte* 1. *diſput.* 8. *Theſi.* 1. Camill. Borrell. *dict. tit.* 65. *num.* 39. Vincentius Carot. *dict. tit. de fruct. & lit. expenſ. quæſt.* 8. *num.* 45. Et quando id procedat? quæque ad id paupertas requiratur? latiùs infrà.

Imò Aduocatum ſalarium à pauperibus,
extorquentem † ad reſtitutionem teneri (ex 46
Syluestro, & Angel.) aſſeruit Flores Diaz de Mena *vbi ſuprà dict. num.* 52. In omninò tamen paupere, qui vel nullo modo ſoluere, vel cum maximo incommodo alimentorum ſuorum, & familiæ poteſt, id practicari dicens.

Vtque abſque mercede pauperem adiuuet
poteſt cogere Aduocatum † Iudex; *gloſſa* 47
Hoſt. Abb. Felin. & alij *in cap.* 1. *de offic. iudic.* Decius *in cap.* 1. *num.* 46. *de probat. l. Regia*, 6. *tit. part.* 3. ibi: *E ſi por auentura ſueſſe tan cuytada perſona, que non ouieſſe de que lo pagar*, *deuele mandar el Iuez que lo faga por amor de Dios*, *è el Auogado es temudo de lo fazer.*

Ad idque etiam ſub officij priuatione † 48
Aduocatum compellere, *text. in l. Prouidendum*, 7. §. *Si quis verò*, *C. de poſtulan. l.* 1.

§. Eſt

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. *Et vrbe*, D. *de offic. Præfect. vrb. l. Moris*, 9. D. *de pœnis*, Ludouic. Roman. *singul.* 259. Didac. Couar. *practic. dict. cap.* 6. *num.* 4. Andreas Gaill. *dict. obseruat.* 43. *num.* 11. Roland. à Valle *dict. cons.* 87. *num.* 29. Azeuedus *in dict. l.* 16. *num.* 3. estque *de iure Regio text. in l.* 5. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordinam.*

49 Partibus enim (pauperibus præcipuè miserabilibusque personis) de Aduocato † debet omninò Iudex prouidere, *text. in l.* 1. §. *Ait Prætor*, D. *de postulan. text. in l. Nec quidquam*, 9. §. *Aduocatos*, D. *de offic. Procons. & Lega.* vbi hæc Vlpian. *Aduocatos quoque petentibus debebit indulgere: plerumque fœminis, vel pupillis, vel aliàs debilibus vel his, qui suamentis non sunt, si quis eis petat, vel si nemo sit, qui petat, vltrò eis dare debebit dict. l.* 6. *part. & dict. l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *Fori leg.* Bart. *in l.* 4. §. *Hoc autem iudicium*, *num.* 1. *circa fin.* D. *de damno infect.* Nicolaus Boër. *decis.* 325. Capell. Tholoss. *decis.* 481. Ioannes Votta *cons.* 64. *num.* 12. latè Royz. Maur. *decis. Lituan.* 4. *num.* 298. Couarr. *dict. num.* 4. Petrus Gregorius *lib.* 49. Syntagm. *cap* 6. *n.* 16. Thom. Actius *tract. de infirmi. part.* 2. §. *Aduocati*, *num.* 1. Camill. Borrell. *in summa*, *decis. dict. tit.* 65. *de Aduocatorum officio*, *num.* 36. Andreas Gaill. *dict. obseruat.* 43. *lib.* 1. *num.* 10. Blanc. *in l. fin. num* 31. versiculo, *Propterea superflua, & inanis*, D. *de quæstionibus*, Prosper. Farinac. *praxis crimin. quæst.* 39. *num.* 95. Sebastian. Guazin. *dict. tract. ad defensam, defensione* 24. *cap.* 2. *num.* 8. Ioachin. Mynsinger. *singul. obseruation. centur* 4. *obseruat.* 32. *n.* 1.

Mortaliterque peccare Iudicem de Aduo-
50 cato pauperi non prouidentem ‡ docent Sylueſt. verbo, *Aduocatus quæst.* 8. *num.* 11. Nicolaus Anton. Grauat. *in annot. ad Octauian. Vestr. in praxi*, *lib.* 4. *tit.* 4. *de dolo, & contumacia*, verbo, *Paupertas*, *num.* 32. *lit. I.*

Quæ omnia de Aduocato dicta, niſi iuſtis,
51 † & legitimis cauſis ſe apud Iudicem excuſare poſſit, procedunt, vt probat *text. in dicta l. Prouidendum*, §. *Si quis verò*, *C. de postul.* à contrario ſenſu, ibi: *Si quis verò monitus à Iudice ea excusatione, quæ nequeat comprobari cuicumque parti patrocinium denegauerit, &c.* firmaturque argumento *text. in l. Humanitatis* 23. *C. de excus. tutor. & in l. Non solùm*, 12. §. *fin.* D. *eod. in l. Si longius*, 18. D. *de iudici. & in cap. Si pro debilitate* 3. *extra de offic. & potest. iudic. deleg. & ibi* Felin. *num.* 4. *in fin.* Andr. Gaill. *d. obseruat.* 43. *num.* 9. *&* 12. Ioachin. Mynsing. *d. obseruat.* 32. *cent.* 4. *num.* 5. & est *text. in dict. l.* 16. *tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect.* ibi: *Saluo si los tales no los pudieren ayudar por algun impedimento legitimo.*

Iuſta autem (inter alias) erit excuſatio, ſi
52 Aduocatus pauper † ſit, & ſi tale patrocinium propriis negotiis, vt ſe, ſuoſque alat, ad victumque neceſſaria quærat, ſupereſſe non poſſet. Tunc enim patrocinium imponere non teneatur, ſecundum Sylueſt. verb. *Aduocatus, d. q.* 8. *n.* 11. Ioan. Malder. *de virtut. Theologi. tr.* 6. *c.* 3. *dub.* 8. verſ. *Item limitanda responsio*, vbi tunc pro paupere Aduocatum patrocinari adſtringi, detrimentum quando ſolum aliquod in ſibi ſuperfluis ſubiturus eſſet, dicit.

Excuſari item poterit Aduocatus, *si is*, *qui* patrocinium deſiderat, moderatum ſoluere valeat ſalarium, nec ſoluat; ſi nec in extrema,
† aut graui (modo ſtatim aſſignando) inopia 53
exiſtat; ſi enim huiuſmodi prematur egeſtate ſub peccati mortalis reatu adiuuare gratis pauperem tenetur. Extremaque neceſſitas hoc in caſu dicitur, vbi litis æſtimatio, & ea, quæ pauper in iudicio exigit, ad ſe ipſum alendum, ne fame pereat, neceſſaria ſunt, nec poſſit aliundè patrocinium habere. Si verò neceſſitas (iuxta huiuſmodi neceſſitatis qualitatem) extrema non ſit; venialem culpam eſſe, reſoluit D. Thom. (ſic à *Caietano intellectus*) 2. 2. *quæſt.* 71. *artic.* quem refert, & ſequitur Couar. *practic dict. cap.* 6. *num.* 4. *propè fin.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 11. verſ. *Simili de offic. iudic.* vbi neceſſitatem extremam deſiderat, vt quia ſi pauper cauſam amitteret, peteundum illi foret, ſequitur Palac. Rube. *in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor*, § 65. *num.* 43. Petr. Royz. Maur. *decis. Lituan.* 4. *n.* 299. Didac. Perez *in dict. l.* 1. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordina.* verſic. *Sextò dubitatur*, Vincent. Carot. *de locat. quæst.* 8. *d. tit. de fructib. & lit. expens. num.* 12. verſic. *Cui adde*, *el.* 2. Andr. Gail. *practic. obseruat. dict. lib.* 1. *obseruat.* 43. *num.* 18. Martin. Nauar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 29. Ioan. Malder. *dict. tract.* 6. *cap.* 3. *dub.* 8. verſic. *Secùs dicendum si leuis*, P. Leonard. Leſſius *de iustit. & iure, lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 7. vbi, quòd tunc, qui patrocinium prætendit, in extrema dicitur neceſſitate; cùm illi crimen, ob quod plecter dus ſit capite, vel omnibus ſpoliandus bonis, & *in extrema* coniiciendus inopia, niſi defendatur, imponitur. Idemque in graui neceſſitate tenet, vt ſi iniuſtè putaretur damnandus pauper ad triremes, publicam flagellationem, ad durum carcerem, vel amiſſa lite grauem contracturus morbum; quia tunc ſub mortali peccato (ex ipſius ſententia) ſuum patrocinium exhibere tenetur Aduocatus, dum ipſe aliquo modo ſuperfluum ſuo ſtatui habeat: id eſt, modò præter illam operam, quæ illi ad ſtatum ſuum ſuſtinendum neceſſaria eſt, aliquid temporis, vel induſtriæ (vt dicebamus) ſupereſt, ex Sylueſt. (quem & ipſe allegat) cum Soto *de iustit. & iure*, *lib.* 5. *quæst.* 8. *art.* 1. Caietan. & aliis: cuius etiam ſententiæ fuit Couar. *dict. cap.* 6. *n.* 4. *in fin.* Licèt P. Leſſius *supra* adducat *Nauar. in cap.* 25. *num.* 20. putantem, Aduocatum non niſi in extrema neceſſitate teneri (quando ſcilicet ex patrocinio vita pauperis, vel ipſi coniunctorum, vt patris, matris, vxoris, prolisvè, pendet) ſub peccato ſaltem mortali pauperem adiuuare.

Vt autem patrocinari pro paupere teneatur Aduocatus, non ſufficit de præſenti pauperem, qui patrocinium deſiderat, eſſe ſi ad pinguiorem deuenturum fortunam † ſperatur; quia 54
tunc cum obligatione ſoluendi, non aliter adiuuare eum tenetur Aduocatus, prout in ſacro Palatio cum Notariis ſeruari aſſerit *Rota in antiq. decis.* 2. *de constit.* & ita credere id in vſu Regno in noſtro eſſe, dicit Azeued. *in d. l.* 16. *tit.* 16. *lib.* 2. *nouæ Reg. Collect. num.* 3. quem tamen vſum reprobat; motus quia præſens rei ſtatus conſiderandus eſt: firmaturque ex *d. l.* 1. §. *Ait Prætor*, D. *de postul.* Pro conſuetudine tamen facit, quia (vt ſuprà proximè tradidimus) *ita demum pauperē cogitur* Aduocatus iuuare, cum ei aliter conſultum eſſe non poteſt: Cum

autem

UAB Biblioteca de Ciències Socials

autem per cautionem poſſit ei eſſe conſultum. Aduocatuſquè ſua non fraudetur mercede; huiuſmodi obligationem ſubterfugere cliens pauper non debet. Cum nullum inde ſibi ſequatur damnum, nec inquietari ob mercedis ſolutionem, dum melior non ſupernit conditio, poſſit. Ad quod etiam *l.* 20. *Stili*; & in ſpecie notat Vincent. Carot. *de locat. d. quæſt.* 8. *tit. de fructib. & lit. expenſ. num.* 12. *poſt. princip. verſic. Vnde in hoc habes.* Prædictamque ſententiam (abſque dicto pacto pro paupere pro patrocinari Aduocatū non adſtringi) tenet P. Ludouic. Torres, *in* 2. 2. *D. Thom. quæſt.* 71. *art.* 1. *num.* 2. Mouetur, quia tunc non ſimpliciter egens (cum ad aliqua ius habeat) ſed tantùm præſentis temporis reſpectu dicitur. Sicut non ſimpliciter egens appellatur, qui in aliquo tenetur ſatisdare loco, in quo bona non habet, ſi in alio habeat. Et ita quoad Notarios decidit *Sabandia Senatus*, vt refert Anton. Faber. *in ſuo Cod. definit lib.* 3. *tit.* 2. *defin.* 2.

Non tamen ſic duros corde Aduocatos eſſe oportet (qui præſertim commodè miſerabilium negotijs poſſunt intendere) vt ferè nihil miſericordiæ, omnia cupiditati tribuant, ſed multa ex charitate faciunt, vt & Domini ſui talentum non abſcondat, & turpe nomen) quo voraciſcimi † Reipublicæ canes, pauperumquè excoriatores vt, & procuratores, Tabelliones, Notarijquè appellantur) elidant, vt (per *Bar. in rep. l. Omnes populi*, 5. *quæſt. princip. D. de inſtit. & iur.* Ias. *in* §. *Tripli. num.* 30. *inſtit. de action.* Vincen. Carot. *vbi ſupra num.* 2. Accipitreſquè pecuniæ appellauit eos *Plato*. Qua de re latè etiã Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordinam. verb. Malicia*, Andr. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 47. *& ſeqq. Roland. à Valle d. conſ.* 87. *num.* 31. *& ſeqq. part.* 2. 55

Excuſari præterea poteſt Aduocatus, ſi extra ipſius domicilium † patrocinium petatur exhiberi, nec enim per diuerſa ire tenetur loca, ſed præſentes debent eſſe partes, ſibiquè occurere, neceſſitaſquè debet in promptu apparere, & ſic cum leui Aduocati incommodo. Ita concludunt (poſt Diu. Thom. Michael. Solon. Petr. Aragon. Sylueſt. Dioniſ. Charr. Ioan. Bapt. Caccialup. & Hippolyt. Rimin. quos refert, & ſequitur) Franciſc. Viuius *deciſ.* 159. *num.* 6. & 7. & nouiſſimè) eis etiam relatis) Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. d. tit.* 65. *de Aduocatorum officio. num.* 67. 56

Item legitima erit excuſatio, ſi in loco vbi lis vertitur, pauperum Aduocatus, † cui ſalariū ob id ſoluitur, exiſtat. Qui hodiè in omnibus ferè partibus ſunt, nec ſolùm in Regiis Audientiis; Cancellariis, ſupremoquè ſenatu de publico pauperum Aduocatis ſalarium ſoluitur. vt per *Couar pract. d. cap.* 6. *num.* 4. ſed etiam in aliis Dominorum, Comitum, Ducum, vel Marchionum locis huiuſmodi pauperum Aduocatos ſalariatos ferè ſemper vidi. Et ſic fieri in *Gallia* regno teſtatur Petrus Rebuff. *de priuileg. Scholaſtic. priuileg.* 90. *num.* 5. & Nicol. Boer. *deciſ.* 324. *nu.* 6. apud *Germanos, Hiſpanos*, aliaſquè nationes obſeruari, affirmat (ex pluribus) Camill. Borrell. *in ſumma deciſ. d. tit.* 56. *num.* 40. 41. & 42. Idemquè in *Curia Romana* 57

ſeruari aſſerit Sebaſtian. Guazin *d. defenſione* 24. *cap.* 2. *num.* 8. & in multis etiam aliis locis, ac partibus (de quibus facit mentionem) Lupus *in tractat. de illegitim. & natural. reſt.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 111. *num.* 10. Vincen. Carot. *de locat. dict. quæſt.* 8. *tit. de fructib. & lit. expenſ. numero* 11. *verſic. Cui adde ab eo non allegatos*, Octauian. *Veſter in praxi, libro* 2. *cap.* 7. *numero.* 2. 3. & 4.

Vbi igitur pauperum adſunt Aduocati, ſtipendium de publico, à Rege, vel Dominis habentes, legitimè alij ſe excuſant, Aduocati: cum ratio ob quam pauperes adiuuare defendereque tenentur ceſſet, & eſt *text. in d. l.* 16. *tit.* 16. *lib.* 2. *noua Reg. Collect.* Aduocatis pauperes adiuuare, ſi Aduocati ſalariati in populo deſint, iubens.

Conſultò quæſtionem omitto illam (quæ hic benè ingeri poſſet.) An victus ad expenſas † victori, qui eas non fecit, quia Aduocatus. Procurator, Notarius, vel alij officiales pro eo gratis patrocinati ſunt, ſibique debitam remiſerunt mercedem, teneatur? De qua latè (poſt antiquiores) egerunt Cornel. Beninc. *d. ſpeciali* 1. *in iudic. ex num.* 20. *vſquè ad fin.* Nicol. Boër. *deciſ.* 210. *& ſingul. ſuis verb. Expenſæ, num.* 10. Aſin. *in praxis*, §. 23. *ampliat.* 66. Hieronym. *Grat. conſil.* 108. *num.* 7. *volum.* 1. Sebaſtian. *de Medic. de regul. iur. Reg.* 7. *limit.* 15. Franciſ. Burſ. *conſ.* 294. *num.* 17. *lib.* 3. Emmanuel. Suarez. *in theſaur. recep. ſentent. lit S. num.* 1. *& lit. A. num.* 109. Ioan. Bapt. *Villalob. lit. S. num.* 6. plenè Ioſeph. Ludouic. *d. deciſ.* 111. *per tot.* Latè etiam Vincent. Carot. *dict. quæſt.* 8. *n.* 23. *& ſeqq. folio mihi* 25. *& in annotationibus poſteriorib. ibidem*, Ioan. Matienç. *in l.* 7. *tit.* 11. *gloſſ.* 3. *num.* 31. *lib.* 5. *noua Reg. Collect.* Petr. Cened. *in collect. iuris Cano.* 1. *part. collect.* 28. *num.* 11. Maſtril. *de Magiſtratib. l. cap.* 22. *nu.* 23. *& ſeq.* Petr. Barboſ. *ad leg. Eum quem temerè, in princip. num.* 160. *D. de iudic.* 58

Et in Aduocato, † qui vel propriam ipſe cauſam defendit: vel alius pro eo gratis patrocinatus eſt victorque extitit, an patrocinij ſalarium expenſaſque quas fuiſſe, facturus habere debeat? vide Bart. *in l. fin. ad fin. C. de fructib. & lit. expenſ.* Hippolyt. *de Marſil. in l. Patre, vel marito, num.* 68. *D. quæſt. Aſin. in praxi*, §. 32. *cap.* 3. *num.* 19. Nicol. Boer. *dict. deciſ.* 210. *num.* 3. *& ſeqq.* Iacob. Bennius *de priuileg. Iure conſ. part.* 3. *priuileg.* 73. *num.* 4. Emman. Suarez *d. verb. Aduocatus, num.* 103. Ioach. Mynſing. *ſingul. obſeruat. cent.* 1. *obſeruat.* 2. *per tot.* Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 151. *num.* 16. *& ſeq.* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 39. *numero.* 11. Iacob. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *caſu* 154. *n* 5. Petr. Cened. *d. collect.* 28. *num.* 10. Camil. Borrel. *d. tit.* 65. *de Aduocat. offic. numero* 111. *& ſeq.* Petr. Barb. *in d. l. Eum, quem temerè, in princip. numero* 261. *cum. ſeqq. vſquè ad* 266. Gregor. Lopez *in l.* 8. *tit.* 22. *par.* 3. *gloſſ.* 1. *ad fin. Cumia in ritib. Sicilia, cap.* 73 *à num.* 28. Burſat. *d. conſil.* 294. *num.* 18. 59

Circa Aduocatos, eorumquè mercedem ſumus immorati, tùm quia neceſſarium, tùm quia

quia infrà dicendis ſuprà dicta inſeruient, vt
60 in Procuratoribus, † qui ſimiliter pauperes gratis adiuuare tenentur, vt multi ex ſuprà relatis in Aduocatis notant, præcipuè Vincent. Carot. *de locat. part. 2. grad. de Medico, folio mihi 120. ex quæſt. 1. ad fin.*

Et in noſtra *Hiſpania* ſimiliter Procuratores pauperum ſalariati exiſtunt, vt conſtat ex *lib. 26. tit. 4. & in lib. 28. tit. 5. lib. 2. nouæ Regiæ collect.*

61 Notarij † pariter, ac tabelliones gratis pauperibus ſcripturas, & acta conficere, ac exhibere tenentur, ex *text. in l. Tam de mentis, 21. in fi. & ibi gloſſ. fin. C. de Epiſcop. Audien.* quam ad hoc not. Alex. *in l. Argentarius, n. 4. D. de edend.* Felin. *in cap. Si qui teſtium, numero 10. verſic. Alios caſus, de teſtib.* Franc. Ripa *in l. Centurio, numero 35. D. vulg. & pupil. ſubſtit.* Petr. Folleri. *in pract. crimina. 2. part 2. partis, verſ. Recipiantur defenſiones reorum, numero 27.* Rota *in antiq. d. deciſ. 2. tit. de conſtit.* Ludouic. Roman. *in repet. l. Si verò, §. De viro, fallent. 25. verſ. Sexto, D. ſolut. matrim.* Bald. *in cap. Sedes, numero 6. extr. de reſcript.* Cornel Beninc. *de paupert. d. ſpeciali 1. in iudic. numero 14.* Petr. Rebuff. *de priuileg. Scholaſt. d. quæſt. 90. numero 4.* Gaſpar Baeç. *de decim. tut. cap. 1. numero 31. & cap. 10. numero 13.* Didac. Couar. *d. cap. 6. numero 4.* Petr. Royz Maur. *deciſ. Lituanic. 4. numero, 294. & ſeqq.* Sebaſtian. *de Medic. de caſib. fortuit 2. part. quæſt. 4. numero 11.* Gregor. Lopez *in l. 6. verb. Llanamente, tit. 22. part. 3.* Franciſc. Viui. *deciſ. 159. numero 4.* Camil. Borel. *in ſumma deciſ. tit. 66. de procurat. & defenſorib. numero. 76.* Andr. Tiraq. *de nobilit. cap. 29. numero* Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib. 1. d. obſeruat. 43. numero 11.* Vincent. Garot. *de locat. d. quæſt. 8. de fructib. & lit. expen. numero 12. folio mihi 24.* Roland. *à Valle d. conſ. 87. numero 30. cum ſeqq. lib. 2.* vbi etiam *numero 34. Afflictum* adducit *in conſtit. Regni, in conſtitut. Appellationum tempora, in 5. notat. verſic. Rursùs quæro,* dicentem, Iudicem ad quem, poſſe Notarium Iudicis à quo ſtante paupertate appellantis, vt det proceſſus ſine ſalario copiam, compellere, per *d. l. Tam de mentis, cum gloſ.* quem etiam ſequitur Neuezian. *conſ. 44. numero 13.* Anton. Grauat. *in addict. ad Octauian. Veſtr. in praxi, lib. 4. cap. 4. de dolo, & contum. litera I. verb. Paupertas numero 33.* Ioann. Bapt. Marqueſan. *de commiſſio. part. 2. de commiſſione auocationis cauſarum, §. 2. numero 30.* Et hodiè de iure Regio id ipſum. diſpoſitum extat in *l. 2. tit. 18. lib. 4. noua Reg. Collect.* ibi: *Y el eſcriuano ſea apremiado de le dar el proceſſo del pleyto ſin dineros.* Imò & cum tabelliones recipiuntur, nullas à pauperibus pro actibus, ſcripturis exhibendis exacturos iurant, in Regalibuſque ſchedulis à ſupremo indiarum ſenatu de aliquo in tabellione recipiendo ad noui orbis audientiarum iudices miſſis, clauſula hæc de hoc iuramento in primis præſtando adiicitur.

62 Sub pœnaque offici priuationis † poterit præcipere Iudex tabellioni, vt acta, ſcripturaſque pauperi abſque mercede exhibeat, ac præſtet, ex iuribus ſuprà *numero* 48. adductis in ſpecie notat (poſt *Couar.* & alios ibi relatos) Azeued. *in d. l. 16. tit. 16. lib. 2. nouæ Reg. collect. num. 3.*

63 Nuncij † quoque, & executores gratis pauperibus inſeruire debent, & ita in Camera obſeruari, ibique dari nuncios, qui pauperum axecutiones gratis faciant; teſtatur Andr. Cail. *d. obſeruat. 43. numero 19.* vbi tamen addit, quòd ſi in cauſa pauperes obtinuerint ſumptus in executione factos refundere, & reſarcire debent. Simulquè in cauſis pauperum commiſſiones decerni † ad Magiſtratus eius loci, ſub quo teſtes domicilium habent vt eos recipiant, nè pauperes grauentur, conſuetum aſſerit *ibidem.* 64

65 Medici † etiam gratis pauperes curare debēt *text. in cap. Non ſatis in fin. 86. diſt.* Qui enim poteſt languentem à morte liberare, nec liberat; mortem videtur infligere, *text. in cap. 1. 83. diſtinct. Scribentes in cap. Ad aures, 7. de ætate, & qualit.* Cornel. Beninc. (poſt *Abb. Andream, Barbat.* & alios ibi adductos) *dict. ſpeciali 1. num. 17.* Specul. Archidia. Felin. Lucas *de* Penna, & alij quos refert & ſequitur Gaſpar Baeça *de decim. tut. d. cap. 10. numero 15.* Franc. Ripa *in tract. de peſte in remed. ad curan. peſtem, §. Medicorum, numero 101.* vbi teſtatur de communi Petr. Royz Maur *d. deciſ. 4. num. 300 & ſeq.* Tiraquell. *d. cap. 29. numero. 44. & 45.* vbi id tam iurium, legumque, quàm medicinæ Profeſſorum authoritatibus comprobat. Ex conſtitutionibus Sicilię Medicos (inter cætera) gratis ſe pauperes curatores iurare, tradit Andr. Gaill. *d. obſeruat. 43. num. 11.* Roland. *à valle aicto conſ. 87. n. 38. 39. & 40.* vbi de communi, Sebaſtian. *de Medic. dicta quæſt 4. numero 11.* Gregor. Lopez *d. l. 6. velb. Llanamente tit. 22. part. 3.* Fulu. Pacian. *d. cap. 54. num. 63.* Florez Diaz *de Mena variar quæſt. lib. 1. quæſt. 8. §. 1. nn. 52.* vbi quòd Medicus aliquid à paupere accipiens, ad reſtitutionem tenetur, Petrus Plaça *de delict. cap. 26. num. 4. verſ. Ægrotos tam pauperes*, Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 3. num. 6.* Mandoſ. *in praxi, tit. de ingratitud. cap. 101. verſ. Pauperes infirmos* Martin. Nauar. *in Manu. c. 25. num. 64.* Pet. Cenet. *collect. Cano 163. num. 2.* Ioan. *à Capiſtr. in ſpeculo conſcient. numero 266.* Vrſil. *ad afflict. deciſ. 123.* Vincen. Carot. *de locat, d. 2. par. grad. 4. de Medico, q. 3. ex n. 2.* Qui tamen *n. 8. fol. mihi 121* ſuprà dictam veram. intelligit doctrinam, tribus concurrentibus requiſitis, ſiue in foro interiori, ſiue exteriori: ſcilicet opportunitate locorum, temporum, rerum. *Locorum*, quia non per modum quærere indigentes infirmos tenetur Medicus, ſed ſi illis occurrat ſufficit, iuxta illud *Exodi 23. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, duc ad eum. Temporum*, quia non futuræ neceſſitati occurrere, aut prouidere, ſed præſenti homo tenetur. *Rerum*, quia conſulere, coniūctiſquè ſāguine curā impēdere debet homo.

66 Medicus autem gratis infirmos paupere medicari recuſans, poterit à Iudice cogi Abb. & Felin. *in c. Si pro debilitate de offic. delegat.* Imò & officio priuari, ſecundum Bart. *in l. Archiatri, C. de profeſſ. & medic. lib. 10.* quē refert & ſequitur Vincent. Carot. *ſup. d. q. 3. n. 9.*

Magiſtri

UAB Biblioteca de Ciències Socials

67 Magistri etiam, & præceptores discipulos suos pauperes † gratis docere tenentur, *text.* & ibi scribentes *in c.1, de Magist. glo. fin. in d.cap. Statutum*, 11. §. *Insuper, de rescript. in 6. & in cap. de quibusdam*, 37. *dist.* Andr. Tiraqu. *d.cap. 29. nu.* 42. Petr. Royz. Maur. *d. decis. 4. nu. 304. & duobus seqq.* Roland, *à Valle sup. nu. 41.* Petr. Rebuff. *d. priuileg. 90. nu. 6.* Vincent. Carot. *de locato. 2. par. tit. de ambasiatore infirmo, q. 8. in quæst. de Magistris.* Horat. Lutius *de priuileg. Scholastic. priuileg. 88. Concil. Triden. sess. 23. cap. 18. de reformat. & sess. 5. cap. 1. de reformat.*

68 Sic nec pauper incarceratus † custodiæ expensas, salariumque persoluet, Cornel. Beninc. *de speciali 1. in iudic. num. 6.* Petr. Surd. *de alimentis titulo 1. quæst. 72. nu. 2.* Sebastian. Guazin. *de defens. reor. defensione 6. cap. 1. num. 4. circa priuilegium carceratorum*, Ioan. Aloys. Ricci. *collect. decis. par. 4. collect. 1115. vers. Hinc est*, & de iure Regio *text. in l. 20. 21. 22. & 23. tit. 12. lib. 1. noua reg. collect.* quibus propter iudicis, aliorumvè officialium; carcerisque custodis sportulas, vel salarium, constito de paupertate per ipsorum pauperum iuramentum, non esse detinendos in carcere pauperes: neque pro dictis expensis, ac mercede fideiussorem esse præstandum, aut aliquo modo (sub pœnis in dictis legibus contentis) esse admittendum, prouidetur.

Suprà dictis quoque adiungendum, Papæ legatum, Episcopum, aliumvè prælatum Ecclesias suas, diœcesimque visitantem, à pauperibus
69 clericis procurationem † exigere non posse, *text.* est in *cap. Placuit*, 1. *q.* 2. per quem ita tenet *glos. in c. Cùm instantia*, 17. §. *Sane, verb. Prægranari, de censib. & ibid.* Abb. Ioan. Andr. & Hostien. *& in cap. Procurationes, eod. tit. DD. in capit. Cùm Apostolus, eod. titul. glos. fin. in cap. venerabili, vigesimo-quarto, eod. de censib. tit.* Marian. Socin. *in tract. de visitat. lib. vndecimo, quæstio. 8. vers. Octauo quaro*, Andr. Tiraq. *de nobilit. d. c. 29. num. 43.* Lucas de Penna *in l. fin. in ver. rerum angustias, C. de his, qui num. liber. se excus. lib. 10.* Gaspar. Baec. *de decim. tut. c. 10. numero 14.* Petr. Royz. Maur. *d. decis. 4. num. 307.* Franc. Marc. *decis. Delphinat. 198. numer. 4. 2. part.* Remig. *de Gaonny in tract. de charitat. subsidio. quæst. 37. num. 12. & 13.* Ioan. Aloys. Ricci. *in praxi variar. resolut. 115. numer. 3.*

Cùm aliàs procurationes huiusmodi licitæ,
70 † omninoquè sint debitæ, nec longissimi quidem temporis ab earum præstatione exemptionem concedat spatium, *text. in d.cap. Cùm instantia, 17. & in d.cap. Venerabili, 24.* vbi notat *glossa verb. Non solnerunt de censib. text. in cap. Cùm ex officij, 16. de præscrip.* Francisc. Marc. *& alij ex proximè relatis.*

Denique, licèt de *iure regio* ex dispositione *legis 2. tit. 7. libro tertio fori leg.* (vniuersali *Hispania* consuetudine approbata) pro administratione rerum, personæque pupilli decima
71 pars fructuum † bonorum illius, tutori debeatur; si tamen pupillus pauper sit, cuius bonorum redditus vix ipsi pupillo alendo sufficiant; ab huiusmodi decimæ præstatione liberatur, ex sententia (quam latissimè defendit) Gasparis Baëç. *de decim. tut. dict. cap. 10. ex num. 17.* probabiliorem sibi videri dicens, & ita si casus sibi occurreret iudicatutum se asserens: pro qua alia etiam adiecit Ioann. Gutierrez, *de tut. 3. part. cap. 12. num. 1. & 2.* licèt postmodum contrariam (& si non multum vrgentibus, quibusque facilè responderi potest argumentis) defendat.

VTRVM MERCES, VEL salarium in principio, vel in fine operis pauperibus soluendum sit?

SVMMARIVM.

1 *Merces, vel salarium in fine operis soluendum est.*
2 *Medici ab infirmis salarium exigere, nisi postquam eos curauerint, non debent.*
3 *Nec aduocati ante finitam causam honorarium debent exigere. Contra* ibid. & numero 4.
4 *Salarium ex dispositione legis, vel statuti debitum, in principio solui debet.*
5 *Procuratoribus, & Nuntiis an ante finitam litem salarium soluendum sit?*
9 *Nuntius (Hispanè* Alguazil) *cui executio facienda commissa est, non antè decimam eius habere debet, quàm creditori petenti de debito satisfeceris.*
7 *Pensio domus, vel prædij in fine anni soluenda est, nisi aliter consuetudo, vel partium conuentiones seruandum suadeant. Et quid si ad plures annos sit facta locatio, an omnium annorum finis, vel primi anni ad solutionem expectandus sit?* n. 9.
8 *Intellectus ad* text. in l. Placuit, 4. C. de coll. fund. patrimo. lib. 11.
10 *Legatum pensionis* pro vna domo, *in fine anni præstari sufficit.*
11 *Officialibus, vel operariis in fine operis soluendum est salarium* & n. 12.
13 *Et quid in ædificatoribus, vel his, qui ad aliquod magnum opus operas suas locant?*
14 *Paupertatis fauore etiam ante operarum præstationem (in parte saltem) salarium soluendum est.*
15 *Pauperi, qui de suo expendit in opere, tenetur in conscientia conductor illud præter salarium resarcire.*

QVÆSTIO XXIX.

COngruit præcedenti, quæstio: *Vtrùm merces, vel salarium in fine, vel principio operis soluendum pauperi sit?* Quæ si ordinariis regulis iudicanda, vel decidenda foret; in fine mercedem pauperi soluendam, omninò dicendum esset. Non enim antè mercedem deberi; † communis est resolutio, ex *tex.* 1
in l. Diem functo, quarta Digestis de offic. Assess. glos. Bart. *& DD. in l. Ædem, 3. C. locati*, Bald. Immol. *& DD. in l. Diuortio in princ. D. solut. matrim.* firmatquè Ias. *numero 38.* Bart. Bald. & alij *in l. Nec patronis, 6.* (per illum text.) *C. de oper. libertor.* Ioann. Bolognet *in d. l. Diem functo, nume. 18. & 19.* Cornel. Beninc.

de paupert. speciali 8. *in contractib. nu.* 1. *& seqq.* Paul. Roman. *de pensionib. Ecclesiast. cap.* 5. *n.* 1. *& seqq.*

2 Sic non nisi post curationem (nisi aliter se habeat consuetudo) debere medicos exigere salarium; † tradunt Bart. *in l. Archiatri* (per illum tex.) *C. de profess. & medic. lib.* 10 *specul. in tit. de salariis*, §. *nunc de procuratorum*, *n.* 7. Francisc. Ripa *de peste, ver. de remed. ad curand. pestem*, *num.* 127. vbi hanc communem dicit, Bart. etiam *in l.* 1. §. *diuus*, *num.* 16. *D. de var. & extraord. cognit.* Bald. *in l.* 1. *qu.* 8. *C. de suffragio*, Ias. *in d. l. diem functo*, *num.* 12. Felin. *in cap. Presbyterum*, *nu.* 4. *extra de homicid.* Petr. Duennas *regul.* 63. *ampliat.* 1. *nu.* 1. Cornel. Benine. *suprà*, *num.* 8. Francisc. Viui. *commun. opin. part.* 2. *opinion.* 176. Emmanuel. Suarez *in thesauro recept. sentent. lit. M. nu.* 122. Vincent. Carot. *de locato.* 2. *part. gradu* 4. *de Medico*, *quæst.* 5. *num.* 2. *& seqq.* bonum esse *numero* 5. addens, dietim medicis *vt infirmos inuisere non recusent*, *satis facere*. Tenet etiam suprà dictam sententiam Hieronym. *præuidell. de peste*, *& eius priuileg. titulo de iudiciis*, *vers.* Bart. *in l. Medicos*, *n.* 5. Ioach. Minsing. *singular. obseruat. cent.* 2. *obseruat.* 7. *n.* 3. Et facite elegans *tex. in l. Thais*, 41. §. *Lucius Titius*, *el* 2. *D. de fideicommiss. libert.*

3 Nec aduocati † à clientibus suis ante finitam causam honorarium postulare possunt, ex *text. in d. l. Archiatri*, 9. *C. de profess. & medic.* per quem ita tenet ibi *Bart.* vbi quòd sicut medico salarium non nisi infirmo ac sanitatem reducto debetur; ita nec aduocato lite durante. Facit *text. & ibi* aduertit *gloss.* licèt cum hac non remaneat) *in leg.* 1. *verb. consequantur*, *C. de suffragio*, Innoc. Ioann. Andr. Anton. *de Butr.* & communiter Doctores in *cap. propter sterilitatem*, *extra de locat.* communem, tenendamque dicit Ias. *in d. l. diem functo*, *num.* 11. *&* 12. *D. de offic. assessor.* Matth. de Afflict. *decis.* 123. *num.* 2. per *text. in l. Quisquis*, 6. *C. de postul.* Cornel. Benine. *de spec.* 8. *in contractib. num.* 9. Vincent. Carot. *dict. 2. part. gradu* 4. *de Medico*, *quæst.* 5. *num.* 3. Hieronym Præuidell. *d. loco suprà*, *nu.* 6. Petr. Rebuff. *de sentent. prouis. art.* 7. *gl.* 7. *num.* 3. Ioach. Mynsing. *dict. obseruat.* 7. *n.* 2. Hieronym. Magon. *decis. Florent.* 12. *n.* 5. *in fin.* communem, crebriùsque receptam dicens.

Licèt in contrarium vrgeat *text. in leg. Properandum*, 11. §. *Illo procul dubio*, *C. de iudic.* vbi notat *gloss. verb. protrahantur*, *& in d. l.* 1. *C. de suffragio*, *& in l. Venditor*, 14. §. *si constat*, *verb. Salarium*, *D. commun. prædior.* Hancquè tenent Specul. *&* Ioann. Andr. *in tit. de Salar.* §. *sequitur*, *vers. Sed quando soluetur*: eamque vt veriorem amplectitur sententiam Alexan. *in d. l. diem functo*, *numero septimo*. Ex eo, quia quando ex

4 dispositione legis, † vel statuti salarium debetur, soluendum ab initio est, vt *in dict. l.* 1. §. *Diuus*, *D. de vari. & extraord. cognit.* vbi tradit Bart. *nu.* 5. Marc. Anton. *de Amat. in decis. Rotæ Prouinciæ Marchiæ*, *decis.* 52. *num.* 21. vbi & *numero* 5. ex constitutione Rotali salarium Prætoribus, Auditoribusque Rotæ assignatum, quolibet mense præstari, notat, vt vnde se congruè valeant sustentare, habeant. Hieronym. Magn. *dict. decis. Florent.* 12. *numero quinto*. Cardin. Tusch. *pract. conclus. litera S. conclus.* 10. *num.* 1. 2. *&* 3. Idem in Doctoribus, Iudicibus, & aliis, qui scientiam, vel dignitatem aliquam exercent, profitenturque, & in his, quibus à lege salarium debetur, dicens. Et sic cum aduocatis, quibus salarium constitutum non est; statim enim eis non expectato litis fine honorarium soluitur, quotidiè fieri videmus.

Procuratori etiam, vel nuncio † lite durante 5
salarium soluendum non esse, tenuerunt Cyn. & Bald. *in l.* 1. *C. mand.* Ias. *in d. l. Diem functo*, *nu.* 13. *D. de offic. Assessor.* Cornel. Benine. *d. special.* 8. *num.* 9. Ioach. Mynsing. *d. cent.* 2. *obser.* 7. *n.* 4.

Cum quibus tamen hodiè, sicut cum aduocatis; seruari videmus, statimque si salarium non existant, salarium procuratoribus soluitur: necnon & nunciis (quos vulgò Alguaziles vocamus) 6
nisi in executiones facientibus: † Hos enim decimam sibi debitam, antequam executio finita sit, partiquè petenti de debito satisfecerint, habere non posse, prouidet *tex. in leg.* 7. *titulo vigesimo primo*, *libro quarto noua Regiæ Collect.*

Locatori quoque domus, vel prædij in fine 7
anni, † vel temporis locationis pensio soluenda est, *gloss. in leg. Defuncta*, 65. *verb. Perceptarum*, *D. de vsufruct. & ibidem* Alberi. *numero* 1. *gloss. in l. diuortio in princip. & ibid.* Ias. *numero* 58. *D. salut. matrim. gloss. fin. vers. Tu dic in dict. leg. Ædem*, 3. *C. de locato*, *& ibid.* Oddofred. *numero quinto*. Bart. Bald. Salyc. & communiter Doctores *in leg. Sed addes*, 21. §. *si quis cum in annum*, *D. locat. & in l. Quæro*, 56. §. *Inter locatorem*, *D. eod. & in leg.* 1. *D. de migrand.* Bart. *in l. seruus communis*, §. *fin. num.* 5. *D. de stip. seruor.* Oddofred. & communiter Doctores *in leg. si si vno*, *paragrapho Item cum quidam*, *d. tit.* 5. *D. locat. Innoc.* & Canonistæ *in dict. cap. propter sterilitatem*, Ias. *in l.* 2. *numero* 180. *C. de iure emphyt.* Angel. *cons.* 22. *numero* 12. Ioan. Lup. *in repet. cap. Vestras*, §. 2. *numero* 11. *de donat. inter virum & vxor*, Anton. Gomez (communem dicens, adducensque etiam *text. & leg.* 4. *titul.* 8. *part.* 5.) *variar. tom.* 2. *cap.* 3. *numero decimotertio*. Pet. *de Gambar. de offic. legat. rubric. de pension. quæst.* 26. *numero* 601. *& quæst.* 23. *num.* 559. Paul. Roman. *de pens. Ecclesiast. capite* 5. *per tot.* Hieronym. Gigas *de pension. quæst.* 93. Communem verioremque in puncto iuris testatur Vincent. Carot. *de locat.* 4. *part. gradu* 4. *de necessitate vsus*, *verb. Recusatio*, *quæstio.* 13. *nu.* 5. *fol. mihi* 200. Hieronym. Magon. *decis. Rotæ Lucens.* 69. *n.* 3. Borgnin. Caualcan. *decis.* 44. *numer.* 75. *part.* 1.

Nisi aliter, vel consuetudo, vel partium conuentiones seruandum suadeant; vt notant omnes proximè relati. Præter quos addendus etiam Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. litera P. concl.* 273. *n.* 1. *& litera C. conclusione* 609.

Nec superioribus obstat *text. in l. Placuit*, 4. *C. de collat. fund. patrimo. lib.* 11. tribus terminis 8
† in anno pensionem soluendam statuens; quem ad hoc singulatem reputat Bald. *in leg. quidam æstimauerunt*, *D. si cert. pet.* & Ias. *in lege secundo num.* 217. *Cod. de iure emphyt.* Quia in fundis publicis emphyteuticis procedere, loquique intelligendus est, vt (ex pluribus) tradit Anton. Gomez *variar. d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 13.

Quid

9 Quid autem dicendum, ſi locatio ad plures annos facta ſit? † An omnium annorum, totiuſque temporis finis ad ſolutionem expectandus? an cuiuſque tantum anni? Cuius dubitationis deciſio à modo, formaque locationis, vel contractus videtur pendere. Si enim ſub vna annorum numeratione, & pretij celebretur locatio; vnica etiam fiet ſolutio temporiſque locationis finis erit expectandus: Si verò ſub diuerſa annorum numeratio ne locatio facta eſt, vel ſub vna, ſub diuerſis tamen præſtationibus, in cuiuslibet anni fine ſolutio fiat neceſſe erit. Veluti ſi domum, vel fundum pro annis octo loco pro ſcutis, vel modiis centum, vnica locatio eſt, & penſio vna, quæ in fine locationis præſtanda erit. Si autem locatio ad annos octo pro ſcutis centum quolibet anno fiat; in fine cuiuslibet anni fiet quoquè præſtatio. Ita in effectu docet Cyn. *in d. l. Ædem, C. de locat.* Vincent. Carot. *d. 4. par. gradu 4. de neceſſitate vſus, quæſ. 13. num. 17. 18. & 19.* apud quem de hac materia latè.

10 Et iuxta prædicta dicebat eleganter Bart. *in l. Habitationes, n. 1. D. de vſufruct. legat.* quòd ſi quis alicui penſionem *pro vna domo* † legauerit, tale ſufficit in fine anni præſtari legatum, cũ penſio domus in fine anni ſolui debeat. ſequitur Iaſ. *in dict. l. Diuortio, n. 38. in fin. D. ſoluto matrim.* Cornel. Benine. *d. ſpeciali 8. in contract. n. 10.* Vincen. Carot. *vbi ſuprà, num. 6.* Petr. Foller. *in pract. cenſ. in verb. quæ quidẽ executio, n. 7.*

11 Officialibus etiam quibuslibet ſalarium, vel mercedem in fine † operis debeti (niſi aliter ſe habeat conſuetudo) tenet *Nouell. regul. 183.* adductus per Vincen. Carot. *ſupra de neceſſitate vſus, verb. Recuſatio, q. 3. q. 13. principalis, n. 2. folio mihi 202*

12 Operariiſq; in fine operis † ſalarium ſoluendũ, neq; poſt laborem detinendam mercedem, diſponit *Regia lex 3. titulo 5. lib. 7. Ordinam.* iuxta Leuitici. c. 19. *Non morabitur opus mercenarij tui vſq; mane.* & Tobiæ 4. *quicumquè tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.* & Deuteronom. cap. 24. *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt, ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante Solis occaſum.* Docent è noſtris Bart. *in l. 1. §. Diuus, n. 16. D. de var. & extraordin. cognit.* Galpar Caual. Milleloq. 694. Vincen. Carot. *vbi ſup. q. 2. q. 13. principalis, n. 1. verſ. Si verò, folio mihi 201.* Ildephonſ. Montaluus *in l. 3. tit. 20. l. 3 Fori leg. verbo Aplaco.* Sic de facto aurifices, cerdones, pellipatios, & ſutores obſeruare addens.

13 Quoad ædificatores verò eosvè qui operas ſuas ad aliquod magnum locant opus, † veluti domum, Eccleſiam, vel ſimile, finem ad integri ſalarij ſolutionem expectandum non eſſe; ſed ſucceſſiuè præſtandum; probat *text. in l. Inſulam, 60. §. fin. D. locati,* Ludouic. Roman. *conſ. 348.* Petr. Rebuff. & alij, quos refert, & ſequitur Vincent. Carot. *ſup. d. quæſt. 13. n. fin. in addit. d. fol. 201.* Montal, iam *relato loco.* Talis enim intellectus, vel interpretatio contractus, nimis eis eſſet onoroſa: ſecùs in aliis, quæ ſic longum tempus laborem, & ſumptus non deſiderant.

Paupertatis tamen fauore, ſi pauper operas ſuas ſub certa mercede locaſſet (in parte ſaltem (etiam ante operarum præſtationem, † in earumque initio, mercedem petere poſſe, ſibique præſtandam, ſi perſonæ ratio, neceſſitaſque depoſcat, idque tacitè videri conuentum; docent. Bart. *d. l. 1. §. Diuus. num. 16. D. de var- & extraordin cogni.* Ioan. Bolognet. *in d. l. Diem functo, num. 21. D. de offic. Aſſeſſor.* poſt Bald. *ibid. num. 6.* Cynus, Bald. & doctores *in l. 2. C. de locato,* latè Cornel. Benin. *dict. ſpeciali 8. numero 16. & ſequentib.* eleganter hanc ſententiam comprobans. Ideoquè architectum, fabrum murarium, vel ruſticum, ſi pauperes ſint, in principio operis ſalarium exigere poſſe, tenent (præter iam relatos) Specul. & Ioan. Andr. *in tit. de ſalariis, §. Sequitur, verſ. Et quando, Summa* Angel. *verbo Locatio, numero 12.* Ioannes Lupus *in repet. cap. Per veſtras, §. 11. num. 14. de donat. inter vir. & vxor.* Vincent. Carot. *d. q. 2. quæſtionis 13. principalis, n. 1. & 2. fol. 201.* Ildephonſ. Montal. *in d. l. 3. tit. 20. lib. 3. Fori leg. verb. Aplaco,* Franciſ. Auiles *in cap. Prator. c. 17. verb. Meneſtrales, n. 3.* 14

Et ſi mercede conuenta ſoluta, de ſuo pauper expendiſſe † oſtendat; illud in conſcientia (præter ſalarium) de ſuo reſarcire tenetur conductor, ſecundum *Addit. Angel. in d. verb. Locatio, nu. 12. lit. C. in fin.* quem refert, & ſequitur Vincent. Carot. *d. q. 2. quæſtionis 13. principalis; n. 3. & 4.* 15

VTRVM PAVPERTAS iuſta reſtitutionis in integrum ſit cauſa? Et an caſu, quo iuxta reſtitutionis cauſa ſit, iure minorum, vel Eccleſiarum, an verò maiorum, ex clauſula generali, *Si qua mihi, &c.* competat?

SVMMARIVM.

1 *Pauperibus competit in integrum reſtitutio. Ampliatur* num. 6.
Et an ex capite generali, vel iure minorum, & Eccleſiarum? n. 7. & ſeqq.
Paupertas, & abſentia aquiparantur.
3 *Comparatur etiam infirmitati paupertas.*
4 *propter abſentiam, vel infirmitatem reſtitutio in integrum conceditur.*
5 *Paupertas à mora. & à contumacia, excuſat,* remiſſiuè.
6 *pauperi etiam contra tres conformes ſententias in contradictorio iudicio latas reſtitutio conceditur.*
9 *Pauperes aduerſus omiſſam petitionem bonorum Prætoris intra centum dies viles, prout minores, dummodò intra quadriennium, ſiue pauperes certi Hoſpitalis, vel loci ſint, ſiue pauperes in genere, reſtituuntur in integrum.*
Pauperes iuris interpretatione ſemper minores dicuntur: & quando, & qualiter reſtringatur? ibid.
Eccleſia quadriennium ad reſtitutionem in integrum datur, ibid.
10 *Pauperes ad reſtitutionem obtinendam minores dicuntur.*

QVÆSTIO XXX.

QVoad primam huius quæstionis partem, An scilicet paupertas insta sit in integrum restitutionis causa? omissis per Sfort. *Oddum in tractat. de in integ. restit. 1. par. quæst. 11. ar. 9. num. 43.* argumentis adductis (quæ nihil commune cum materia in integrum restitutionis habere videntur) communis resolutio est, in integrum restitutionem † pauperibus competere. 1
Pro qua est *text.* (ad id ab omnibus adductus) *in l. Si Procuratorem, 8. §. Igitur si ignorauerunt, D. mandat. & auth. de iis, qui ingred. ad appell. §. Aliis, coll. 3. & cap. Ex ratione, 8. extra de appellat.* cum similib. de quibus latiùs *quæst. sequenti.* & tenent præditam sententiam Abb. *in cap. Ex literis, n. 7. & seq. de in integr. restit.* & (post alios, quos refert) Cornel. Beninc. *de paupert. q. 4. prin. num. 18.* vbi de communi, Cardin. *cons. 187. n. 5.* Ægi. Bellam. *dec. 44. in fin* Sfort. Odd. *vbi sup. num. 44. & seqq.* Aymon Crauet. *cons. 172. n. 7.* Pet. Rebuff. *1. tom. ad constit.* Gall. *tit. de sentent. prouision. art. 3. glo. vlt. num. 19.* Iosep. Mascar. *de probat. conclus. 1280. n. 7.* Marius Giurba *decis. 18. num. 2.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. P. conclus. 165. numero 9.*

Pro qua etiam facit, quia paupertas, & absentia † æquiparantur, vt (ex *Baldo*, & aliis) 2
tradit Sfort. Odd. *suprà, n. 48.* Paupertas item & infirmitas, † Bald. *in l. fin. num. 5. C. de condit. insert. & in l. 2. §. Si quis in iudicio, num. 9. & ibid.* Alex. *n. 3. D. si quis caut.* & latiùs infrà *q. 36.* notabimus. 3

Propter absentiam autem, vel infirmitatem restitutionem competere, † planum est, *l. 1. D. ex quibus causis maior.* traditque latè Sfort. Odd. *d. tract. 1. part. quæst. 12. artic. 5. per tot.* & faciunt dicta à *Nobis quæst. 17. num. 39.* vbi paupertatem à mora † excusare, tradidimus. A- 4
contumacia quoque, vt latè *Nobis in secunda parte* (Deo dante) erit agendum. Ex quibus indubitabilis hæc remanet opinio. 5

Quinimò & contra tres conformes † sententias restitutionem pauperi concedi, obseruat Guil. Cossador. *decis. 10. de rescript.* etiam in contradictorio iudicio latas, Octauian *Vester in praxi, lib. 4. c. 4. de dolo, & contum. n. 10.* 6

Dubitabilior est secunda quæstionis pars; ex quo scilicet capite restitutio in integrum pauperibus concedatur? Circa quam in medium *Sfort. Odd.* proferam sententiam, qui in *d. tract. 1. par. q. 3. art. 7. num. 56.* distinguit, quòd aut pauperes restitutionem in integrum prętendentes, sunt Collegiati, & vniuersitatem aliquam faciunt, aut non. Primò casu † absque dubio re- 7
stitutionem ex eodem capite, quò & aliis piis locis, & Ecclesiæ competit, pauperibus competere asserit, idq; in terminis deducere Bald. *cons. 377. n. 3. l. 3. & cons. 465. num. 2. & seq. lib. 1. & in l. Quamuis, n. 2. C. de fideicomm.* quem mendosè allegat, nil enim hac de re hic *Bald.* nec in adducto *cons. 377.* egit; firmauit tamen *cons. 381.* (incipit, Quæstio subtilis) *num. 2. & 3. lib. 3. & d. cons. 465.*

In secundo verò casu subdistinguit *Sfort.* quòd aut pauperes læsi sunt ex eo, quia paupertas fuit causa læsionis, quòd rebus suis superesse non potuerint; & putat restitutionem ex clausula generali, paupertatis ex capite competere: Aut læsi sunt simpliciter, & imperitia propria, vel eorum, qui executores sunt eisdem relictorum; & tunc notabiliter, & verè dici posse existimat competere pauperibus ex eodem capite, quo piis causis, & locis restitutionem. Ex eo, quia tale legatum dicitur pium, pro eoquè debent fauoribus, & priuilegiis, quibus alię piæ causæ, locavè pia gaudere. Quæ multùm notanda, neque ab aliquo in terminis decisum, tactumvè reperiisse aduertit.

Ex qua tamen differentiæ rationem idem in pauperibus collegiatim viuentibus, quam aliis dicendum videtur, cum vtrorumque causa pia dicatur; nec solum quod in testamento eis legatum relictum sit, eorum causam piam facit, sed fauor eis miserabilitatis pietatisque ratione concessus, vt latè deduximus *q. 52. num. 45. & seqq.* & expressiùs *num. 54. & 55.* nec solidam huius secundi capitis *Sfortiæ Odd.* distinctionis; discriminisque rationem inuenio, quare in vtroque casu iure minorum † in integrum restitu- 8
tionem pauperibus competere, siue pauperes sint certi Hospitalis, vel loci, siue pauperes in genere; testatur Cardi. Dom. Tusch. *pract. concl. li. P. conclus. 165. num. 9.* vbi quòd pau- 9
peres aduersus omissam bonorum petitionem † Prætoris intra centum dies vtiles, prout minores, siue sint certi Hospitalis, vel loci, siue in genere, in integrum restituuntur, ex *Bald. cons. 377. n. 2. & 3. lib. 3.* quem debuit *d. cons. 381.* allegare. qui *d. num. 3.* aduertit, quòd etsi pauperibus in genere, vt minoribus, per restitutionis in integrum remedium succurratur: infrà quadriennium tamen id esse intelligendum. Quia licet semper minores iuris interpretatione sint; nè in infinitum tempus extendatur; ad quadriennium (ad Ecclesiæ similitudinem, ex *cap. 1. de restit. in integ. lib. 6.*) coarctatur. Minoresq; ad restitutionem obtinendam censeri pau- 10
peres; † dixerat etiam idem ipse Bald. *cons. 465. num. 2. lib. 1.* Guido Pap. *decisione 436. num. 22.* Cadin. Tusch. *suprà num 10.* Firmanturque prædicta ex notatis à *Nobis q. 23. num. 14.* & ex proximis sequentibus quæstionibus dicendis, quæ in hac cessare quasi cogunt.

VTRVM CONTRA pauperem in tempore non appellantem, appellationemvè non prosequentem currat tempus?

SVMMARIVM.

1 *Sententia à qua infrà decem dies non fuit appellatum, firma manet; in remque iudicatam transit.*

2 *Hodie intra quod tempus debeat à sententia definitiua appellari? vel etiam ab interlocutoria vim definitiua habente, vel grauamen irreparabile per definitiuam à iudicibus inferioribus lata, continente?* & num. 3.

Et in sententiis definitiuis à superioribus Iudicibus, Regiisque Senatoribus latis intra quantum tempus debeat supplicatio proponi? num. 6.

Et quid in interlocutoriis ab iisdem Regiis Senato

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Senatoribus latis? num. 4.

Restitutio non conceditur aduersus lapsum trium dierum intra quos supplicatio à sententia interlocutoria Iudicum superiorum proponi debet, n. 5.

Et quid in paupere? n. 28. & seq.

7 *Appellationis, vel supplicationis terminus currit de momento ad momentum.*

8 *Diesquè etiam in honorem Dei feriati computantur in eo.*

Et idem in computatione lapsus anni fatalis ad appellationem prosequendam, numero. 10.

9 *Appellationis causa infra annum à die interpositæ appellationis terminari debet, aliter deserta remanet appellatio.*

Et vtrùm id vsus admiserit? ibid.

11 *Non appellans, vel appellationem intra prædicta tempora non prosequens ob paupertatem, excusatur, illasumque sibi conseruat ius, nec contra eum tempora currunt.*

Ampliatur n. 20. 26. & 28.

Limitatur n. 27.

12 *Et an ipso iure desinat currere tempus ad appellandum, vel ad prosequendam appellationem datum, aut per restitutionem pauperi succurratur?*

Appellationem ob paupertatem non prosequens, secundum fatale ipso iure conceditur, ibid.

Et an etiam tertium? ibid.

Verba de præsenti in lege adiecta, dispositionem ipso iure inducunt, ibid. *vers. Quodque.*

13 *Appellationis tempora contra pauperem, etiam hodie, & in locis, in quibus pauperum sunt aduocati, procuratoresque, non currunt*

14 *Et an contra pauperem appellationis tempora currant, siue appellatio in inscriptis facienda sit, sine non?* & n. 19.

15 *Expressio causæ non requiritur in appellatione à sententia definitiua, fierique viua voce potest.*

16 *Et idem in appellatione ab interlocutoria vim definitiuæ habente. Limita* n. seq.

18 *In aliis verò interlocutoriis sententiis, grauaminis causa in appellatione exprimenda est.*

20 *Procurator pauper an ob paupertatem ab interpositione appellationis excusetur?*

Intellectus ad text. in l. Si Procuratorem. 8. n. Igitur si ignorauerunt, D. mandatiti, ibid. & num. 24.

21 *Paupertas non excusat Procuratorem ab onere denunciandi.*

22 *Pauper non appellans, vel appellationem ob paupertatem non prosequens, id cum paupertatis iurata assertione protestari debet. Limitatur* num. seq.

23 *Paupertas notoria à protestatione excusat.*

24 *Quæ paupertas ad præstandum excusationem à lapsu fatalium, temporisque appellationis, sufficiens sit?* & n. 25.

29 *Minori tutorem, vel curatorem habenti pro actu à tutore, vel curatore omisso (cum eum obligatum habeat) restitutio non datur, si modò tutor, vel curator soluendo sit: aliter secus.*

30 *Ecclesia contra Prælatum cuius culpa læsa fuit, regressum habet, nec in integrum. si Prælatus soluendo sit. restituitur.*

QVÆSTIO XXXI.

Constituta habent tempora Iura intra quæ si pars contra quam sententia lata est, aliquodvè per eam sibi grauamen illarum fuisse contendat, retractarique desideret, non appellauerit, appellationemvè prosequatur: ab appellationis beneficio, eiusvè prosequutione appellantem excludunt. 1

Igitur si intra decem dies † post sententiam latam pars non appellauerit; firma sententia manet, in remque (vt aiunt) iudicatam transit, contra quam recursus non datur, *text. est in auth. Hodiè, C. de appellat. cap. Anteriorum*, 28. 2. *q.* 6. *cap. Quoad consultationem*, 15. *de sentent. & re iud. cap. Romana*, 3. §. *Si verò, c. Non solùm*, 7. *cap. Consertationi*, 8. *de appellat. libro* 6. *l.* 22. *tit.* 23. *part.* 3. Ex ratione de qua *Nes quæstione* 51. *numero* 6. *vers. Quarta & vltima.* 2

Qui terminus hodie ad quinque † tantùm dierum spatium redactus est, per *text. in l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordin. & l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 4. *noua Reg. Collect.* Idemque & in appellatione ab interlocutoria † vim definitiuæ habente, vel grauamen per definitiuam irreparabile continente, statuit *l. Regia*, 3. *eod. tit. & lib. noua Reg. Collect.* Idque in prolatis ab inferioribus Iudicibus interlocutoriis sententiis; in interlocutoriis verò à superioribus Iudicibus, Regiisque Auditoribus, tres † tantum ad supplicandum conceduntur dies; quibus elapsis, supplicationi locus non est. Ita disponit *l.* 1. *tit* 19. *lib.* 4. *noua Reg. Collect.* A cuius trium dierum transcursu † restituti *eadem lege* minoribus etiam denegatur. 3 4 5

In sententiis verò definitius à Iudicibus supetioribus, † Regiisque Senatoribus latis; idem, qui de iure communi (decen scilicet dierum) ad appellandum terminus dabatur; ad supplicandum conceditur, ex *eiusdemmet legis* dispositione, quem si partes præsentes sint, à die latæ sententiæ; sin verò absentes, à die notificationis currere, decernit. 6

Isque appellationis, siue supplicationis terminus de momento † ad momentum currit idemque ipse notificationis latævè sententiæ in casu proximè dicto dies computatur, *glo. & Bart. in l.* 1. §. *Dies, num.* 3. *D. quando appell. sit, gl. in clem. Sicut appellationem.* 3. *verb. à die in princip. extra de appell.* Paul. Castr. *in d. auth. Hodie, nu.* 1. *C. de appell.* Alex. Trentacinc. alios referens) *variar. resolut. lib.* 2. *de appellationibus, resolut.* 6. *num.* 4. Greg. Lopez. *in d. l.* 22. *tit.* 23. *par.* 3. *gl.* 5. *verb. Diez dias, in prin.* Camill. Borrel. *in* 2. *p. summ. decis. tit.* 33. *de appell. nu.* 881. *& seq.* alios adducens, latè etiam Sebast. Guaz *in. de defen. reor. defens.* 36 *cap.* 1. *n.* 2. *& seq.* 7

Inquè Dei honorem dies computantur † feriati, *text. in l.* 1. *C. de feriis*, per quem ita tenet, & summat ibi Bald. Alex. Trentac. *vbi sup. nu.* 2. Andr. Gaill. *pract. observat. lib.* 1. *observat.* 139. *nu.* 5. Camill. Borrell. *d. loco, numero* 884. 8

Sin

Sin verò à sententia legitimo fuerit tempore appellatum, discutitur causa; debet tamen
9 intra annum † à die interpositæ appellationis terminari, aliter deserta manet appellatio, sententiaque firma, *auth. Ei qui appell. C. d. temp. appel. cap. Cum sit Romana, 5. extrà de appellat. libro 6. d. clem. Sicut appellationem, de appellat.* estque de iure Regio *tex. in l. 14. tit. 18. lib. 4. nouæ Reg. Collect.* Plura hac de re, & qualiter huiusmodi desertionem non admiserit vsus videri poterunt per Gundisal. Suarez *de* Paz *in praxi annot. 2. de Instantia, ex num. 13. cum seqq.*

10 Et in hoc quoque anno dies computari feriatos † *est text. in l. 2. §. Illud etiam (vbi glos. verb. Præcedentes*, declarat) *C. de temporibus appellat. glos. 1.* (alia iura adducens) *in d. l. 1. C. de feriis*: & apertè prouidet *l. Regia, 24. tit. 23. part. 3.*

11 Si quis autem propter paupertatem † intra prædicta tempora non appellet, appellationemvè prosequatur, excusatur, illæsumque sibi conseruat ius, neque in rem iudicatam sententia transit, nec fatalia currunt; *text.* est in *l. Si Procuratorem.*, 8. §. *Igitur si ignorauerunt* (*vbi* Bart. & communiter doctores) *D. Mandat. text. in cap. Ex ratione, 8. extra de appell.* Bart *in l. Inuitus, num. 6. & 7.* Alex *num. 11.* Curt. *num. 17. C. de Procurat.* Bald. *in l. 2. §. Si quis in iudicio*, vbi etiam Alex. *n. 3. D. Si quis caut.* idem Bald. *in l. fin. num. 5. C. de condit. insert.* Abb. *in d. c. Ex ratione, num. 5.* Felin. *num. 2.* Decius *num. 19. extra de appell.* idem Decius *cons. 436. num. 2. & 22.* Felin. *in cap. Si qui testium, num. 10. de testib.* Quintillian Mandos. *de monitoriis quæst. 37. num. 2.* Nicol. Boer. *dec. 247. num. 16.* Cornel. Benino. *de pauper Speciali 3. in indic. num. 17. & seqq.* Guid. Pap. *decis. 436. num. 21.* Matthesil. *singul. vl. & ibid. eius* Addit. Franc. Crem. *sing. 122.* Mantua sing. *31. nu. 4.* Gattelian. Cott. *in suis memorabilib. verb Paupertas Cassador. decis. 6. de appellatio. nu. 1. & seq. & num. 6.* Hieronym. Gigas *de pensionib. quæst. 80. num. 5.* Alexand. Trentacin. *variar. resolut. d. lib. 2. tit. de appellationibus. resolut. 6. num. 5.* Sebastian. *de Medic. de casibus fortuit. 2. part. quæst. 4. num. 10. & in tract. Mors omnia soluit, 1. part. num. 103. p. 4. propè med. vers. septimò excusat à desertione, ne appestanti fatalia currant*, Marius Giurba *decis. 19. numero 3. & num. 12.* Carpan. *ad statut. Mediolani, cap. 131. num. 64.* Cumia *in ritib. Magn. Curiæ, ritu, suo ordine 81. num. 19.* Anton. Gtauat. *in annotat. ad octauian. vestrum in praxi, lib. 4. cap. 4. tit de dolo, & contum. num. 27. verb. Paupertas, versic. Item paupertas excusat. ab appellando*, Roland. à Valle *consil. 87. num. 51. lib. 2.* Francisc. Viuius *decis. 268. num. 5. lib. 2.* latè Stephan. Gratian. *decis. 34. per tot.* Fuluius Pacian. *d. probat. lib. 1. cap. 54. num. 64.* Iacob. Mynsing. *singul. obseruat. cent. 4. obseruat. 97. per tot.* Andr. Gaill. *practic. obseruat. lib. 1. obseruat. 142.* Hieronym. Ceual. *in tractatu de cognit. per viam violent. quæst. 112. num. 1.* vbi quòd Iudex Ecclesiasticus appellatione remota exequendo, contra lapsumquè temporis exceptionem inopiæ non admittendo, vim faceret. Suprà dictam quoquè tenent sententiam Laurent. Syluan. *cons. 69 numero 17. part. 2.* Antonin. Thesaur. *dec. 10. numero 5.* Sigismund. Scacci. *de appellationib. quæst. 12. numero 162. & seqq* nouissimè Camil. Borrel. *in 2. p. summæ decis. tit. 33. numero 1180. & seq.* Robert. Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 1. numero 56.* Alex. Raud. *de analog. cap. 22. numero 185.* Bernard. Græuæ. *concluf. pract.* Came. Imper. *conclus. 142. numero. 3. & seqq. lib. 1.* Anton. *à* Quesada *in suis quæstionib. iuri., cap. 31. numero 24. & sequentibus* Ioan. Aloisi. Ricci. *in praxi variar. resolut. resolutione 115. numero 3. in fin. text.* de iure Reg. in *l. 2. tit. 18. libro. 4. nouacollect. vbi* Azeuedo *numero 45.* Menchac. *controuers. illust. cap. 41. numero 1. & seq.* ipso iure † desinere 12
tempus currere ad appellandum datum *nu. 5.* addens: verius tamen forte videri, tempus ipso iure currere, restitutionem verò concedi, per *leg. fin. C. de longi temp. præscript.* Pro qua sententia faciunt dicta per *Ioannem Maur. in tract. de restitut. cap. 362.* vbi iustissimam esse paupertatis causam ad restitutionem pro appellatione exercēda dicit, ex *text. in auth. de his, qui ingredi ad appelland. §. 1.* aliisque iuribus, & authoritatibus, eundemque huiusmodi in integrum restitutionem effectū operari, ac si in rem iudicatam non trāsisset sententia; ita in terminis testari asserens *Dominos de Rota decis. 446. sub tit. de restitut. in integr.* Nic. Boer. *decis. 247. numero. 13. cum sequentib.* Qua de re fusè Laurent. Syluan. *d. consil. 69. numero 19. & seq. part. 2.* vbi quid operetur restitutio, vel quòd ipso iure tempus non currat? Sigismund. Scacci. *de appellat. quæst. 15. numero 45. & sequentib.* vbi quòd appellans, ob paupertatem appellationem non prosequens, secundo ipso iure consequitur fatale; ad quod est *text. in d. cap. Ex tenore, 8. de appel.* & tenet Cornel. Benint. *dicto speciali 3. in indic. numero 18.* aduertens pariter, quod si primum, & secundum fatale in quibus appellationem prosequi, & terminare non potuisset esset lapsum tertiū ipso iure illi non competeret fatale, sed per restitutionem in integrum paupertatis intuitu, ex generali prætoris clausula, de qua in *l. 1. in fin. D. ex quib. caus. maior. glos. in d. auth. Ei qui, verbo manet* (communiter recepta) *C. de tempor. appellat.* plures referens sequitur Paz *in praxi, d. annot. 2. de instantia, num. 14. & 15.* reprobans *glossam in d. capite Ex ratione, de appellat.* volentem etiam tertium fatale ipso iure legitimè impedito concedi, nec restitutione opus esse. Pro qua facere videtur *text. idem ipse ibi*, quęque *quæst. seq. à numero 12.* dicemus. Primumque aut secundum fatale, instantiamvè non currere, tenent etiam Nicol. Bor. *decis. 247. numero 14.* Neuizan. *cons. 41. numero 6.* Guid. Pap. *de appellat. quæst. 15. numero 21.* Andr. Gaill. *pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 142. numero 2.* Antonin. *Sola ad decreta Sabaud. tit. de sentent. glos. 6. n. 9.* Mari. Giurba *d. decis. 18. numero 16.* Antonin. Thesaur. *dicta decis. 10. numero 5.*

Quodque pauperi non appellanti appellationemvè in tempore non prosequenti tempus ipso iure non curat, restitutioque necessaria non sit; suadet etiam *text. in d. §. Igitur*

si

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ipſo iure non currat, reſtitutioque neceſſaria non ſit; ſuadet etiam *tex. in d. §. Igitur ſi ignorauerunt*, ad quod eum in illis verbis, *Excuſata eſt eorum inopia*, pondero: Verba enim de præſenti in lege adiecta, diſpoſitionem ipſo iure inducunt, *glo.* optima in *l. 1. verb. Efficerentur, C. ne liceat potentioribus glo. in l. Si quis maior, 41. verb. Infamia, iunctlo text. ibid. verb. Notatur, C. de tranſact.* quam ſequuntur ibi Bart. Bald. Paul. Salyc. & alij, *gloſſa in l. ſi quis in tantam, 7. verb. Earumdem, verſ. Super quarto quæro, C. vnde vi*, pleniſſimè (propè infinitos huius ſententiæ referens) Andreas Tiraq. *in l. Si vnquam, verb. Reuertatur, n. 21. C. de reuoc. donat.* ad quem, & ad Proſp. Farinac. *in 2. par. fragment. crimin. lit. L, n. 60.* remittimus Lectorem.

Ampliandamque, & intelligendam prædictam arbitror concluſionem, regulamque *d. §. Igitur ſi ignorauerunt*, vt procedat locumque etiam hodiè, † & in locis, in quibus pauperum adſunt Aduocati Procuratoreſque, habeat. 13 Tum quia hi de iure communi gratis pauperibus patrocinium tenebantur præſtare (vt latè *quæſt. 28.* oſtendimus) & tamen appellationis tempora contra eos non currere, ex eodem communi iure (Regio poſtmodum confirmato per *dictam legem 2. titulo 18. lib. 4. nouæ Reg. Collect.*) ſtatutum videmus. Tùm quia licèt pauperum Aduocati, Procuratoreſque ſalariati exiſtant; tardi adhuc in pauperum ſubuentione, ob præſentis honorarij, ſtipendijque ſolutionis defectum eſſe ſolent. Qua de cauſa facilè poſſet appellandi proſequendiuè appellationem præterire tempus. Quæ fundamentalis *d. §. Igitur ſi ignorauerunt dictaque legis ſi Procuratorem, 8. D. Mand.* videtur ratio. Cumque vt ab his expenſis liberetur pauper, debeat (iuxta modum ſaltem *legis 15. tit. 12. lib. 1. Recop.*) de paupertate docere, ſumptuſque aliqui fiant, neceſſe ſit temporiſque conſumptio; excuſatio prætenditur legitimè. Licet parum his forſan attentus diſſentiat *Anton. Theſaur. d. deciſ. 10. numero 5.*

Fallunt tamen, limitanda, intelligendaque ſuprà dicta veniunt, quando in ſcriptis facienda appellatio † ſit, non ſi viua voce appellare 14 ſufficiat, cum ad id expenſæ fiant non ſit neceſſe. Ita tenet Guido Pap. *dec. 426. n. 22. & in tract. de appellat. q. 15. n. 21.* Guill. Bened. *in cap. Raynutius, verb. Vxorem nomine Adelaſiam, n. 144. de teſtam.* Addit. *ad Mattheſil. ſingul. vlt. numero 1.* vbi in appellatione à definitiua, in qua cauſæ expreſſio † neceſſaria non exem- 15 plificat, *text. in l. Scio, 3. & ibi gloſſ. ff. D. de appell. gloſſ. & communiter DD. in cap. Cum in Eccleſia, extra de appellat.* Idemque in appellatione ab interlocutoria vim definitiuæ habente, † tenet in terminis Peruſin. *in cap. 1. numero 6.* 16 *de appellat. in 6.* communem dicit Decius *in in cap. peruenit, el 2. extra de appellat.* refert, & ſequitur Paz *in praxi in proœmio ſexta part. 1. tom. numero 34.* qui *numero 35.* hanc veram reſolutionem dicit, niſi quando in aliquo caſu à iure, vel à Principe † prohibita appella- 17 tio ſit: quia tunc tam in appellatione à definitiua, quàm ab interlocutoria vim definitiuæ, habente exprimi cauſa debet, ſecundùm *gl. in c. Romana, §. Si autem, verb. Mandetur, de appellat. in 6.* communiter receptam ex *Decio in in capit. Ad noſtram, numero 13. extra de appellat.* Aliter verò in appellatione ab interlocutoria, † quæ in ſcriptis, cauſaque grauami- 18 nis expreſſa, porrigenda eſt, *text. in cap. 1. de appell. in 6. clement. Appellanti, 5. eod. tit.* Bald. *in l. Minoribus, numero 5. C. de his quibus vt indignis.* Ludouic. Rom. *ſing. 774.* Qua de re & eius in foro obſeruantia vide *paz. vbi ſuprà*, & latiſſimè Scacciam *de appell. q. 4. art. 4. per tot.*

Prædictam etiam ſententiam, ac diſtinctionem (non excuſari pauperem, quando ſine ſumptibus fieri poteſt appellatio) † obſeruat Ste- 19 phan. Grat. *deciſ. 34. numero 6. & 7.* Iacobus Pute. *deciſ. 436. numero 5. lib. 2.* vbi & quòd paupertas ratione modicæ impenſæ in conſideratione non eſt. Licet adhuc in iſto caſu contrarium teneat Guill. Caſſader. *d. deciſ. 6. in prin. tit. de appell.* excuſare aſſerens paupertatem etiam ab appellatione viua voce facienda. Rationem reddit, quia eſſet reſtringere, & diuinare, arctareturque pauper ſtatim appellare, cum tamen in eius ſit electione, vel viua voce, vel in ſcriptis hoc facere: refert quoque *Grat. ſuprà, numero 5.*

Prima tamen ſententia verior, iuſtiorque videtur. Cum enim præſentis excuſationis ratio, ſit paupertas, ſumptuumque faciendorum impotentia; vbi ſumptus neceſſarij non ſunt, non excuſabit. Et præter iam relatos) ſuprà dictam ſequuti ſunt, tenueruntque diſtinctionem Robert. Lancellot. *in tract. de attentat. 2. p. c. 12. ampli. 1. numero 116. & 117.* Carpan. *in ſtat. Mediol. cap. 131. numero 64.* Ioach. Myſing. *ſing. obſeruat. cent. 4. obſeruat. 97. n. 3.* Bernar. Græu. *d. concluſ. 142. num. 8.*

Dicta autem in principali paupere non appellante, appellationemvè non proſequente: idem quoque & in procuratore † paupere di- 20 cendum eſt, *text. in d. l. Si procuratorem, §. Igitur ſi ignorauerunt.* Licet Anton. à Queſada *in ſuis quæſtionibus iuris, q. 31. numero 26* non ſuaderi dicat, ad ſolam appellationis interpoſitionem vllam poſſe tam acrem, aut adeò duram conſiderari paupertatem, quæ ab appellationis interpoſitione, etiamſi in ſcriptis redigi debeat, excuſare valeat: cum ea impenſa paruiſſimi poſſit eſſe momenti. Reſpondetque contrariis, *d.* præſertim *§. Igitur ſi ignorauerunt*, in appellationis proſequutione intelligi poſſe. Quo ſpiritu dicit interpretatum fuiſſe *textum illum* Boër. *deciſ. 247. numero 14.* Qui tamen id nequaquam aſſerit: affirmat aut Bart. *in d. l. Inuitus, numero 7. codice de procurat.* Nullo tamen modo huiuſmodi intellectus *d. §.* conuenit, adaptarivè poteſt, cum expreſsè in appellationis propoſitione loquatur, non in proſequutione, vt ex eius verbis conſtat, ibi: *Auxilium appellationis omiſerunt*: & ibi: *caterum dolo verſati ſunt, ſi non prouocauerunt. Quid tamen ſi paupertas eis non permiſit? Excuſata eſt eorum inopia.* Semper itaque prouocationis initium, non etiam proſequutionem d. lex reſpicit: legitimamque Procuratori pauperi appellationem interponendi, (vbi ſaltem in ſcriptis facienda ſit) excuſationem præſtat, vt in principali tradidimus. Non enim minimas, quandoque ad appellationem iuridicè interponendam expenſas fieri neceſſe eſt; imò ſæpè magnæ requiruntur

quiruntur, vt si actorum inspectionem requirat; vt tandem considerat, tenetque idem ipse *Quesada supra numero* 27. Satisque etiam vbi in voce fieri posset appellatio, non currere pauperi appellationis tempora, suadent verba *dicti* §. *Igitur*, rationisque Guillielm. Cassadori supra in id relati.

Licèt autem ab appellandi onere Procuratorem excuset paupertas; non tamen ab onere
21 denunciandi, † cum nullus, vel minimus ad id requiratur sumptus: tradit *Sigismund. Scacci. in tract. de appell. quæst.* 5. *num.* 22.

22 Nec etiam à protestandi onere, † cum iurata paupertatis assertione, quam facere debet non appellans, vel appellationem ob paupertatem non prosequens, cum nec ad hoc sumptus aliqui requirantur, notant Antonin. Thesaurus *d. decis.* 10. *numero* 5. Tho. Gramm. *voto* 31. *numero* 13. Marius Giurba *d. decis.* 18. *num.* 16. *& seqq.* vbi quod debet in actibus constare. *Cumia in ritib. Magnæ Curiæ, ritu* 76. *numero* 60. Muscatell. *de appellat. part.* 2. *gloss. Secundum fatale, numero* 18. *& gloss. primum, per tot.* Sigismund. Scaccia *eodem de appellat. tract. d. quæst.* 15. *numero* 48. Nicol. Intrigliol. *singul.* 221. *lib.* 1.

23 Si tamen notoria paupertas esset, † à protestando excusaret, nec tempus curreret, vel instantia, vt (ex Bald. & Felino) tradit Cornel. Beninc. *de paupert. quæst.* 4. *numero* 22. quem sequitur Antonin. Thesaur. *vbi supra*, & Giurba *d. decis.* 18. *numero* 17. Notandaque ad hæc, quæ diximus *quæst.* 17. *num.* 44. *& seqq.* præcipuè *n.* 48.

Dubium tamen est, quæ ad excusationem ab interpositione appellationis, lapsuque fatalium sufficiens sit paupertas? In quo vltimam
24 indigentiam, omnimodamque inopiam (ex Vlpiani sententia in *dict. l. Si Procuratorem, 8. §. Igitur si ignorauerunt, D. mandati*) requiri, dicendum videtur, in sæpè repetitis illis verbis. *Quid tamen si paupertas eis non permisit? Excusata est eorum inopia.* Vbi non quamlibet paupertatem, eo modo quo latè diximus *quæst.* 4. huiusmodi excusationem præstare; sed *inopiam* (cuius diuersam à paupertate significationem esse notauimus *quæst.* 1. *numero* 14.) videtur manifestè sentire. Cum enim *Consultus* ibi de *paupertate* quæreret, de *inopia* respondit.

Sed & in hac specie, vt à lapsu fatalium, temporisque appellationis excusetur, *quis pau-*
25 *per dicatur*; Iudicis arbitrio † relinquendum (ex sententia *Baldi in cons.* 5. *in fine, lib.* 1. Alex. *consil.* 37. *in princip. lib.* 7. *& con.* 91. *num.* 3. & alij tenet Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera* P. *conclus.* 160. *num.* 4. deducitur-que ex adductis à *nobis quæst.* 4. *numero* 75. *& 76. & quæst.* 1. *n.* 19.

Huiusmodique fauore etiam pauper, qui
26 culpa sua † in paupertatem deuenit, gaudet, secundùm Francisc. Viui. *decis.* 268. *numero* 8. quem refert, & sequitur Alex. Trentacin. *variar. resolut. lib.* 2. *tit. de appellationibus resolut.* 6. *numero* 5. sic sæpè iudicatum vidisse asserentem.

Non tamen gaudebit, qui à patre expensas,
27 litisque sumptus consequitur, † consequiuè potest, iuxta ea, quæ latè *quæst.* 38. tradidimus, nec tunc paupertatis excusabitur prætextu. Ita tenent Felin. *in cap. Si qui testium, numero* 9. *de testibus &* Stephan. Grat. *d. decis. trigesima quarta numero decimo.*

Circa hæc autem insurgit dubitatio ex *text. in d. l.* 1. *tit.* 19. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* quæ supplicationem intra triduum proponi iubet, restitutionemque aduersus huius temporis lapsum etiam minoribus, tutores, vel curatores habentibus denegat; an in paupere locum habeat? In qua locum quoad pauperes prædictam legem non habere, † si Iudex paupertatem in 28
causa fuisse perspexerit, concedendamque restitutionem, imò necessariam non esse, nec tempus aduersus pauperem in præsenti currere; ex latè suprà dictis, dicendisque *sequenti quæstione, à numero* 12. *& sequentibus*, respondendum videtur. Diuersamque in hoc casu minorum, pauperumque inuenio rationem, vt illis denegetur; his autem restitutio (ad minus) concedatur. Quia illi tutorem, vel curatorem negligentem obligatum habent, † nul- 29
lumque inde patiuntur detrimentum, quod patefentur hi. Contra tutoremque, vel curatorem dari in isto casu minori recursum, securumque esse aduersus temporis lapsum, est *text. in l. Si tutoris,* 23. *C. de administr. tutor.* traditque (ex communi) Sfort. Odd. *in tract. de restit. in integr. quæst.* 22. *artic.* 3. *numero* 22. vbi quod si instantia perit tutoris, vel curatoris culpa, aduersus instantiæ lapsum minor non restituitur, si tutor, vel curator soluendo sit, quia contra tutorem, vel curatorem datur illi recursus: secùs si soluendo non sit, tunc enim in integrum minorem restitui, asserit (cum eo) Aurel. Corbul. *in tract. de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 27. *num.* 19. *&* 21. Idem (ex multis) in Ecclesia † dicens, quæ potest contra Præ- 30
latum cuius culpa læsa fuit, habere regressum, nec tunc restitutionem Ecclesiæ concedendam, si Prælatus soluendo sit (*ex d. l. Si tutoris*, & aliis iuribus, ibidem numerisque sequentibus adductis) firmat.

VTRVM PRÆSCRIPTIO decennalis, vicenalis, vel tricenalis contra pauperem currat?

SVMMARIVM

1 *Præscriptio quo iure, quibusque rationibus fuerit introducta?* & numero secundo, tertio & quarto.
3 *Præscriptio quid sit?*
4 *Præscriptionem tacitè videtur comprobare, qui eam compleri passus est.*
5 *Imperator an possit Ecclesiæ concedere, vt contra eam non currat præscriptio?*
6 *Præscriptio an possit per partes renunciari? remissiuè.*
7 *Præscriptionis tempus contra quaslibet personas spatio decem, viginti, vel triginta annorum terminatur.*
8 *Et quid contra pauperes, vel Ecclesiam?* & n. 9. & 10.
11 *Contra pauperes incertos, & in genere, an currat præscriptio?*
12 *Et quid contra pauperes certos?* & num. seqq.

Legitimè

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Legitimè impedito ipso iure non currit tempus, ibid.

13 *Et etiam si impedimenti origo impediti culpa (ad casum non præordinata) eueniat.*

14 *Et an tam in impedito impedimento facti, quàm iuris, procedat?* & numero sequent.

15 *Impedito impedimento facti, siue reo, siue actori datur restitutio.*

17 *Præscriptio non currit contra eum, qui negligens non est.*

18 *Pauper quoad hoc negligens dici non potest.*

19 *De paupertate, vel impedimento constare debet, vt & paupertas prosit, impedimentumque excuset.*

20 *Impedimentum non excusat eum, qui illud potuit remouere, nec dicitur impeditus, qui remouere impedimentum potest.*

21 *Vt impedimentum excuset, an protestatio requiratur?*

QVÆSTIO XXXII.

1 PRæscriptio ob publicum fauorem, † ne dominia rerum in incerto essent, vtque aliquis daretur litium finis, à Iure ciuili fuit introducta, *tex.* est in *l. 1. De vsucap. & in l. fin. D. pro suo*, Angel. Aretin. *cons. 72.* (incip. *In casu supra dicto*) *numero 19. & seqq. & cons. 91.* (incipit. *Nulli dubium*) *in princ.* Ioan. Franc. Balb. *in tractat. de præscript. 1. part. quæst. 4. princip. numero 1.* Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera P. conclus. 520. numero 3.* Dionys. Gothofred. *in d. l. 1. littera B. verb. Publico, D. de vsucap. tex.* de iure Reg. in *l. 1. tit. 29. part. 3. & ibid.* Gregor. Lop.

2 In odiumque negligentium, † Petr. de Ancharran. *cons. 5. num. 12. & sequenti, vers. Supereſt de quarto*, Cardinal. Tusch. *supra numero 1. & d. l. Partita.* Deprehenditur ex præscriptionis diffinitione tradita per Ioan. Andre. *in cap. Possessor, de regul. iur. lib. 6.* communiter approbata, teste Francisco Balbo *suprà quæstio* 3 *1. numero 3.* quam sic definit. † *Præscriptio est ius quoddam ex tempore congruens, legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens.* Imò præscriptionem 4 tacitè visus est comprobare, † qui præscriptionis tempora compleri passus est, consentireque, & alienare censetur, *text. in l. Alienationis verbum, 28. D. verb. signif. gloss. & Canonista in cap. Audi, extra de præscriptio.* tradit (ex pluribus) Francisc. Balb. *de tractat. de præscript. 1. part. quæstio 5. num. 2. 3. 4. 5. & 6. & ibid. Addition. litt. C.*

Vndè nec Ecclesiæ concedere potest Impe- 5 rator, ne contra eam vlla currat † præscriptio, secundum Angel. Aretin. *de cons. 72. numero 7. & sequentib.* communem dicens *n. 9.* Cardin. Tusc. *de conclus. 520. num. 6.* huius rei declarationem vide, & ea etiam de re Gregor. Lop. *in d. l. 1. tit. 29. part. 3. gloss. 1.* vbi & an præscriptionis possit per partes † renunciari? 6

Præscriptionisque tempus contra quaslibet 7 personas spatio decem. † viginti, vel triginta annorum terminatur, *l. 1. & toto titulo, C. de præscript. longi tempor. l. Sicut, 3. l. omnes, 4. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum, l. 18. 19. 21. & 22. d. tit. 29. par. 3. l. 63. Tauri, l. 6. tit. 15. lib. 4. noua Reg. Collect.* Cuius temporis transcursus omne extinguit ius, ex dictorum Iurium constitutione.

Paupertatis tamen fauor effecit, vt si aliquid pauperibus relictum, donatum, venditum, altervè quomodocumque debitum sit, ad eosque pertineat, minori spatio quadraginta † 8 annorum non præscribatur: *text. in auth. De Eccleſiaſt. tit. §. Pro temporalibus, collat. 9.* docentque Bald. *in auth. Quas actiones, numero 3. &* Ias. *numero 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *in cap. 2. num. 10.* extra de *præscript. (vbi est text.)* Imol. *in c. fin. eod. tit.* Francisc. Balb. *de præscript. 1. part. 5. partis, quæst. 1. numero 5.* Cornel. Benincac. *de paupert. quæst. 4. principali, numero 25.* Sebastian. *de Medic. in tractat. de cassibus fortuit. 2. part. quæst. 1. numero 35.* Didac. Couar. *in regul. Possessor, 2. part. relect. §. 2. numero 3. versic. Imo & hæc,* Anell. de Amat. *cons. 38. numero 23.* Dionys. Gothofred. *in praxi, lib. 1. tit. 5. de statu hominum*, vbi de priuilegiis miserabilium personarum agit.

Qui omnes ex pauperum cum Ecclesia æqui- 9 paratione (contra quam minori quadraginta † annorum spatio non præscribitur, *d. auth. Quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* & notant proximè relati) id firmant.

Ac etiam si pauperibus quid specialiter † 10 relictum sit, ad eosvè res pertineat, *d. §. pro temporalibus* locum esse, assentiunt suprà adducti, firmaturque ex dictis à *Nobis quæst. 23. numero 14. & quæst. 30. numero 8. & seqq.*

Si enim aliquid in genere † pauperibus relin- 11 quatur, nullam contra eos præscriptionem currere; tenuerunt Anton. & Imol. *in capit. Nihil, de præsumpt.* Licet contradicat *ibid. Panorm. numero 10. & 11.* & (ex ipsius fundamentis, quamuis eo non relato) Didac. Couar. *in d. regula Possessor. part. 2. §. 2. n. 3. de vers. Imò.*

Ex alio etiam capite contra pauperes certos, & in specie præscriptio non currit, quod nempè agere non valent. Si enim ita quis paupertate premeretur, vt illi experiundi potestas non esset; contra eum non curreret præscriptio. Cum legitimè impedito † tempus non currat, 12 *l. 1. in fin. C. de annali exceptio. l. 1. D. de diuers. & temp. præscript. l. In rebus, 30. §. Omnis, C. de iure dot. l. 1. in fin. C. de bon. quæ liber. capit. Quia diuersitatem, 5. extra de conces. præbend. auth. Nisi tricennale, in eius secunda parte, C. de bon. matern. gloss. in l. Sicut, 3. verb. Seruanda, C. de præscript. trig. vel quadrag. annor.* Bald. *in l. Præses, num. 6. & in d. l. In rebus numero 3. C. de iure dot.* Francisc. Balb. *de præscription. 1. par. 6. part princip. 1. quæst. numero 15. & 16.* Couarr. *in cap. 3. de testam. numero 6.* Arias Pinel. *in dict. auth. Nisi tricennale, numero 42.* Roland. à Valle *cons. 79. numero 15. lib. 1.*

Nec in hoc casu restitutione opus est, ipsoque iure desinit tempus currere, ex proximis relatis iuribus. Imò etiamsi impedimenti origo culpa † proueniat impediti, si modò ad 13 casum culpa præordinata non sit, *text.* est singularis, & vnicus *in d. cap. Quia diuersitatem, 5. de conces. præbend.* Vbi sex menses dati Prælatis Ecclesiasticis ad beneficia conferenda, aduersus Episcopum sua culpa suspensum, vel dum ad Apostolicã Sedem accessit,

apud eamq; remanſit, non currunt. Quem *text.* ad hoc extollit Iaſon. *in* §. *Rurſus, n.* 26. *& ibi* Gomezi. *n.* 15. *inſtit. de actio.* reputatque ſingularem Alexand. *conſ.* 58. *n.* 10. *lib.* 5. Decius *in l.* 1. *dect.* 1. *num.* 27. *C. qui admitti, Igneus in l.* 2. §. *Si conditioni, n.* 85. *D. ad S. C.* Syllani. Franciſc. Bald. *d.* 1. *part.* 6. *part. num.* 21. *verſ. Amplia tertiò.* Bartholom. Caſſanæ. *in conſuet. Burg. rubric.* 11. §. 2. *numero* 38. Paul. Pariſ. *conſ.* 104. *numero* 145. *libro primo* Aymon Crauet. *conſ.* 201. *numero* 29. Arias Pinel. *in d. authent. Niſi tricennale, numero* 46. *codice de bon. matern.*

Vndè tam in impedito impedimento iuris,
15 † quam facti, in neutroque caſu præſcriptionem currere infertur, deduciturque ex eodem *text. in d. cap. Quia diuerſitatem*, vtrumque, æquiparante, in eiuſdemque pariter diſponente, in *ſuſpenſionis* nempè impedimento facti *eundi, & redeundi*, vt *ibidem* notat Panormit. *numero* 3. Arias Pinel. *vbi ſupra numero* 47. Comprobatque hanc ſententiam *text. in capit. Tranſmiſſa*, 10. *in fin. de præſcript.*

Licet in impedimento facti præſcriptionem ipſo iure currere; † impedito tamen reſtituere reſtitutionem dari; communior reſolutio ſit, ex Bart. *in l. Senatuſconſult. numero* 2. *D. Si quis autem, D. de itin. actuque priuat.* Bald. *in l. fin.* §. *Donec, numero* 2. *codice de iure deliber. & in d. l. Sicut, in fin. C. de præſcript. trigint. vel quadragint. annorum, & in l.* 1. *numero* 22. *oppoſitione* 22. *Codice qui admitti*, Paul. Caſtrenſ. *in l.* 2. §. *ſi quis in iudicio, numero* 4. *D. ſi quis caution.* Iaſon *in dicto* §. *Rurſus, numero* 24. *inſtit. de action.* Panormit. *in d. cap. Ex tranſmiſſa, numero* 13. *& ibidem* Felin. *numero* 8. *de præſcript.* Nicol. Boër. *deciſ.* 40. *numero* 3. Franciſc. Balb. *de præſcript. d.* 1. *part.* 6. *part. quæſt.* 1. *numero* 21. *verſ. Et quamuis*, Bartholom. Caſſanæ, *in conſuet. Burg. rubric.* 1. §. 8. *numero* 26. Arias Pinel. *in d. authent. Niſi tricennale, numero* 42. aſſentit Petr. Surd. *conſ.* 251. *num.* 7. 9. *& ſequent.* Vbi huiuſmodi reſtitutionem tam reo dari, quam actori defendit. Tenet etiam prædictam diſtinctionem *idem ipſe* Surd. *conſ.* 268. *numero* 34. Octauian. Oſaſc. *deciſ.* 69. *numero* 16. Azeued. (*in terminis leg.* 63. *Tauri, & l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 4. *noua Reg. Collect.*) *ibid. numero* 20. *&* 21.

Pro qua tamen inter Iuris, factique impe-
16 dimentum † diſtinctione, congruam non video aſſignatam rationem, nec reſponſionis ad *text. in d. cap. Quia diuerſitatem, & in d. cap. Ex tranſmiſſa*, nec iura per eius ſequaces adducta illam probant.

Quare in puncto iuris primam opinionem veriorem iudico. Indeque fieri, vt contra pauperem nequaquam currat præſcriptio. Et in ſpecie obſeruat Pinel. *ſup. numero* 46. Firmaturque præterea, quia cum in odium etiam negligentium præſcriptio fuerit inducta (vt prædiximus) negligentia ceſſante contra eum,
17 qui negligens non eſt † præſcriptio non currit, vt probat expreſsè *text. in d. cap. Quia diuerſitatem*, Petr. de Anchár. *conſ.* 5. *incip. Pro parte nobilis, num.* 12. *& ſeqq.* quem refert & ſequitur Cardin. Dominic. Tuch. *practic. concluſ. littera P. dict. concluſion.* 570. *numero* 1.

Pauper autem quoad hoc negligens dici non poteſt, † vt latè *quæſt.* 17. *numero* 32. *& ſeqq.* oſtendimus. Contra eumque tempus non currere, *quæſtione* quoque præcedenti monſtrauimus.

Vt autem ſuprà dicta procedant, de paupertate, † vel impedimento conſtare debet, ex deductis à nobis *quæſt.* 5. *num.* 11. Et quòd impedimentum non potuerit remouere; aliàs 18
impedimentum non excuſat † eum, qui illud remouere potuit, *gloſſ. in d. cap. Quia diuerſitatem, verb. Suſpenſionis*, & ibi notant Butr. & Panorm. communem dicentes, Bald. *in l. ſed ſi Prætorem*, §. 1. *D. ex quibus cauſ. maior.* Dec. *conſ.* 677. *numero* 3. Nec enim dicitur impeditus, qui impedimentum remouere poteſt, *idem* Dec. *in cap. In nomine, numero* 5. *de teſtibus*, tradit latè Franſc. Balb. *de præſcript. d.* 1. *par.* 6. *part. numero* 23. Roland. à Valle *conſ.* 79. *numero* 18. *part.* 1. Petr. Surd. *conſ.* 8. *num.* 25. Paul. Æmil. Veral. *deciſ.* 72. *num.* 1. 4. 5. 6. *&* 7. *part.* 2.

Proteſtationemque † etiam requiri, nec ali- 19
ter impeditum excuſari; tenuerunt Felin. *in dict. capit. Ex tranſmiſſa, numero* 5. *&* 6. *de præſcript.* Alexand. *in l. De pupillo*, §. *Si quis ipſi Prætori, numero* 9. *&* 27. *D. de noui oper. nunciat. vbi* Iaſ. *numero* 2. *Idem* Iaſon *in l. Qui aliena*, §. *Celſus, numero* 26. *D. de acquir. hæredit.* Matthæ, *de Afflict. deciſ.* 29. *numero* 2. Pariſ. *conſ.* 101. *numero.* 94. *& conſ.* 34. *numero* 20. *lib.* 1. Arias Pinel. *in d. auth. Niſi tricennale, numero* 43. *verſ. Ampliatur* 4. *C. de bon. matern.* & eſt communis, teſte Paulo Æmil. Veral. *d.* 2. *par. deciſ.* 73. *num* 1.

Contrariam tamen ſententiam (regulariter proteſtationem non requiri, impedimentumque ad excuſationem ſufficere) tenuerunt Alexand. *in l.* 2. §. *Quod diximus, ad fin. D. ſi quis cautio, & conſ.* 112. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 566. *num.* 5. Andre. Tiraquel. *de retract. linag.* §. 9. *gloſſ.* 3. *num.* 20. aliiſque relatis hanc veriorem, & tenendam dicit Arias Pinel. *ſup. d. numero* 43. *verſ. Mihi autem*, Franciſc. Beccius *conſ.* 104. *n.* 13. *& ſeqq.* eamque ſeruat *Rota*, teſte Paul. Æmil. Verallo *ſup. num.* 1. *&* 2. Petr. Surd. *conſ.* 268. *numero* 42. Et circa hæc videnda, quæ dicta *quæſt.* 17. *numero* 43. *& ſeqq. & queſt. præcedenti, n.* 23. diximus: Secundum enim ibi relatam ſententiam hæc quoque intelligi poterit, ſi de impedimento nempè notoriè conſtet.

VTRVM PAVPER BIENnio, vel triennio penſionem emphyteuſis ſoluere ceſſans, à iure ſuo, in commiſſumque cadat?

SVMMARIVM.

1 *Ceſſans biennio in Eccleſiaſticis, vel triennio in ſecularibus penſionem ſoluere emphyteuſis, à iure ſuo cadit. Ampliatur pluribus modis*, n. 2. & ſeqq. *vſque ad* n. 21. excluſiuè.

4 *Emphyteuta debito tempore canonem, vel penſionem non ſoluens, quando à domino expelli propria authoritate non poſſit?*

7 *Ex*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

7 *Ex æquitate solet Rota excusare emphyteutam magnam soluentem pensionem, ne ob defectum solutionis paruæ quantitatis à iure suo cadat.*

12 *Minoribus, vel etiam pupillis, aut infantibus restitutio aduersus non solutum canonem, aut etiam ex clausula generali non datur, si tutores, vel curatores, qui soluendo sint, habeant; contra quos minoribus actio datur*, num. 12. *Secus aliter*, num. seq.

Et idem in Ciuitate, Castro, vel Villa administratorem habentibus, qui soluendo sit, num. 14.

13 *In dubio tutorem, vel curatorem soluendo esse præsumitur.*

17 *Iurans pensionem soluere emphyteusis quolibet anno, si primo anno deficiat cadit ab emphyteusi.*

18 *Et quid in eo qui cum iuramento soluere quolibet anno quinquaginta vsque ad decem promisit? an si vno anno deficiat, pro omnibus virtute iuramenti possit conueniri?*

19 *Conductor expelli potest (alio non expectato) à re conducta, si iurauit soluere, & in vnius termini solutione deficiat,*

20 *Pensionarius pensionem beneficij in tempore litteris statuto non soluens, beneficio priuatur. Limitatur in paupere*, n. 27

21 *Emphyteuta, qui ob paupertatem debito tempore canonem non soluit, excusatur, nec à iure suo cadit, expellendusve à possessione erit, si soluere paratus sit. Ampliatur, licèt in paupertatem ad casum non præordinata sua culpa deuenerit*, n. 28

22 *Et etiamsi iuramentum appositum sit, quia adhuc ob paupertatem excusatur.*

Paupertas excusat à mora, à periurio, & à pœna ibid.

23 *Et an paupertas excuset iurantem, quando tempore contractus adderat difficultas?*

24 *Cessans soluere, quia fuit incarceratus, vel quomodolibet impeditus, à iure suo non cadit.*

25 *Iurans non opponere compensationem si paupertate prematur, iuramento non obstante, poterit compensare.*

26 *Vassallus non præstans Domino seruitium ob paupertatem, excusatur.*

Et quis ad hoc pauper dicatur? ibid.

29 *Litera gratiarum de beneficijs concessa, infrà sex menses expediri debent.*

30 *Qui ob paupertatem prædictas literas expedire infrà sex menses non potest, à constitutione regulæ Cancellariæ, de literis non expeditis, excusabitur.*

QVÆSTIO XXXIII.

1 CEssans biennio † in Ecclesiasticis, vel triennio in secularibus pensionem emphyteusis soluere, à iure suo, in commissumquè cadit, *text.* est *in cap. Potuit. 4. de locat. in auth. Qui rem, C. de sacros. Eccles. in l. 2. (& ibi glos. verb. Triennium, vbi* Ias. *num. 10. & 54.* dicit communem) *C. de iure emphyteut. in authent. De alienat. & emphyt. §. Si verò quis aut locator, collat. 9. glos. fin. in §. Adeò*, & ibidem Scribentes, *instit. de locat. text.* de iure Regio *in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. E aun dezimos*, Ludouic. Romam. *singul. 562.* Bart. Paul. Alex. & alij, quos refert, & sequitur Cornel. Beninc. *de paupert. speciali 9. in cotractib. num. 1. & seqq.* Alber. Brun. *cons. 41. num. 23.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perusi. 54. num. 1. & decis. Lucens. 46. n. 10.* Iul. Clar. *in §. Emphyteusis, quæst. 8. vers. Aut verò emphyteuta*, Didac. Couar. *variar. lib. 3. cap. 7. num. 1. vers. Ex hac verò differentia*, Cardinal. Tusch. *lit. E. conclus. 192. num. 1. & seqq.* vbi plures ampliationes, limitationesquè assignat, Francisc. Viuius *decis. 501. num. 1.* Camil. Borrel. *in summa decis. tit. 33. de emphyteosi, & emphyteota, num. 95. & 174.* plenè Aurel. Courbul. *de iure emphyteut. cap. 15. Rota Roman. Diuersor. decis. 692. in princip. 1. par. & decis. 572. num. 1. ead. 1. par. & decis. 30. num. 1. par. 3.* P. Ludouic. Molina *de iustit. & iure, tom. 2. disput. 453. num. 1.* Barnab. Cornaza. *decis. Lucens. 46. num. 1.* Flamin. Chart. *decis. Genuens. 75. n. 10.* Ioan. Anton. Trigona *singul. 33. num. 1.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. cap. 31. numero 1. par. 1.* Paul. Æmil. Veral. *decis. 180. num. 1. lib. 1.*

Ipsoquè iure † absque aliqua sententia, vel declaratione, canonem prædicto tempore non soluentem, in commissum (domino volente) incidere, eleganter (ex iuribus in principio adductis) defendit (communem sententiam asserens) Allexand. *cons. 6. num. 19. & seqq. lib. 3.* latè etiam comprobant. Salycet. *in d. l. 2. quæstio 3. num. 28. & sequent. C. de iure emphy. & ibid.* Ias. *num. 12. & sequenti*, & Bald. *in 2. lectura, num. 3* Coral. Ruinus *cons. 154. n. 6. lib. 1. & cons. 57. num. 11. lib. 4.* Philipp. Corne. *cens. 165. numero 22. vsque ad 28. lib. 2. Cassador. decis. 2. numero 1. tit. de locato*, communem testatur Anton. *de Butrio in d. capit. Potuit, numero 18. extra de locato*, Decius *cons. 146. numero 7. in fin.* & ab hac opinione recedendum non esse quam communis Doctorum sententia, & consuetudo approbauit, testatur, Iul. Clar. *lib. 4. receptar. sentent. in d. §. Emphyteusis, quæst. 9.* eámquè, sequitur lateque defendit (plurimos congerens) Aurel. Corbul. *de iure emphyteut. cap. 15. ampliat. 45. numero 1. & seqq.* Ioan. Gutier. *d. cap. 31. numero 2.* 2

Hincquè deducitur, posse dominum emphyteutam canonem non soluentem per dictum tempus, propria authoritate † expellere, possessionemquè rei emphyteuticæ ingredi: quam probat sententiam *text. in d. l. 2.* (ibi: *Volenti ei licere eum prædijs emphyteuticarijs repellere*, vbi notat *glos. d. verb. Repellere*: & ibi: *Sed omnimodo eo, si dominus voluerit, repellendo*) *C. de iure emphyt. text.* etiam *in d. auth. De alienat. & emptyteusi, §. Si verò, quis, aut locator, collat. 9.* ibi: *Et eiycere de emphyteusi, text. in d. auth. Qui rem. C. de sacrosanct. Eccles.* ibi: *Hac lege repelli potest.* Tenent Federic. *de Senis cons. 170. circa fin. vers. Preterea si fuisset*, Bald. *cons. 503. lib. 5. in princip.* communem, & magis communem dicit Alexand. *cons. 131. lib. 4.* communem etiam dicit *Socin. Senior cons. 167. num. 15. lib. 2.* & magis communem Socin. Iun. *cons. 35. in fin. lib. 3.* Gozadin. *cons. 39. in fin. numero 25.* Abb. *cons. 67. numero 2. lib. 2.* Iul. Clar. Corne, Dec. & alij, quos refert, & sequitur Cardina. Dominic. Tusch. *littera E. conclus. 191. numer. 1. & seqq.* pluribus modis amplians, & declarans, Bald. *in d. l. 2. n. 13. & ibid.* Salycet *n. 11.* Ias. *num. 109. C. de iure em-* 3

phyt. idem Bald. *conſ.* 518. *numero* 1. & 2. *lib.* 5. eſtquè etiam communis Canoniſtarum *in d. capit. Potuit*, vbi hanc tenent Butri. *num.* 18. Imol. 31. & 32. Bero. 153. *verſ. Præmiſſis tamen non obſtantibus*, & Abb. *numero* 13. hancquè ſententiam amplexa fuit *Rota Roman. diuerſor.* 3. *p. deciſ.* 30. *per tot.* communem, & veriorem, ab eáquè recedendum non eſſe, dicit Ioan. Gutier. *de iurament. confirm. d. cap.* 31. *n.* 2. 1. *p.* licèt id via ordinaria coram iudice peti, ſemper vidiſſe addat, Hieronym. Gabriel. *conſ.* 88. *numero* 23. *lib.* 1. Ludouic. Molin. *de contract.* 2. *tomo diſputat.* 453. *numero* 23. vbi de communi, Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 18. *numero* 9. Aurel. Cobul. *eod. tract. tit. de cauſa priuat. ob non ſolutum canonem, quæſt.* 12. *num.* 1. Ouid. *de Amic. d. tract. de iure emphyt. quæſt.* 31. *num.* 1. 2. & 3. & ſi ipſe contrarium teneat. Prædictam quoque ſententiam defendunt multi alij relati per Petr. Barboſ. *in l. Si de vi*, 37. *numero* 288. *D. de iudic. & numero* 289. Emmanuelem Rodrig. *in quæſt. regul.* 1. *par. quæſt.* 38. *art.* 2. adducentem, qui *Bullam Pij V.* conceſſam fratribus SS. Trinitatis, in Regno Portugalliæ, vt propria authoritate poſſint emphyteutam non ſoluentem penſionem in tempore debito expellere, refert; & poſt longam diſputationem opinionem hanc receptiorem, indiſtinctè probandam dicit, eamque confirmat *numero* 313. cum multis ſeqq. Hæc deniq; ſententia hodie approbata de iure Regio eſt, per *text. in d. l.* 28. *tit.* 8. *par.* 5. ibi: *Los ſeñores della ſin mandado del juez la puedam tomar*, & *ibid.* Gregor. Lopez *gloſ.* 15. Quam tamen limitat, & intelligit ibi, niſi emphyteuta de fa-
4 cto reſiſteret, † vel niſi dominus pro expellendo emphyteutam adiuit iudicem, non proteſtans, vt expellendi ius ſibi ſaluum remaneret; vel niſi emphyteuta ſe ſoluiſſe diceret, tempusvè ſolutionis nondum elapſum; cum per negationem res efficiatur dubia. De quibus omnibus latiùs eum ibi, Doctoreſquè in proximè relatis conſule locis.

5 Liteque etiam durante, † inducitur, completurquè caducitas. Si enim ſuper caducitate ante tempus biennij, vel triennij completum, lis conteſtata ſit, eaquè pendente impleatur; caducitatem incurri, iungiquè tempora; probant Anton. Capiti. *deciſ.* 16. *numero* 6. *verſ. Sed quoniam*, Achilles *de Graſſis* (ita reſolutum fuiſſe dicens) *deciſ.* 1. *tit. de locato*, Cardin. Iacob. Pute. *deciſ.* 426. *lib.* 3. *in princip.* ſic reſolutum adſeuerans, Paul. Æmil. Verall. *deciſ.* 299. *num.* 1. *lib.* 1. Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 16. *numero* 5. hanc ſententiam ſequutos fuiſſe Dominos *de Rota in vna Romana Caſalis Trufellæ, ſub die* 29. *Ianuarij* 1582. *in manuſcriptis* aſſeres, Petr. Surd. (alios referens) *deciſ.* 6. *numero* 1. quam tamen ſententiam ſibi duram videri aduertit, contra eamque tenet *numero* 2. & *ſeqq.* qui adhæret Camil. Borrel. *in ſumma deciſ tit.* 33. *de emphyteoſi, emphyteota, ac iure emphyteotico, n.* 155. & 156. *part.* 1. vbi declarat.

6 Vniuſque nummi defectum † caducitatem inducere, etiamſi canon, vel penſio magna ſit, obſeruat *gloſ. in d. auth. Qui rem, verb. Repelli poteſt, C. de ſacroſanct. Eccleſ. in princip.* licèt in contrarium poſtmodum inclinet Specul. *in tit. de locato, §. Nunc aliqua, & ibi* Ioan. Andr. *in eius addit. quæſt.* 29. *numero* 40. Bald. *in rubric. C. de contrahend. empt. quæſt.* 10. *numero* 18. Alberic. *in d. auth. Qui rem, numero* 4. Alex. *in l. In executione, §. Item ſi ita numero* 5. *D. de verbor. obligat.* vbi etiam Paul. Caſtrenſ. *numero* 1. *in fin.* Iaſ. (de magis communi atteſtans) *in d. l.* 2. *numero* 53. *verſ. Sexto decimo quæro, C. de iur. emphyt.* Andr. Tyraquel. *de iudic. in rebus exiguis, verſic. Quinquageſimo primo, & de retract. conuent. §.* 4. *gloſ.* 6. *numero* 26. Oldrad. *conſil.* 29. *numero* 2. Ioann. Crot. *in repet. legis* 4. *§. Cato, num.* 29. (vbi magis communem dicit) *D. de verbor. obligat.* Gozadin. *conſ.* 57. *numero* 15. & *conſ.* 69. *numero* 8. Imol. *in d. capit. Potuit, numero* 47. *extra de locato.* Marc. Anton. Natta *conſ.* 479. *numero* 7. & *ſequenti, lib.* 3, Guil. Rodoa, *in tractat. de reb. Eccleſ. non aliend. quæſt.* 18. *de remiſſione merced. num.* 10. Cardina. Dominic. Tuſch. *practic. concluſ. littera E. d. concluſ.* 192. *numero* 4. 10. 11. & 12. Anton. Gamma *deciſ.* 41. *numero* 2. & *deciſ.* 116. *numero* 1. Aluar. Valaſc. *conſult.* 86. *numero* 6. & 3. vbi hanc tenet, in punctoquè iuris defendit Petr. Benint. *deciſ. Bononienſ.* 6. Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. d. tit.* 33. *de emphyteoſi, & emphyteota, numer.* 96. Carol. Ruy. *conſ.* 167. *numero* 10. *lib.* 1. Alexand. Raudenſ. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *numero* 27. Paul. Æmil. Veral. *deciſ.* 182. *numero* 2. & *deciſ.* 30. *numero* 3. *lib.* 1. latè Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 5. *per tot.* Cardinal. Franciſc. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 27. *numero* 14. in hanc (de rigore iuris) inclinat P. Ludouic. Molin. *d.* 2. *tomo diſputat.* 453. *numero* 13. plenè etiam Quid. *de Amicis de iure emphyt. quæſt.* 7. *ex numero* 3. & *ſeqq.* Petr. Surd. *deciſ.* 221. *numero* 21. Bernard. Cornaz. *deciſ. numero* 33. Vincent. Carot. *deciſ. ſiue caſu* 6. *numero* 8. Stephan. Gratian. *diſcept.* Forenſ. 1. *tomo cap.* 152. *numero* 7. 9. & 11. Roland. *à Valle conſ.* 17. *numero* 14. (communem dicens) *lib.* 2.

Ex æquitate † verò ob tam paruæ quantita- 7
tis defectum, vbi magna penſio debetur, eſtquè conſtituta, à caducitate emphyteutam excuſare ſolet *Rota*, vt teſtatur Cardinal. Franciſ. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. d. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 14. *in fin. & numero* 56. & Ouid. *de Amic. d. quæſt.* 7. *numero* 9.

Nec ab emphyteuſi ob non ſolutum ca- 8
nonem cadens, melioramenta † in re emphyteutica facta recuperat, ſed pariter ad dominum pertinent; *text.* eſt in *d. authent. Qui rem in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ibi: *Non repeturus ſi quid impedit nomine meliorationis*, & ibi notat *gloſ. text. in d. l.* 2. *C. de iure emphyt.* ibi: *Nulla ei in poſterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum quæ emponemata dicuntur, vel pœna opponenda:* tenentquè Bald. *in rubric. C. de iure emphyt. n.* 4. & *in l. fin. §. Emptor autem, n.* 6. *C. commun. de legat.* & *in l. In rem actio, §. fin. in fin. D. de rei vendic.* & *in §. Si vaſſallus. Hic finit lex Frederici*, vbi etiam Aluarot. & Afflict. *numero* 6. frequentionem Doctorum ſententiam dicit Decius *conſ.* 518. *numero* 1. & 2. Bart. & Caſtrenſ. *in l. Colonus, D. locati. idem* Caſtrenſ. *conſ.* 237. *in fin. lib.* 1. Auguſtin. Bero. *quæſt.* 19. *numero* 2. & *q.* 94. *numero* 4. *ver. Aut vaſalli magna impenſa*, Cuman. *conſ.* 57. *numero* 5. Partol. Cœpol. *conſ.* 25. *numero* 19. Panormit.

conſ.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

conſ.74.n.1.verſ.circa ſecundũ,lib.1. Decius *in d.auth. Quirẽ n.14.* Guido Pap. *deciſ.438.n.1.* Iul.Clar.(ex cõmuni Doct.ſententia) *lib.4. recept.ſentent.§.Emphyteuſis, quæſtio 45.* Frãciſc. Sarmient. *ſelectar. opin. l.3.c.4. in princip.* latè Aurel. Corbul. *de iure emphyt. capit.15. ampliat.36.* Vincent. *de Franch. deciſ.191. numero 1. & per tot.* Camil. Borrel. *d.tit.33. numero 220.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.117. numero 33.* vbi dicit communem, Anton. Faber. *in ſuo codice definitionum, lib.4.tit.42. de iure emphyt. & feud. definit.24.*

9 Quæ & in Eccleſia † ab alia Eccleſia, vel à priuato rem in emphyteuſim habente procedunt. Si enim per biennium Eccleſiæ, vel triennium priuato canonem non ſoluat, in commiſſum cadit, *gloſ.in capit. Conſtitutus.6.§. cum autem, verbo, Iuxta ratam.de Religioſ. domib. vbi* Panormit. *numero 18.* Bald. *in l.Placet, numero 9. C.de ſacroſanct. Eccleſ.& ibi eius Addit. littera E. & in d.auth. Qui rem numero 4. vbi* Hieronym.Cagnol.*numero 61. & ſeq.* teſtatur de communi Iaſ. *in d.l.2. numero 48.C. de iure emphyt.* adducens quoque *gloſ.in d.auth. Qui rem, & in d.capit. Potuit,* Thom. Parpal. *in repet.d.l. Placet numero 120.* vbi hanc magis communem Canoniſtarum ſententiam eſſe, aſſerit, *& ibid.* Iaſ.*numero 161. lectur. & numero 18. lectur.2.* plures refert, latequè materiam proſequitur Aurel. Corbul. *de iure emphyt.d. cap.15. ampliat.27. per tot.* Cardin. Dominic. Tuſch. *d.concluſ.192.numero 29. lit.* E.Gregor. Lopez *in d.l. 28.tit.8. part.5. gloſ. verb. Por dos años.*

Imò plus voluit Specul. *in tit.de emphyteuſi, n.25. & 26.* Eccleſiam à iure ſuo cadere, em-
10 phyteuſimquè amittere, ſi per biennium † priuato à quo emphyteuſim habebat, penſionem non ſoluit, vt par ſit cum ipſo priuato emphyteuſim ab Eccleſia habente; licèt contrà dicat Iaſ.*in d.l.2. numero 50.* contrariumque verius putet, ne illud, quod in Eccleſiæ fauorem conceſſum eſt,in eius retorqueatur odium, contra leg.*Quod fauore,6.C.de legib.* cum ſimilib.

11 In minorequè † 25. annis (quis Eccleſiæ æquiparatur, *text.in cap.1. de in integ. reſtit.)* probat dictam ſententiam expreſſus *text. in l. Si tutoris,23. C.de adminiſtrat. tutor. vbi notat.* Bart. *&* Salycet. *in princ.* Specul. *in d.tit. de iure emphyt. numero 24.* Bald. *in l.2. numero 3. C.ſi aduerſ.vendit.pignor.* Guid Pap. *deciſ.435. numero 1. & ſeqq.* Thom. Grammat. *deciſ.52. num.1.* Iaſ.*in d.l.2. numero 48.C.de iure emphyteut.* vbi idem dicit ex *Speculat.Martino de Fano,* & alijs. Quod & Ciuitate tradit ex pluribus Aurel. Corbul. *de iure emphyt. d. cap.15. ampliat.28. numero 1. & ſeqq.per tot.* Cardinal. Tuſch. *d.concluſ.192. numero 28.*

12 Quin etiam & in pupillo, † & infante idem obſeruari contendit Corbulus *ſuprà, ampliatione 29. numero 1. & ſeqq.* Neque reſtitutionem eis concedi, non ſolum vt minoribus: ſed neque ex clauſula generali, *Si quà mihi iuſta cauſa,* ſi tutores, vel curatores, qui ſoluendo ſint, habeant, ex ratione (præter alias) *text. in d.l. Si tutoris,23.* quòd ſcilicet minori, pupillo, vel infanti aduerſus tutorem, vel curatorem, qui huiuſmodi damnum ob non ſolutum canonem reſarcire tenetur, poſſit eſſe conſultum;traditquè ex pluribus(communem dicens)

numero 12. & ſeqq. & notauimus *quæſt.31. numero 29.& 30.* In dubioquè tutorem, vel curatorem, ſoluendo eſſe † præſumi, aſſerit Hie- 13
ronym. Gratus *conſ. 119. ad fin. lib.1.* Sfort Odd. *de reſtit. in integr. quæſt. 48. art.8. numero 67.* quos refert & ſequitur *ipſe Corbulus d. ampliat.29. numero 14.* Idem in Ciuitate, † 14
Caſtro, vel Villa adminiſtrationem, qui ſoluendo ſit habentibus, quod in minore, vel pupillo, vt non reſtituatur firmans ex prædicta *legis Si tutoris* ratione. Secus ſi vel curatorem, aut adminiſtratorem non habeant,vel habeant, non tamen ſoluendo, traditquè ex plnribus. *ſuprà n.6.* & latiùs, ac expreſſiùs *ampliat.30. per tot.*

In locationequè † ad longum tempus prin- 15
cipalem concluſionem procedere, vt ſi per biennium, aut triennium penſionem ſoluere ceſſet conductor, à iure ſuo, quemadmodum emphyteuta cadat, probant *text.in d.auth. Qui rem, C.de ſacroſ. Eccleſ.& in d.auth.De alienat. & emphyt. §.Si verò quis aut locator, collat.9.* traditquè Angel. *in.§.Scire, in princip. in auth. De non alienand.* Abb. *in c.propter ſterilitatem, vltim. not.* extra *de locato,* Iaſ.*in d.l.2. num.39. C.de iure emphyt. & in d.auth. Qui rem, n.15. in fin.* Carol. Ruin. *conſ.153. numero 10. lib.1.* Andre. Tyraquel.*de retract. linag. §.1.gloſ.14. numero 48.*Aurer. Corbul.*d.tract.d.cap.10. ampliat.23.*Nicol.Boër.*deciſ.234.numero 3.*Marc. Anton.Natta *conſ.36.num.3.* Cardinal. Tuſch. *d.concluſ.192.numero 9.* Vincent. Carot. *de locato, tit. de effectu locationis ad longum tempus, quæſt.6.numero 1.folio mihi 59.* vbi communem, & veriorem dicit,

Idemque ſi in aliqua ſolutionis penſionis
parte inquillinus, † vel conductor deficiat, 16
tenet (ex Bald. Alexand. & alijs Andre. Tyraquel. *de retract. conuent.§.4. gloſ.6. numero 26.* eſtquè *text. in l.Ædem,3.* (ibi : *Si penſionem domino inſolidum ſoluiſti*) *C.de locato.*

Quòd ſi empyteuta cum iuramento † ſolue- 17
re penſionem quolibet anno promiſit, ſi primo anno deficiat ab emphyteuſi (non expectato biennio, vel triennio) cadere, tradunt Bald. *in capit.Querelam,numero 2.verſ. Nota quòd propter duas cauſas, & ibi* Felin. *numero 8.de iureiurand.* per *text. in l.Si quis maior.41. C.de tranſact.vbi* Iaſ.*numero 12.* Franciſc.Curt.*numero 18.* Bologne.*numero 33.*Thom.Parpald.*numero 11. &* 54. vbi communem dicit Ripa *notab.3.* Hieronym.Cagnol.*n.32.& 51.*& nouiſſimè *ibidem* Barthol. Berthaz. *in eiuſd.leg. repet.n.269. cum ſeqq.* Decius *in cap. Ex parte, n.7.* extra *de reſcript.& in d.auth. Qui rem,n.10.verſ. Octauò.C. de ſacroſanct. Eccleſ.*Alexand.*conſ.85.lib.1.* Anton.de Petruc.*in repet.leg.1. effectu 24.nu.236. D.de iureiurand.* Grat.*conſ.81.n.2. in fin. lib.1.* Curt.Iun. (de communi atteſtans)*in l.Lecta, numero 26.D.ſi cert.pet.*Ripa *in d.cap.Ex parte, numero 20.& 21.* Auguſtin. Bero.*conſ.126.numero 7.lib.1.& conſ.119.num.11. & conſ.125. numero.2.eod.lib.*Ioan.Anton.Trigon.*ſingul.33. numero 2.*Guil.Caſſado, *deciſ.2.per tot.tit.de iureiurand.* Guil. Bened.*in cap.Raynuntius, verb. Teſtamentum,el 3.numero 27.de teſtam.* Gozad. *conſ.57.poſt num.19. verſ. Non obſtat,* Iul.Clar. *recept ſentent.lib.4.§.Emphyteuſis, quæſt.8.verſ. Et hoc idem,*latè Aurel.Corbul. *de iure emphyt. cap. 15. ampliat. 40. per tot.* Albert. Brun.

conſ.

conſ.46.numero 2. Anton. Gabriel. *commun. concluſ. tit. de tranſact. concluſ.* 1. *numero* 41. Vincent. *de Anna. ſing.* 286. Cardinal. Dominic. Tuſch. *d. lit. E. concluſio.* 192. *numero* 74. *& liter. M. concluſ.* 373. *numero* 39. Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. d. tit.* 33. *de emphyteuſi, numero* 249. *& tit.* 60. *de iuram. numero* 72. Marc. Anton. Natta *conſ.* 479. *numero* 11. *& ſeqq. lib.* 3. *& conſil.* 426. *numero* 21. *lib.* 2. Alexand. Raudenſ. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *numero* 11. *& variar. lection. lib.* 1. *cap.* 29. *numero* 24. Roland. *à Valle conſ.* 6. *numero* 42. *& conſ.* 8. *numero* 41. *& conſ.* 77. *numero* 18. *lib.* 1. *& conſ.* 25. *numero* 23. (vbi de magis communi) *lib.* 2. Proſper Farinac. *fragm. crimin.* 2. *par lit. I. numero* 1143. Ouid. *de Amic. de iure emphyt. q.* 27. *numero* 1. 2. *&* 3. licèt *numero ſeqq.* contrarium, defendat Paul. Æmil. Veral. *deciſ.* 300. *numero* 1. *lib.* 1. Cæſar. Barzi. *deciſ.* 16. *numero* 3. Marc. Anton. Bauer. *in tractat. de virib. iurament. numero* 22. vbi de communi, Ioan. Gutier. *de iurament. confirm.* 1. *par. d. cap.* 31. *numero* 7. communem etiam dicens Stephan. Gratian. *diſceptat. Forenſ. cap.* 19. *numero* 6. vbi de communi Doctorum ſententia, Ludouic. Molin. *d. diſput.* 453. *numero* 4. licèt (cum Couar. ibi relato) contrarium dicat Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 22. *n.* 14. Pyrrh. Maur. *in tract. de ſolutionib. oblat. & retentio capit.* 95. *numero* 2. vbi *per tot. cap.* An qui cum iuramento quinquaginta quolibet anno vſque ad decem ſoluere promiſit, ſi vno anno deficiat,

18 † pro omnibus virtute iuramenti conueniri poſſit? diſſerit, allegatquè Bertazol. *poſt tract. de clauſul. in repet. d. leg. Si quis maior, quæſt.* 47. *numero* 641. concludentem, quòd ſic, licèt inter debitum antiquum, nouumque diſtinguat, vt in debito antiquo iurato poſſit debitor ad totam ſummam adſtringi, ex vnius termini ſolutionis defectu: ſecùs ſi debitum ſit nouum, quia tunc non ad totam ſummam; ſed pro illo tantùm tempore decurſo, maturato, & non ſoluto compelli poterit. Hancquè ſolutionem æquiorem, & veriorem videri dicit Pyrrh. Maur. *vbi ſuprà.* Qua etiam de re vide Petr. Ioann. Anchar. *quæſt. famili. lib.* 1. *quæſt.* 64. *numero* 1. *& ſeqq.*

In locatione etiam in qua iuramentum ap-

19 poſitum eſt, † ſufficere vnius termini ſolutionem deficere, vt conductor (alio non expectato) expelli poſſit, tradunt Alexand. *d. conſ.* 85. *lib.* 1. Marc. Anton. Bauer. *d. tract. de virib. iuram. numero* 19. Roland. *à Valle d. conſ.* 6. *numero* 43. *libro* 1. alios referens ſequitur Stephan. Gratia. *d. cap.* 19. *numero* 7.

20 In penſionibus etiam Eccleſiaſticis † principalis procedit aſſertio: ſi enim beneficij Rector in tempore de quo in literis fit mentio, penſionem non ſoluat, beneficio priuatur, vt latè per Hieronym. Gigantem *de penſionib. Eccleſ. quæſt.* 78. *per tot.*

Paupertatis tamen fauor præfatæ principalis concluſionis vires eneruat, ceſſarequè facit. Emphyteuta enim, qui per triennium à cano-

21 nis ſolutione ob paupertatem † ceſſauit, excuſatur, neque à iure ſuo cadit, expellendusvè à poſſeſſione erit, ſi ſoluere velit, vt eſt communis, & recepta ſententia, quam tenent Specular. *in tit. de emphyteuſi, num.* 40. Bald. Petr. Foller. & alij, quos refert, & ſequitur Cornel. Benino. *de pauperta. ſpeciali* 9. *in contract. numero* 9. *& ſeqq.* Iaſ. *in d. l.* 2. *numero* 53. *verſ. Sextodeximò quæro, & verſ. Secundò potes limitare*, Sebaſtian. *de Medic. de caſib. fortuit.* 2. *par. quæſt.* 4. *numero* 19. Iul. Clar. *in d. §. Emphyteuſis, quæſt.* 8. *verſ. Hoc autem*, Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 37. Franciſc. Burſat. *conſ.* 440. *numero* 20. *lib.* 4. vbi quòd ita conſuluit, & in facto obtinuit, Franciſc. Milanenſ. *deciſ.* 17. *numero* 38. *lib.* 2. Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. d. tit.* 33. *de emphyteuſi, & emphyteuta, numero* 166. Aurel. Corbul. *de iure emphyt. d. cap.* 15. *limitatio.* 29. *numero* 1. Alphonſ. Villagut. *deciſ.* 1. *numero* 65. Vincent. Carot. *de locato, & conduct.* 2. *par. de effect. locat. ad longum temp. quæſt.* 6. *numero* 38. *fol. mihi* 61. Cardin. Dominic. Tuſch. *pract. concluſ. d. lit. E. concluſ.* 192. *numero* 195. Ludouic. Molin. *de contractib.* 2. *tomo, d. diſput.* 453. *numero* 13. *verſ. In priori verò euentu*, Cardin. Franciſc. Mantic. *de taci. & ambig. conuent. lib.* 22. *titul.* 27. *numero* 54. Maurit. Apicel. *allegat.* 6. *num.* 18. Ioan. Aloyſ. Ricci, *collect.* 2163. *verſ. Item eſt aduertendum, quòd paupertas.*

Quæ etiam vbi iuramentum appoſitum eſſet, † procederet concluſio, adhùcquè in ca- 22
nonis ſolutione ob paupertatem ceſſans excuſatur, nec à iure ſuo cadit, ſic tenet Bald. (*per text. ibi*) *in d. cap. Querelam, numero* 5. *de iureiurand.* Franciſc. Rip. *in l. Quod te mihi, num.* 40. *D. ſi cert. petat.* Cornel. Beninc. *ſup. num.* 13. *& ſeq.* Petr. Surd. *d. quæſt.* 48. *numero* 37. vbi quod paupertas excuſat à mora, à periurio, & à pœna, Didac. Couar. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *numero* 9. *verſ. Quoties verò*, Ioan. *de Arnon. ſingul.* 62. Ioan. Anton. Trigon. *d. ſingul.* 33. *numero* 4. Cardin. Mantic. *d. tit.* 27. *numero* 54. Vincent. Carot. *vbi ſup. numero* 38. *&* 39. veriorem, & magis communem ſententiam dicens, Emmanuel. Suar. *in ſuo theſauro recept. ſentent. lit. D. n.* 70. vbi limitat, niſi tempore con-
tractus adeſſet difficultas, † quod præcipuè ſi 23
veroſimiliter tempore conſtituto, vel quo ſolutio facienda eſſet, futurum eſſe, vt non poſſet ſoluere putaret, poſſet procedere, diximuſquè *quæſt.* 26. *numero* 8. vbi etiam pro prædicta principali ſententia plures retulimus *numero* 6. Et faciunt latè tradita per Hieronym. Gigan. *de penſionib. Eccleſiaſt. quæſt.* 75. *per tot.* vbi, quod ceſſans ſoluere, quia fuit incarceratus, † vel 24
quomodolibet impeditus, à iure ſuo non cadit, Vincent. etiam Carot. *d. 2. par. quæſt.* 6. *num.* 40. Quodque tradit Petr. Ioan. Anchar. *lib.* 1. *quæſtion. familiar. quæſt.* 2. *numero* 5. vbi quod non opponere compenſationem † iurans, ſi pau- 25
pertate prematur, iuramento non obſtante. poterit compenſare, adducit Petr. Paulum Pariſ. *conſ.* 121. *numero* 41. *lib.* 1. Andr. Tyraquellum *de retract. §. 3. gloſ.* 3. *numero* 6. *&* Hieronym. Gratum *reſponſo* 121. *n.* 4. *lib.* 1.

Et idem, quod in emphyteuta dictum eſt, in vaſſallo † quoque ſeruitium Domino ob 26
paupertatem non præſtante, excuſariquè, tradunt Iſern. *in capit. Imperialem, numero* 39. *verſiculo, Si propter paupertatem, & in capit.* 1. *§. Sed nec eſt alia numero* 35. *verſiculo, Si verò non poſſunt. Quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* refert, & ſequitur Camil. Laratha *conſ.* 5. *numero* 149. vbi pauperum in præſenti, & excuſari dicit, qui ſolùm Caſtrum redditus ducatorum 150. habebat, quia decenter alere vxorem filios, & familiam non poterat, Cæſar. Vrſil.

in

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in addit. ad Matthæ. *de Afflict. deciſ.* 179. *nu.* 6. vbi, quòd vaſſallus multos filios habens, ob eorum ſuſtentationem à ſeruitio excuſatur.

27 Excuſari etiam penſionarium, qui propter paupertatem † tempore conſtituto non ſoluit; latè defendit Hieronym. Gigas *de penſionib. Eccleſiaſt. quæſtione* 80. *per tot.* Sebaſtian. *de Medic.* (mendosè eum referens) *de caſib. fortuit. d. 2. par. quæſt. 4. num. 43.*

28 Prædictáque etiamſi emphyteuta ob culpam ſuam † (non tamen ad caſum præordinatam) in paupertatem deuenerit, procedunt, amplianturquè, vt latè ſuo loco dicemus, notauimuſquè etiam *quæſtione* 32. *numero* 13. & in ſpecie, & terminis noſtris tradit Aurel. Corbul. *de iure emphyt. dict. capit.* 13. *limitat.* 19. *numero* 2. Syluan. *de feudi recog. quæſt.* 77. *numero* 5. Ioan. Aloyſ. Ricci. *dict. collect.* 2163. *verſic. Sed tunc prodeſt.* Licèt contradicat Ioann. Anton. Trigon. *d. ſingul.* 33. *num.* 5. Qui tamen, ſi paupertas ad caſum fuiſſet præordinata, intelligendus erit.

29 Pro ſuprà dictorum confirmatione adiiciendum etiam, quòd licèt per regulam Cancellariæ *de liter. non expedi.* (de qua per Ludouic. Roman. *conſil.* 340. *dubo* 2. & Ludouic. Gomez *in regula de annali poſſeſſore, quæſtione* 19. *in princip.*) quaſlibet gratiarum literas de beneficiis conceſſas infrà ſex menſes † fore expediendas, ſit prouiſum; ſi tamen ob paupertatem † cui gratia, vel beneficium conceſſum 30 eſt, eas infrà dictum tempus expedire nequiuerit; excuſabitur, à dictaquè regulæ conſtitutione. Et iuſtam in hoc caſu excuſationis cauſam paupertatem eſſe; oſtendit *Rota Roman. Diuerſor. part.* 1. *deciſ.* 676. tenetquè Ioann. Aloyſ. Ricci. *d. collect. deciſ.* 6. *part. collect.* 2197. *verſ. Et primò vt paupertas excuſet à regula de literis non expeditis.*

VTRVM CONTRA DIVITEM VT SIBI SVBVENIAT, AGERE POSSIT PAVPER?

SVMMARIVM.

1 *Sub mortali peccati reatu diues pauperi in extrema conſtituto neceſſitate ſubuenire tenetur, ex bonis etiam quibus quis ad ſtatum ſuum indiget, modò non ad naturalem neceſſitatem leuandam.*

2 *Pauper etiam ſubuenire pauperi in extrema exiſtenti indigentia, quoad actum interiorem, ſicut diues quoad actum exteriorem tenetur.*

3 *Bona operatio voluntaria eſſe debet, nec inuitus quis ad bonum opus peragendum adſtringitur.*

Bonum nullum niſi voluntarium, ibidem.

Eleemoſyna ex voluntate facienda eſt, ibid.

4 *Diuites, vt pauperibus ſubueniant, Iudicis officio compelli poſſunt.*

5 *Pauper habet actionem ad petendum panem, quem auarus detinet. Et quando?* num. 6.

7 *Diuites poſſunt per excommunicationem ad faciendum eleemoſynam pauperibus compelli.*

QVÆST. XXXIV.

NEgatiua pars in hac videtur quæſtione tenenda, aſſerendùmquè non poſſe pauperem contra diuitem agere, vt ſibi ſubueniat; idquè ſiue neceſſitas, paupertaſquè extrema ſit, ſiue non. Quia licèt pauperi in extrema conſtituto neceſſitate teneatur † ſub mortiferi peccati reatu, ſubuenire diues, *Matthæi cap.* 25. ibi: *Eſurui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere, &c.* & ibi: *Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius. Eſurui enim, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi potum, &c.* & Iſai capit. 58. *Frange eſurienti panem tuum*, & Ioann. 3. *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo Dei charitas manet in illo?* Subueniendumquè exiſtenti in extrema neceſſitate, etiam ex bonis, quibus quis ad ſtatum ſuum indiget, modò non ad naturalem neceſſitatem ſublenandam, eſt *text. in cap. Non ſatis*, 14. *& cap. Paſce*, 21. 86. *diſt.* D. Thom. 2. 2. *quæſt* 33. *art.* 5. *& quodlibet.* 8. *artic.* 12. Abb. *in cap. Si verò, numero* 6. *de iureiurando*, Archidiac. *in cap.* 1. *diſtinct.* 1. ſic intelligens *gloſſam ibi*, vbi etiam Felin. *in fin.* alios referens, Gaſpar Baeça *de inope debit. cap.* 12. *num.* 16. Sylueſt. Ioan. Maior, Cardin. Turrec. Abulenſ. Ioann. à Medin. & alij, quos refert, & ſequitur (latè hanc ſententiam comprobans) Didac. Gouar. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 14. *numer.* 5. Franc. Ripa, *in l.* 1. *numer.* 119. *D. ſolu. matrim.* Palac. Rube. *in repet. cap. Per veſtras*, §. 12. *numer.* 3. Cornel: Benincac. *de paupert. ſpeciali* 5. *in iudicijs, num.* 18. *& ſeqq.* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 90. *per tot.* Ludouic. Mexia *de taxa panis, concluſ.* 1. *num.* 6. 1

Nec ſolùm diues, ſed etiam pauper † (deſiderio ſaltem) ad ſubuentionem hanc in tali neceſſitate tenetur, eleemoſynamquè quoad interiorem actum, ſicut ad exteriorem diues, præſtare. Vterque enim paritet ad amandum proximum obligatur vt docet, Martin. Nauar. *in cap. Quieſcamus*, 42. *diſti. numero* 11. Pro qua etiam ſententia adduco illud *Tobiæ* 4. *Quomodò potueris eſto miſericors. Ouidyquè Triſtium lib.* 1. *Elegia* 8. 2

Eſt etiam in miſeris pietas, &c.

Et Amorem lib. 1. Eleg.

Officium pauper numeret, ſtudiumquè fidemquè.

Adhùc tamen quoad forum exterius non videtur conceſſa actio pauperi in qualibet exiſtenti neceſſitate contra diuitem vt ſibi ſubueniat, neque ad id (præcipuè in non ita extrema) cogi poſſe Bona enim operatio † voluntaria eſſe debet, *text. in cap. Præſens*, 4. 20. *quæſt.* 3. *cap. Non eſt*, 10. 15. *quæſt.* 1. *cap.* 1. *de decim. lib.* 6. Nulluſque ad bonum opus peragendum inuitus adſtringitur. *d. iurib.* cum (vt inquit *text. in d. cap. Præſens*) *Nullum quippè bonum, niſi voluntarium*: dixeratquè Sen. epiſt. libr. 9. epiſt. 68. *Quia nihil honeſtum eſt, quod ab inuito, quod d. coacto fit. Omne honeſtum voluntarium eſt*, ait Matthæ. *de Afflict. deciſ.* 151. 3

per tot. præcipuè *numero* 2. prosequitur latè in terminis nostris Cornel. Beninc. *d. speciali* 5. *in iudic. numero* 1. *& seqq.* Iustinus Martir. *in apologia* 2. *pro Christianis ad Antoninum Pium. Quibus copiæ suppetunt* (inquit) *hi si volunt, suo quisque arbitrio, quod vult largitur. Iustum enim operari, voluntarium est*, vtquè inquit Aristotel. Ethicor. 5. *& lib.* 3. Quisquis est dominus suarum operationum à principio vsquè ad finem. Indè Psalmista, *Psalm.* 53. *Voluntariè sacrificabo tibi:* tradunt in specie dictam sententiam Camil. Borrel. *in summa decis. tit.* 18. *de oblationib. & pijs eleemosynis, numero* 15. apud quem plura circa hanc materiam vide *tot. tit.* & Cardinal. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. litera E. conclus.* 107. *numero* 4. *&* 5.

Paupertatis tamen fauore concessum esse
4 Iudicis officio † compelli posse diuites, vt pauperibus subueniant, tenuit *glos. in cap. Sicut hi, verb. Esurientium.* 47. *dist. & in capit. Domino, verb. Necesse.* 50. *dist. glos.* 1. *in fin. in capit. Exigunt.* 1. *quæst.* 7. Panormit. *in capit. cum causam, numero* 7. *de elect. & in cap. Si quis, in fin. de furt.* vbi etiam Annan. Felin. *in cap.* 1. *numero* 6. *de offic. iudic. & in addit. ad* Abbat. *in cap.* 1. *col.* 4. *versiculo, Et allegat. bonum text. 1. distinct. idem* Abb. *in cap.* 1. *de empt. & vendit. numero* 7. Decius *in capit. Ex epistola, numero* 224. *de probatio.* Andre. Tyraquel. *de nobilit. cap.* 29. *numero* 46. Cornel. Beninc. *d. speciali.* 5. *numero* 17. *& sequentibus*, Petr. Rebuf. *de priuileg. scholastic. priuileg.* 90. *numero* 10. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 9. *per tot.* Petr. Royz. Maur. *decis. Lituanic.* 4. *numero* 298. Didac. Couar. *lib.* 3. *variar. capit.* 14. *numero* 5. Hieronym. Goncal. *in regul.* 8. *Cancellar. glos.* 2. *numero* 21. Iacob Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. casu.* 182. *numero* 43 Petr. *de Auendañ. de exequend. mandat.* 2. *par. cap.* 10. *numero* 10. vbi plura ad propositum adducit, Ludouic. Mexia *de taxa pan. conclus.* 1. *numero* 5. Sebastian. *de Medic. de casib. fortuit.* 2. *par. quæst.* 4. *n.* 16. Martin. Nauar. *in capit. Quiescamus.* 42. *distinct. numero* 58. *tomo* 2. *fol. mihi* 225. Achilles Petroch. *cons.* 8. *numero* 164.

5 Haberequè pauperem actionem † ad petendum panem, quem auarus detinet, dixit Speculat. *in titulo de instrum. edit.* §. *Nunc verò aliqua de vltima voluntate, numero* 66. eumquè sequitur Hieronym. Gonçalez *vbi suprà numero*
6 22. In extrema que necessitate † actionem in præsenti pauperi dari, firmat Sarmien. *de reddit Eccles.* 3. *p. capit.* 4. *à numero* 3. *eum sequentibus*, præsertim *numero* 5. ex Caietan. 2. 2. *quæst.* 118. *articulo* 3. Licèt in non extrema, etiam Iudicis officium deneget.

Possequè diuites ad faciendum pauperibus eleemosynam compelli, etiamquè excommunicari, † tenet Hieronym. Zanet. *in tractat. de*
7 *foro conscient. & contentios. numero* 129.

VTRVM IVDEX POSSIT, vel debeat impartiri officium suum non requisitus? vel partes ad concordiam reducere, vbi causa pauperis, aut miserabilis personæ vertitur?

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet officium suum impartiri nisi petenti.*
2 *Et etiamsi ad ipsum Iudicem dispositio dirigatur, quia debet intelligi, si petatur.*
3 *Statutum dictans, quòd cum sapientis consilio teneatur Iudex causam expedire, si à parte fuerit petitum, vt hoc modo causa expediat, intelligitur.*
4 *Et idem si ex forma statuti cogere affines ad compromissum teneatur Iudex.*
5 *Vel quod alicui ad aliquid agendum terminus detur. Nam si à parte fuerit petitus, intelligi debet.*
6 *Iudex poterit publicatis attestationibus testes admittere, nisi pars opponat. Et procuratorem in criminalibus, parte non opponente,* ibid.
7 *Si lex aliquid ipso iure fieri disponit, si à parte petatur, debet intelligi.*
Clausula, Ipso iure, non absolutam resolutionem operatur, sed demum parte petente, ibid.
8 *Promittens præsentare aliquem infrà octo dies, si fuerit requisitus, intelligitur, nec antè requisitionem (iuramento etiam interueniente) tenetur.*
9 *Iudex parte non petente sententiam ferre non potest, aliàs sententia erit nulla.*
10 *Iudex ex officio, etiam non requisitus dabit curatorem ad litem ei, qui lite pendente curatore cœpit indigere, quia furiosus, vel prodigus factus est.*
11 *Pauperibus, miserabilibusquè personis (nemine etiam petente) de Aduocato prouidere tenetur ex officio Iudex.*
12 *Iudex officium suum (etiam non petitum) impartiri debet, licèt priuatam vtilitatem respiciat, si miserabiles respiciat, personas, & actum pium.*
13 *Pauperes sunt personæ miserabiles, & eorum causa pia, remissiuè.*
14 *Alimentorum in causa officium suum (licèt non petitum) impartiri debet Iudex.*
15 *Et in causa dotis.*
Causa dotis est causa pia, ibid.
16 *Episcopus potest compellere hæredem ad soluendum legata pauperibus relicta, vel pia, & etiam ante annum.*
17 *Iudex ad concordiam, vel compromissum partes compellere nequit.*
18 *Fallit, si pauper litiget cum diuite.*
19 *Vbi animæ periculum vertitur, officium suum non petitum licèt Iudici impartiri.*

QVÆSTIO XXXV.

INseruire debet actioni Iudex, nec officium, nisi petenti † impartiri potest, *text.* est in 1
l. Dies. 4. §. *Hoc autem iudicium, D. de damno infecto*; vbi ita Vlpian. *Hoc autem iudicium certam conditionem habet, si postulatum est. Cæterum, qui non postulauit, experiri non potest. Postulare autem hic propriè dicimus, pro tribunali petere, non alibi. text.* (vbi Bart. *& Scribentes*) *in l. De pupillo.* 5. *paragrapho Qui opus, D. de noui oper. nunciatio.* vbi hæc idem Vlpian. *Qui opus nouum nunciat, iurare debet non calumniæ causa*

opus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

opus nouum nunciare. Hoc iusiurandum authore Pratore defertur. Idcirco non exigitur, vt iuret is qui nunciat, antequam iusiurandum Pratore authore exigatur.

Innocent. *in capit. Ad nostram, el 2.extra de iureiurand. & in capit. Literis, de restit.spoliat.* Anton. *de Butri. in cap. 1. opposit. 1. de libelli oblat.* Augustˢ. Betoi. *in capit. Solicitè, de restit. spoliat.& in cap.1.num.40. de iudic.* Ferret.*cons. 42.num.5.* Francisc.Vini. *in sylua opini. opinione* 418.Vincent.Carot. *in tractat.de remed. contra praiudicial. sententias, vel damnosas executiones, except.132.num. 1.* Cardinal. Dominic. Tusch. *practic.conclus.litera l.conclus.395.num. 36.* Iacob.Nouell. *in tractat. ad defensam, cap.* incip. Solet *communi sententia dici,numero 3. folio mihi 77.* eleganter Marc. *de Mantua singul. 336. num.* 3. notans, hac fere semper regula *Christum* Saluatorem nostrum vsum fuisse, nec filiam *Cananea* à dæmone vexatam absquè requisitione,ac petitione liberasse, *Matthæi 15.* nec cæcum à natiuitate, *Luca 16.* ibi: *Quid vis, vt tibi faciam?* ob idquè, nec quartum mortuum suscitasse, quia petitum non fuerat, sed Lazarum tantum,filium viduæ,& Archisynagogi. Sequitur Vincent. Carot. *d. exceptio. 132.numero 64.*Marius Giurba *decisione 70.numero 17.& decis.13.num.7.*

2 Nec si dispositio ad ipsum Iudicem dirigatur, † loquaturquè per verba ei obligationem, ac necessitatem imponentia intelligi namquè debet, *si petatur.* Ita Ias. *in repet. leg. Admonendi, numer. 316.* Caccialup. *numero 171.* Curt. Seni. *num. 226.* Ioan. *de Prato.num. 10. D. de iureiurand.* Hippoly. *de Marsil. in l. Marius, num.20. D. de quæstion. & in practic. in §. Sequens, numero 48.* Anton. Capit. *decis.35. numero 1.* Vincent. Carot. *vbi suprà num. 4.* Andre.Gail. *lib.1.obseruatio 108. num.3.* Seraphin. *de priuileg iuram.priuileg. 33. num. 196.* Nicol. Intrigliol. *in singul.ad constit.Regni Sicil.singular. 119.*

Sic si statutum dicat, quòd Iudex cum consilio sapientis causam teneatur expedire; *si à*
3 *parte † fuerit petitum, vt hoc modo causam expediat,* intelligi, obseruant Alexand. *cons. 122. lib.2.* Francisc.Ripa *in d.l.4. §. Hoc autem indicium, num.3.D.de damno infecto,*Carol. *de Gras. de exceptionib. ad statut. exclud. omnes except. except.32.num.109.*

Idemque si Iudex ex statuti forma affines, & coniunctos ad compromissum cogere teneatur;
4 quia *dummodò à parte † petatur,* intelligitur, Ias. *in l. Vniuersa, num. 4. C. de precib.Imperat. offerend.*Petr. Duennas *regul. 36. limit.1.* Butr. Alexand. & Marant. quos refert; sequiturquè Vincent. Carot. *dict. except. 132. num.5. vers. Hinc etiam,* Ripa *vbi suprà num. 4.* Carol. *de Grassis d. except. 32. numer. 210.* Camil. Borrel.*in repet. pragmat. Odia litium, §. 6. glos.1. num.4.*

Et statuto dictante, vt alicui detur ad aliquid
5 agendum terminus, *si à parte † fuerit petitus,* intelligi tradunt Ias. *in d.l. Admonendi,num.10. & sequenti, D.de iureiurand.* Alexand.*in l.Debitoribus,num.6.D. de re iudic.* Machel. patrocin. 45.*num.* 7. Carol.*de Gras. vbi sup.numero 111.* plura similia ex *num. 100.* vsque ad *num. 116.* adducens,tradit etiam alia Petr.Surd. *cons. 124. num.1.& 2 lib.1.*

Nec ex officio repellere aduersarium,nisi pars opponat, tenetur Iudex, partequè non contradicente,poterit publicatis attestationibus,† pu- 6
blicatione non obstante,testes Iudex admittere, Ias.*in l. Patre furioso, n.20. D. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris,& in d.l.* Amonendi.*num.12. D.de iureiurand.*Aymon Crauetа *cons.65. num. 2.* Anton.Gabri. *commun.conclus.lib.1. tit.de testib. conclus.21.n.77.* cum aliis, quos refert,sequiturquè Vincent. Carot. *d.except.132. n.15.* Inferens ex *num.16.* quòd licèt in criminalibus non admittatur procurator, *text. in l. penult. §. Ad crimen, D.de public. indic.* parte tamen non opponente, admittitur, nec processus est nullus, *glos.magist.in cap.1.verb.Criminales,* extra *de iudic. lib. 6. Specular. in tit.de procurat. §. 1. num. 9. vers. Sed pone,* Hippolyt. *de Marsil* (communem dicens) *in l.1.§. Sequitur, D. de quæstionib.* Sebastian.Banti. (multos huius sententiæ referens,communemquè, ac magis communem, nec ab ea esse recedens) *de nullitatib. proces. ac sentent.titulo de nullitate ex defectu inhabilitatis, seu mandati comparentium, numero 177.* perperè relatus cum Ægid. Bellamer. & aliis, per Vincent. Carot. *d.except. numero 16.* Licèt contrariam sententiam veriorem, & magis communem dicentem, referat Anton. Gabrielem *conclus. 10. numero 84. de maleficiis,* alios etiam adducit *Bantius vbi sup.* qui pro prima cum iam relatis tenent.

Etiamquè si lex aliquid *ipso iure* † fieri dis- 7
ponat, adhùc intelligitur *si petatur, glos. in l. Scimus, 36. verb. Ipso iure, C. de inofficios. testament.* cuius Ias. *ibi numero 1.* communem sententiam dicit, *glos. in l. Si constat, 4. verb. Ipso iure, C. de compensat. glos. in l. Vniuersa, 4. verb. Præbeatur. C. de precib. Imperat. offerend. Rota Roman. in antiq. decis. 25. numero 4. tiuul. de appellationib.* tradit latè Decius *consilio 138.numero 5.vers. Et ideo his præmissis, & numero sequent.* Roland. *à Valle consil. 81. num.8.l.3.decis. Bononiens.37.nu.22.* Sebastian. *de Medic.in tract. de compensation.par.2. quæst. 21.* Vincent. Carot. *d.loco, num.10. & 11.* vbi, quòd clausula, *Ipso iure,* non absolutam resolutionem,sed parte demum petente operatur.Tenet etiam Ioan. Cephal. *con.50. numero 1.* latè. Marta *in tractat.de clausul. part.1. clausul.291. numero 1.* post *Decium,* & alios *in l. De pupillo, §. Meminisse,numero 18.D.de noui oper. nunciatio.* propè infinitos referens Marius Giurba *decis.13.num.8.*

Idemquè etiamsi lex certum terminum Iu- 8
dici, vel Iudex parti, † præfixerit, quia nec tunc exequi, nisi requisitus adstringitur, iuxta latè deducta per *Paul. Castrens. cons. 100. lib.2.* Vbi concludit, quòd si aliquem infrà octo dies præsentare promisi, intelligitur, *si fuero requisitus,* nec ante requisitionem teneri promittentem, asserit, sequuntur Francisc. Ripa *in dict. l. Quarta, §. Hoc autem iudicium, numer.10.D. de damno infect.* Iacob. Menoch. *cons.132.num.14.vers. Sextò,* Herculan. *de cautione de non offendendo, capit. 23. numero 26.* Anton. Gabriel *commun. opini. tit. de solutio. conclus. 9. numero 2.* quos refert, & sequitur Vincent. Carot. *d. except. 132. numero 13.* idem etiam dicens, vbi iuramentum appositum est,plurimos in hanc sententiam refert,& sequitur Prosper Farina.*prax.crimin.1.p. quæst.34.*

quæst. 34. *n.* 125. Andre. Fachin. *controuers. lib.* 9 *cap.* 77.

Denique, vt alias huic principali regulæ ampliationes, quæ per suprà allegatos poterunt videri omittamus; ex eius ratione descendit, sententiam non posse ferre Iudicem parte
9 non petente, † aliàs fore nullam, nec executionem mereri, ex *text. in d. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium* (vbi not. Alex. *n.* 25.) *D. de damn. infect. text. in auth. Qui semel* (ibi, *Qui si causam persequi differat; reo postulante, tribus edictis citetur*) *C. quomodo, & quando iudex, text. in l. Properandum*, 11. §. *Et siquidem* (vbi not. Ias. *numer.* 4. *&* 5.) *C. de iudic.* allegat Paul. Castrens. dicentem, vidisse aliquando processum in quo continebatur sententia; & quia non apparebat ad cuius instantiam fuisset lata, pronunciatum fuisse, sententiam nullam; adducitquè etiam *glos. notab. in l. Sancimus*, §. *Cum autem, in verb. Per contumaciam*, *C. ad S. C. Trebel.* quæ Iudicem debere facere scribi in actis ad cuius petitionem actum faciat iudicialem, dicit: *text.* est etiam *in l. Ad peremptorium*, 68. *& in l. Et post edictum*, 73. *D. de iudic.* docentquè Roman. *singul.* 570. *& ibid.* Nico. Pig. & Gab. Sar. *eius Addition* Sebastian. Bant. *de nullit. sentent. tit. De nullitate ex defectu proces. siue ordinis iudiciarij, numero* 98. Vincent. Carot. *d. except.* 132. *numero* 17. *vers. Ampliatur* 7. Angel. *consilio* 267. (incip. *Constitutio S. R. E.*) *num.* 2. *vers. Quod autem dicta sententia, & in l. Si quis libertatem*, §. *Quoties*, *numero* 4. *D. de petit. hæredit.* Petr. *de Anchar. cons.* 167. (incip. *Visis diligenter*) *num.* 4. latè (plures huic conclusioni ampliationes assignans) Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. litera S. conclus.* 137. *per tot.*

Ex omnibus his igitur, nec in pauperum, miserabiliumquè personarum causa officium non petitum impartiri Iudicem posse; videbatur firmandum. In contrarium tamen se veritas habet. Pro qua facit *text. in l. Sancimus, la* 2. 28. *in ordine*; §. *Sed & si quis*, *C. de administrat. tutor. vbi* Bart. casum nouum, & singularem dicit, quòd iudex ex officio,
10 etiam non requisitus, dabit curatorem † ad litem ei, qui lite pendente curatore cœpit indigere, quia furiosus, vel prodigus effectus sit. Ad quod est etiam *text. in l. Fulcinius*, 7. §. *Adeo autem, vers. Planè si non defendatur, D. quib. ex caus. in posses. eatur.* obseruantquè Bald. *in cap.* 1. *numero* 20. *de milite vassallo, qui contumax est*, Ripa *in d. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, numer.* 41. *D. de damno infect.* alios referens Vincent. Carot. *d. tract. de remed. contra præiudic. sentent. d. except.* 132. *num.* 22. estquè communis, teste Caldas Pereyra *in l. Si curatorem habens, in princip. numer.* 25. *C. de in integ. restit. minor.* 25. *annis*, Roland. *à Valle cons.* 20. *num* 5. *lib.* 2. Et magis in terminis nostris est *text. in l. Nec quidquam*, 9. §. *Aduocatos*, *D. de offic. Proconsul.* cuius sunt verba: *Aduocatos quoque petentibus debebit indulgere, plerumquè fœminis, vel pupillis, vel alias debilibus, vel iis, qui suæ mentis non sunt, si quis eis petat; vel si nemo sit, qui petat, vl-*
11 *trò eis dare debebit.* † Inter quæ præcipuè notanda verba illa, *vel alias debilibus*, quibus pauperes continentur, vt & diximus latiùs *quæst.* 28 *num.* 49. *&* 50. & in specie notat etiam Vincent. Carot. *d. except.* 132. *numero* 26. Et per *d.* §. *Aduocatos*, tenet Bart. *in dict. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, numero* 1. *&* 2. *D. de damno infect.* Officium suum etiam non petitum impartiri Iudicem debere, licèt priuatam vtilitatem respiciat, si miserabiles † respiciat personas, & 12
actum pium: Idem firmat Cyn. & Bald. (per *text. ibi*) *in l. Mulierem*, *C. si mancip. ita venier.* idem Bald. *in d. l. Nec quidquam*, §. *Vbi decretum*, *D. de offic. Proconsul. & in authent. Adhæc, in fin. C. de vsur.* latè Alexand. *in d.* §. *Hoc autem iudicium, numero* 1. *& sequentibus, & in l. Diui*, 89. *numero* 7. *D. ad leg.* Falcid. plures refert Vincent. Carot. *d. except.* 132. *numero* 32. Petr. Rebuf. 1. *tom. ad constit.* Gal. *tit. de sentent. prouision. art.* 3. *glos. vltim. numero* 25. *& seqq.* Andre. Tiraquel. *de pia causa, priuileg.* 132. & est communis, secundum *Viuium in sylua commun. opini. opin.* 418. *num.* 9. Aymon. Craueta *cons.* 190. *num.* 8. *& seq.* vbi multa circa pupillorum educationem ponit, circa Ecclesias, & pauperes; Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. litera I. conclus.* 396. *num.* 15.

Pauperes autem miserabiles personas esse, † eorumquè causam piam, dubium non est, 13
diximusquè *in præfat.* & *quæst.* 52. *numero* 14. & (simpliciter in pauperibus loquendo) Cornel. Benin. (post alios quos refert) *de paupert. quæst.* 4. *princip. num.* 13. Auiles *in capit. Prætor. cap.* 6. *num.* 5. *&* Montal. ab eo adductus, & alij ex proximè relatis.

Hincquè, fit in alimentorum † causa offi- 14
cium suum (licèt non petitum) impartiri debere Iudicem; *text.* est *in d. l. Diui*, 88. (*aliàs* 89.) *D. ad leg.* Falci. *& ibi* Alexand. *numero* 7. Ripa *in d.* §. *Hoc autem iudicium, numero* 26. Aretin. *in capit.* 1. *numero* 23. *vers. Secundò, quia*, extra *de probat.* Andre. Tiraquel. *d. priuileg.* 152. Cordub. *de Lara in l. Si quis à liberis*, §. *Vtrùm*, *numero* 11. *D. de liber. agnosc.* Vincent. Carot. *vbi suprà numero* 36. Petr. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 4. Crau. *&* Tusch. locis proximè relatis.

Inquè dotis † causa, est *text. in l. Si cum* 15
dotem, 23. §. *Ego autem tempore*, *D. solut. matrim. text. in l. Profectitia*, 5. *ver. Sed si proponas*, *D. de iur. dot.* Cum pia sit, *l. Cum is*, 32. §. *Si in ea opinione si mulier, suprà de condict. indebiti*, vbi latè Ias. traduntquè Alexand. *in d.* §. *Hoc autem iudicium, numero* 5. *&* 6. Andre. Tiraquel. *de priuileg. pia caus. in præfat. vers. Item cum dos*, Francisc. Viuius *opini.* 57. *nu.* 9. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 115. *num.* 16. Vincent. Carot. *d. except.* 132. *num.* 34. Hæc tamen iuxta dicta à *Nobis quæst.* 52. *numer.* 15. *& seqq.* intelligendo, si pauperi alimenta, vel dos debeantur.

Hinc etiam fit, posse Episcopum (instante nemine) † ad soluendum legata pauperibus re- 16
licta, vel pia, hæredem compellere, *authent. de Ecclesiast. tit.* §. *Sin autem hæres*, *collatio.* 9. Tiraquel. *d. tractat. priuileg.* 149. Alexand. *in d.* §. *Hoc autem iudicium d. legis* 4. *D. de damno infect. numero* 7. Idquè facere posse Iudicem, si Episcopus sit negligens, docent Bart. *in d. l. Nec quidquam*, §. *Obseruare, numero* 1. *D. de offic. Proconsul.* Vincent. Carot. *d. except.* 132. *numero* 30. Aymon Craueta *d. cons.* 190. *numero* 10. Didac. Couar. *in capit.*

Si

Si hæredes, numero 4. de testament. Vbi quòd etiam ante annum ad præstationem legati pij hæredem compellere Iudex potest, per *tex. ibi in dict. capit. Si hæredes*, & *Nos* in 2. huius tractatus parte (Deo dante) dicemus.

17 Sic licèt ad concordiam, † vel compromissum partes nequeat compellere Iudex; *text.* est *in authen. vt litig. iurent*, §. *Quia verò lex* (quem ad hoc notabilem dicit ibi Angel.) *collat. 9.* ibi *Aut cogere transactiones, aut pacta quædam cum suis aduersarijs exponere, tex. in l. 4. D. de curat. dotis ab his, l. Non distinguemus*, 37. §. *Quæsitum, D. de recept. arbitris gloss. in l. Furti 6. in* §. *Qui iussu, D. de his qui not. infam. & ibid.* notat Bart. *tex. in l. Si dictum*, 56. §. *Si compromisero, D. de euict. text.* (*& ibi* Bald. *numero 1. & 2.*) *in l. Ex stipulatione*, 7. *C. de sentent. & interlocut. omni. iudic.* idem Bald. *in l. 1.* §. *Quies, numero 2. D. de offic. Præfecti vrbis*, Bart. Paul. Alexand. Alexand. & Ias. *in l. Quidam existimauerunt, D. si cert. pet.* Alexand. *in l. 1.* §. *Et post operis, numero 7. D. de noui oper. nunciation.* Abb. *in cap. 1. numero 1. de trieng. & pace*, Socin. Iun. *cons. 24. numero 9. lib. 1.* Bart. Bal. & Ias. *in l. Æquissimum, D. de vsufruct.* Matth. de Afflict. *decis. 149. numero 5.* Lanfranc. *de Oriano in tract. de arbitr. quæst. 45.* Iacobus Nouel. *in practi. & theoric. causar. criminal. in cap.* quod incipit, *Quoniam docet experiẽtia, n. 57. fol. mihi 226.* Vincent. Carot. *de remed. contra præiud. sent. de except. 132. numero 19.* Camel. Borel. *in summa decis. tit. 63. de compromissis*, §. 2. *gloss. 3. numero 5.* Francisc. Viui. *decis. 57. numero 10.* Iacobus Menoch. *cons. 469. numero 22. volum. 5.* Petr. Barbos. *ad l. 1. art. num. 231. & sequenti. D. de iudic.* Hieronym. Magon. *decis. Lucens. 73. numero 11.*

18 Si tamen litiget cum diuite † pauper, ne opprimatur. potentia, sumptibus, incommodis, longisque ambagibus, ac dilationibus vexetur, ad concordiam eos poterit ex officio compellere Iudex. Bene facit *tex. in l. illicit. 6.* §. *Ne potentiores, D. de officio Præsid.* prædictamque sententiam tenet Sebastian. *de Medic. in tract. de casib. fortuit. 2. part. quæst. 4. numero* 28. ita voluisse referens Cardinal. *in capite fin. treug. & pac.* Ferret. *in tract. de feriis, & induciis, numero* 24. sentireque Abbatem *in d. capit. 1. n. 2. treug. & pac.*

Pro qua etiam facit, quia vbi animæ periculum vertitur, † (vt in præsenti) officium suum
19 (etiam non petitum) impartiri debet Iudex, *tex.* est *in cap. Placuit*, 9. *dist.* 90. *glos. in capit. Cupientes*, §. *Vel si personas, verb. Contumacia de electione, in 6.* Francisc. Ripa *in d. l. 4.* §. *Hoc autem iudicium, numero* 24. *D. de damn. infect.* Abb. *in rubric.* extra *de treug. & pac.* Vincent. Carot. *d. excepti. 132. n. 33.*

VTRVM A COMPARENdo coram Iudice excuset paupertas? debeatque pro iureiurando à pauperibus recipiendo ire, mittere vè Iudex?

SVMMARIVM

1 *Iudex pro ireiurando à personis egregiis, vel valetudinariis recipiendo, ad earum domum mittere debet.*
2 *Paupertas vilitas appellatur. Nobilitas appellatur.*
3 *Nobilitas paupertate amittitur. Contra* numero 10.
4 *Dispositio* legis ad personas, 15. D. de iureiurand. *ad pauperes extendenda non est. Contrà* num. 7. & sequentibus.
5 *Pars, quæ testes producit, expensas pro eundo, stando, & redeundo, eis debet præstare.*
6 *Secundumque personæ conditionem sunt præstandæ, remissiuè.*
7 *Contumax in comparando non dicitur, qui ob paupertatem comparere absque verecundia non potest.*
11 *Nobilitas diuitiis conseruatur, fulcitur, & augetur, sine quibus, si non mortua, inter mortua tamen, & obscura, quasique manca, & mutila dici potest.*
12 *Valetudinarij, & paupertate pressi aquiparantur. Et quando hoc locum habeat, vel non?* n. 15.
Paupertas idem operatur quod mors, ibid.
13 *Æquiparatorum eadem debet esse ratio.*
14 *Pauper infirmus dicitur.*
15 *Æquiparatorum non semper idem, nisi eadem sit ratio, est iudicium.*
16 *Intellectus ad* text. in cap. Si qui testium, 8. de testibus, & n. sequentibus.
18 *Pars producens testes non teneatur ad damna, etsi ad expensas teneatur.*
19 *Testis vltra expensas capiens, corruptus dici potest.*
20 *Pauperes à tutelæ administratione, vt curis domesticis vacare possint, excusantur.*
21 *A contributione, & seruitiis, præsertim personalibus, remissiuè.*

QVÆSTIO XXXVI.

PAulus Iurisconsultus *lib. 6. ad edictum, in l. Ad personas*, 15. *D. de iureiurand.* ad personas solùm egregias, † vel valetudinarias pro iu- 1
reiurando recipiendo, mittendum; in hæc statuit verba. *ad personas egregias, eosque qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iusiurandum.* Vndè nullo modo huiusmodi fauore pauperes benè valentes frui posse, deducitur. Tantùm enim abest, vt egregiæ personæ pauperes sint, vel à nobilitate, claritateque paupertas; vt vtilitas † potiùs appelletur *in l. 2.* §. *Quid enim* (ibi: *Et paupertatis detegi vilitatem, &c.*) *C. quando, & quibus quart. pars debeat. lib. 10.* Imò, vt & qui nobiles sunt, propter paupertatem nobilitatem amittant, † nobile- 2
sque esse desinant, vt insinuauit Bart. *in l. 1. n. 47. C. de dignit. lib. 12.* Ioan. de Platea, Socin. & alij relati per Gaspar. Baeçam *de inope debitore, cap. 16. n. 1.* Facitque illud *Euripidis philosophi in Hecuba. Scis ne* (inquit) *quòd nobiles quidem mortalium dum pauperes sunt, non amplius clari existant.* Plura circa hæc *quæstione 6. n. 1. & seqq.* præcipuè à *n. 3.* tradidimus.

Nec ea solùm ratione, quod egregiæ personæ pauperes non sint, ad eos *dicta legis ad personas*

4 dispositio † extendi non debet; sed neque impotentiæ. Cum pars, quæ testes producit (si hoc casu, alteriusque in causa loquamur) pro eun-
5 do, stando, & redeundo necessarios † teneatur præbere sumptus, vt determinat *text. in c. Statutum, 11. §. Proferendo, in fin. de rescript. lib. 6. l. Quoniam*, 10. *C. de testibus l. Eos*, 6. §. *Si quis autem, C. de appellat.* plenè post Surd. Menoch. multosque alios ibi relatos, Bernard. Græuæ. *concl. Came. Imper. concl. 99. numero 1. & seqq.*
6 *lib. 1.* Secundumque personæ † deponentis conditionem præstandos, *quæst. 4. n. 19.* aduertimus. *In propria* verò causa, *non comparandi* excusationem nequaquam paupertatem præstare, rationes indicant assignatæ.

Quibus tamen non obstantibus dictæ *legis ad personas* dispositionem ad pauperes (etiam
7 rectè valentes) extendendam, † nec ad Iudicem ire cogendos, coramque eo deponere, si ita paupertate premantur, vt eis indecorum id sit, neque absq; verecundia, paupertatis ratione possint comparare, probat *tex. cum glo. ibi in cap. Si qui testium*, 8. *de testib. & attestat.* Cuius sunt verba. *Si qui testium valetudinarij sunt, & senes, vel debilitate confecti, aut paupertate depressi, ita quòd non possint ad vestram præsentiam adduci: ad ipsos recipiendos mittatis personas idoneas, & discretas.* Probat etiam *tex. cum glossa fin. in l. Inuiti*, 8. *D. de testib. Inuiti* (inquit Scæuola) *testimonium dicere non coguntur senes, valetudinarij, milites vel illi, qui cum Magistratu Reipublicæ causa absunt, vel quibus venire non licet.* vbi *gloss. verb. Non licet*, de illis qui sine decore apparere non possunt (iuxta *text. in l. In eadem*, 10. *§. in vinculis, & ibid. gloss. D. ex quib caus. maior.*) intelligit.

8 Nec tunc contumax † in comparando, qui aliqua ex relatis causis (& sic paupertate) se potest excusare, iudicatur, dict. iuribus sup. Felin. Alex. & alij, quos refert, & sequitur Anton. Grauat. *in addit. ad Oldanian. Vestr. in pract. lib. 4. cap. 4. tit de dolo, & contum. numero 7. verb. Paupertas, in princip.* Qua de re plura Nos in secunda cuius tractatus parte. Prædictamque
9 sententiam † tenuerunt etiam Ludou. Roman. *singul. 173.* vbi sic de facto (per *d. gloss. in cap. Si qui testium*) Romæ decisum fuisse asserit, eiusque *Additio*, alios eiusdem sententiæ refert, Cornel. Beninc. *de Paupert. speciali 10. in iudic. num. 30. cum seqq.* Ioan. Arce *ab* Otalora *de nobilitate, cap. vlt. 5. part. numero 16.* veriorem hanc sententiam dicit Vincent. Carot. *in tract. de iurament. litis decisorio, quæst. 5. decimatert. quæstion. principal. numero 10. 11. & 12. folio mihi 311.*

Ratione igitur indecentiæ, vel dedecoris vitandi, pauperes, nobiles, vel etiam honestas personas (quibus pro earum conditione indecorum esset coram Iudice comparere) memorato frui fauore non ambigitur. Non enim
10 priuat verecundia, † aut nobilitate paupertas, vt est *text. in l. Humilem, 7. C. de incest. nupt.* vbi (ex sententia *Imperatorum Valenti, & Martiani*) humilis, vel abiecta fœmina minimè iudicatur, quæ licet pauper, ab ingenuis parentibus nata sit. Per quem suprà dictam sententiam probant *ibi* Bart. Bald. & alij multi; quos refert, & sequitur Andr. Tiraquell. *de nobilit. capite 25. numero 5. cum seqq.* Cornel. Beninc. *d. speciali 10. in iudic. d. numero 30* Gaspar. Baeça *de inope debitore, cap. 16. numero 17. & 18.* Bonus de Curt. *in tract. de nobilitate, part. 7. numero 4.* Nobilitas enim siue à maioribus descendens, siue propriis acquisita meritis, externis non pendet, egetvè diuitiis, vt nominatim inquit *Bonus de Curt. suprà d. numero 4.* Animi addens nobilitatem nil cum diuitiis habere commune, sicut nec habet cum possessione proprietas. Plura nos in huius rei confirmationem tradidimus *quæstione 6. numero 70.*

Etsi verum sit diuitiis conseruari, fulciri, † 11
imò & augeri nobilitatem. Sicut enim Fides sine operibus mortua est; ita & nobilitas sine diuitiis, si non mortua quidem; inter mortua tamen, obscura, & quasi manca, mutilaque dici potest, vt notat Bonus de Curt. *d. loco*, vbi & *Rodericum Episcopum Zamoren. in Speculo humanæ vitæ, lib. 5. cap. 6.* adducit dicentem: *Sunt diuitiæ non formaliter inducentes claritudinem generis; sed instrumentaliter, tanquam signum nobilitatis*: tenet etiam Baeça *dicto capite 16. numero 2.* Facit illud Iuuenal. *satyr. 3.*

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat.
Res angusta domi.

Non solùm autem honestatis, verecundiæque ratione huiusmodi gaudere debet priuilegio pauper: sed ex alio eiusdem *legis ad personas* capite (quo id ipsum in valetudinariis, vel infirmis constituit, & dicti *cap. Si quis testium*) idem obseruandum volunerunt aliqui. Ea ratione, quia valetudinarij, & paupertate pressi † 12
æquiparantur, *l. Illud, 16. C. de Sacros. Eccles.* Bald. *in l. Non exigimus*, §. *Si quis in iudicio*, *numero 9. D. si quis caution. & consil. 465. numero 2. lib. 1. & consil. 381. numero 3. & in l. fin. numero 5. codice de condit. insert.* Marc. Mant. *sing. 31. numero 4.* Franc. Monald. *consil. 45. numero 2. lib. 2.* Sebast. *de Medic. in tract. de casib. fortuit. 2. part. quæst. 4. numero 8. & in tract. Mors omnia soluit, 1. parte, numero 103. pag. 3. in fine, versic. Tertiò paupertas idem opperatur, quod mors.*

Æquiparatorumque † eadem debet esse ra- 13
tio, *glossa in cap. Si postquam, 33. §. fin. verb. Prouisione, de electione, lib. 6.* Iaf. *in authent. Quas actiones, numero 19. C. de Sacrosanct. Eccles.* latè, & eleganter Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera E. conclus. 308.* vbi per triginta quatuor numeros hanc comprobat, *& lit. C. conclus. 1041.*

Imò pauper infirmus † dicitur teste Sopho- 14
cle *in Creusa*, in hæc verba.

Sunt autem nonnulli, qui
A morbis immunem laudant.
At mihi nullus videtur,
Qui pauper sit, vacare morbo,
Sed ægrotare perpetim.

Prout eum Andr. Tiraq. refert, *in tract. de nobilit. cap. 3. num. 12.*

Ex quibus, dictam sententiam, intellectumque ad *d. l. ad personas*, & *ad d. cap. Si qui testium*, non solum in paupere nobili, vel honesta persona, cui ob id indecorum esset coram Iudice ad testimonium ferendum comparere; sed etiam quolibet alio paupere (per dictam infirmitatis, paupertatisque

UAB Biblioteca de Ciències Socials

pertatisque æquiparationem, dictorumque iurium dispositionem) locum habere; tradit Cornel. Benin. *d. spec. 10. in iudic. num. 33. & seqq.*

Vt tamen verum fatear, in hoc secundo capite difficilior mihi hæc redditur sententia. Quia licet paupertas, & infirmitas æquiparentur; id vbi eadem est ratio, † & vbi paupertas actui gerendo, sicut infirmitas impedimento esse posset, procedet. Æquiparatorum enim non semper idem iudicium est, nisi eadem sit ratio; secùs si diuersa, vt notant Iaſ. & cæteri communiter *in l. 1. n. 9. D. de verb. oblig.* Sed in præsenti paupertas (sublato verecundiæ, dedecorisque impedimento) nullum aliud impotentiæ ratione actui gerendo præstare potest: igitur non idem quod infirmitas operabitur.

Impotentiamque impedimento esse non posse, quo minùs pauper coram Iudice ad deponendum compareat; constat ex eo, quod suprà notauimus, testi producto ad deponendum necessarias præstandas forè à parte producente expensas. *Testusque* in *d. cap. Si qui testium*, vel in primo capite, † vbi absque dedecore comparare pauper coram Iudice in propria causa non posset; vel in testibus officio Iudicis receptis, quibusvè expensæ præstandæ non forent, qui per impotentiam comparendi excusati existerent, poterit intelligi.

Potuit præterea *tex. in d. cap. Si qui testium* † non tantum ad impotentiam (cum ad expensas teneatur producens) sed etiam ad damna (ad quæ non tenetur) † respicere, iuxta *text. in cap. In nostra, 8. de iniuri. & damno dat.* ibi: *Cum igitur aliud sit damnorum restitutio, quàm satisfactio expensarum:* docetque in specie Bald. *in l. fin. in fin. C. de fruct. & liti. expens. glos. margin. in d. cap. Statutum, 11. §. penult. in fin. super verb. ministrari, de rescript. in 6.* ad id inferens, & notans, quia si testis † vltra expensas caperet, diceretur corruptus. Qua de re plenissimè (omnino videndus) Bernard. Græuæ. *in pract. Camer. Imperial. lib. 1. concl. 99. per tot. à n.* præcipuè 16.

Iura enim valdè pauperum commodis prouident, & ne damna patiantur, à curisque domesticis subtrahantur, multa in eorum fauorem specialiter concessa extant. Ideóque & à tutelæ † administratione excusantur, *text. in l. Paupertas 9.* vbi etiam notat *glo. D. de excusat. tutor. & in §. Sed & propter paupertatem, instit. eod. tit. & ibid.* Accurs. Et à contributione, † seruitiisque (præsertim personalibus (immunes existunt, vt quæstione dicemus *sequenti*. Et hic est nouus, verusque (meo iudicio) intellectus ad *tex. in d. cap. Si qui testium*, eiusque vera hæc decidendi ratio.

Ex quo deprehenditur, colligiturque manifestè, pauperes non solùm honestatis, verecundiæque ratione, vel ex infirmitatis cum paupertate æquiparatione ad comparendum coram Iudice deponendi causa non esse compellendos; etsi eis pro eundo, stando, & redeundo, offerantur expensæ: sed etiam damni incommodique vitandi, quod pauper, eiusque familia ex illius absentia perpeti posset.

VTRVM A DECIMARVM præstatione Deo, hominibusvè debitarum excuset paupertas?

SVMMARIVM.

1 *Decimarum multæ sunt species, & de earum natura, & differentia, remissiuè.*
2 *Decimæ in honorem Dei Opt. Max. debitæ, iure Diuino præstari debent.*
3 *In cognitionemque vniuersalis dominij, & de iustitia debentur.*
Iniustitia propter inopiam facienda non est. ibid.
4 *Decimæ dicuntur Ecclesiæ, possuntque ab ea (secundum probabiliorem sententiam) vendicari.*
5 *Pauperes si extrema non premantur inopia decimas præstare tenentur. Contra* n. 7 & 8.
6 *Ecclesia, vel eius ministri debent misericorditer cum pauperibus agere, tantumque eis relinquere, quo viuere possint.*
8 *Pauper qui ob paupertatem decimas non soluit, an data possibilitate, cum ad meliorem fortunam deuenerit, eas restituere teneatur?*
9 *Ordines Mendicantium an & ex quibus decimas præstare teneantur?*
10 *Paupertas à decimæ Papalis præstatione excusat eum, qui præter congruum sui ipsius, & familiæ victum non habet.*
11 *Et à decimis, tributis, taliis, Regiisque collectis, aliisvè Dominis temporalibus debitis. Intellige vt duobus* n. seqq.
14 *Munera ordinaria, qua dicantur? remissiuè.*
15 *Pauperum tutoribus decima aliàs pro labore præstari solita, non debetur: remissiuè.*

QVÆSTIO XXXVII.

DEcimarum multæ sunt species, † aliæ namque Deo Optimo Maximo, eius Ecclesiæ, Ministris, ac Prælatis, aliæ Regibus, Dominisque temporalibus. aliis etiam priuatis personis officij ratione debentur. De quibus latè (præter alios) agit Card. Dom. Tusch. *pract. concl. lit. D. concl. 63. per tot.* vbi quòd sunt prædiales aliæ personales, aliæ spirituales, aliæ temporales, aliæ Papales, & Episcopales, vel beneficiales. De quarum omnium natura, & differentia plenè *concl. sequent. vsque ad concl. 70.* inclusiuè; & ex *concl. 81. ad concl. 86.* exclusiuè tractat. A quarum decimarum præstatione videndum nobis est, an paupertas excuset? Et in primis in decima in Dei Optimi Maximi honorem debita. A qua paupertatem non excusare, videtur dicendum, cum huiusmodi decimæ iure Diuino † debitæ sint *Exodi 22. Leuit. 27. Deuteronom. 12. 14. & 26. Num. 4. & 18.* Et de iure Canonico *text. in cap. Decimas, 16. q. 1. cap. Paroquianos, 14. & cap. Tua, 26. de decim. cap. Cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.* Estque sine controuersia sententia, vt tradunt Hiero. Ceuall. Bellug. Petr. Gregor. Matthæ. de Afflict. Ioan. Paul. Lancellot.

Pet.

Pet.Foller. Daniel. Ventor. Iacobus Menoch. Ioseph. Ludouic. Pet. Cened. Anton. Capit. Franciſc. Marc. Anaſtat. Germ. Ioann. Ferrar. Montan. Anton. Scapp. Angel. Gambel. & alij, quos refert, & ſequitur Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. tit. 19. de decimis, numero 1.* propè infinitos Sacræ Paginæ locos in hanc rem congerens, planè etiam Didac. Perez *in l. 1. tit. 5. lib. 1. Ord. gl. 1. verb. Temporales, verſ. vlterius, & quinto*, Cardin. Tuſc. *dicta littera D. concluſ. 62. n. 4. & ſeqq.*

3 In recognitionemque † vniuerſalis dominij Deo Optimo Maximo debentur, *text. in d. cap. tua nobis, 26. de decim.* Cornel. Beninc. *de pauper. ſpeciali 6. in iudic. numero 2.* Anton. Capit. *deciſ. 20. numero 5.* Anton. Faber. *in ſuo Codice, lib. 1. tit. 3. de Epiſcop. Cleric. & Monachis, definit. 1.* & de iure Regio eſt *text. in d. l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordinam.*

Vnde, etiam à pauperibus huiuſmodi erunt præſtandæ decimæ; quia cum debitæ & ipſi Deo de iuſtitia ſint, vt defendit *P. Suarez de Relig. lib. 1. c. 36. numero 1. verſ. Supponimus item* nõ eſt propter inopiam iniuſtitia facienda, iuxta notata infrà. *quæſt. 39. n. 4.* Quinimò non ſolùm debitæ ſunt; ſed ipſius Eccleſiæ ex Diuina reſeruatione dici, poſſe, ideóque vendicari † 4 (ſecundum veriorem ſententiam) profitetur Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. quæſt. 200. numero 1.* Qua de re pleniſſimè ad vtramque partem Suarez *proximè relato loco à numero 2. cum ſeqq.*

Ac ideò præſtandas à paupere eſſe, niſi extrema prematur paupertate † (cum tunc omnia ſint communia) tenet Abb. *in cap. cum homines, ex numero 5. cum ſeqq. de decim. & ibid.* Ioan. Andr. poſt *gloſ. in cap. Quia tua, 12. quæſt. 1. gloſſ. fin. in fin. Raymund. in ſumma de decimis vltra med. verſ. Quid ſi aliquis longo tempore,* Hoſtienſ. *in ſumma de decim. §. Virùm præſcribantur, verſ. Octauo quæritur de his, qui longo tempore*, Barthol. Bellencin. *in tract. de charitatiuo ſubſidio, qæſt. 77. numero 2.* Angel. de Clauaſ. *in ſumma, §. Decima, numero 13.* & multos alios (mendosè tamen) huius ſententiæ (quos ipſe ſequitur) refert Camill. Borrell. *in ſumma d. tit. 19. numero 83.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. quæſt. 200. Sarmiento de redditib. Eccleſ. 3. par. cap. 4. n. 12.*

Addit tamen Cornel. Beninc. *ſup. numero 29.* Eccleſiam, vel eius miniſtros debere cum pau- 6 pere miſericorditer † agere, tantumque ei relinquere, quo viuere poſſit, & per hoc decimarum ſolutionem in totum, vel in partem remittere, ex D. Thom. 2. 2. *quæſt. 87. art. 4. in fin.* cui videtur aſſentire Vincent. Carot. *deciſ. 52. numero 6.* approbatque Genuenſ. vbi ſuprà: & firmat *text. in cap. Quoniam*, quod eſt fina. *16. quæſt. 1.* nouiſſimè Hieron. Buccar. (neminem ex ſuprà dictis allegans) *de different. inter Iudic. Ciuil. & Crimin. de differ. 100. numero duodecimo.*

Contrarium tamen (ad harum nempè decimarum ſolutionem non teneri pauperem, † 7 ſi vltra ſibi, familiæque neceſſaria non percipiat) ſentit, licet non firmet *gloſſ. fin. in cap. Quia tua, 12. quæſt. 1.* Non enim debet quis ſibi neceſſaria ſubtrahere, vt Eccleſiæ det, vel pauperibus, nec per conſequens tunc iniuſtitiam committere, qui ſe à tali onere, ſolutioneque ſubſtrahit, iudicabitur, ex *text. in cap. Non mediocriter, 24. de conſecrat. diſt. 5. cap. non ſatis, 14. 86. diſt.* Firmantque hanc ſententiam *Doctor antiquus* adductus à Ioan. Andr. & Abbat. *in d. cap. cum homines, de decim.* Palac. Rubeus *in repet. rubricæ de donat. inter vir. & vxor. §. 65. n. 46.* Franc. Marc. *deciſ. Delphinat. 198. n. 6.* Idque verum, & æquitati conſonum cenſet Didac. Perez *in l. 2. d. tit. 5. lib. 1.* Ordinam. *gloſ. vnic. verſ. præterea dubitatur.* Neceſſitate vero ceſſante, dataque poſſibilitate † teneri decimas 8 Eccleſiæ reſtituere credit, argumento *tex. in cap. Quod pro neceſſitate, 41. 1. quæſt. 2. & cap. Magna, 7. de voto, & voti redemptit.* cum *gloſſ.* & aliis iuribus ibi per eum adductis. Imò nec in hoc caſu ad reſtitutionem decimæ teneri pauperem, qui ſolum ſibi, familiæque ſuæ neceſſarios fructus recollegit, licet ad pinguiorem deuenerit fortunam; obſeruat Hier Ceuall. *communium contra commun. q. 729. n. 12.* in prædictamque ſententiam (pauperem in præſenti à decimarũ ſolutione excuſari) inclinat Vincent. Carot. *d. deciſ. ſiue caſu 52. n. 6.* Et in facti contingentia, cum propter magnam paupertatem, & onera cuiuſdam Vniuerſitatis Regni Neapolitani eius incolæ à ſolutione decimarum Parocho facienda excuſationem prætenderent; fuiſſetque in Curia Epiſcopali illius diœceſis lis mota, ab eiuſque Epiſc. cauſa *Ioanni Aloyſio Riccio* ommiſſa; ad ſoluendas decimas, ſi ob id neceſſariis ad victum priuarentur, pauperes non teneri, reſoluit, vt videre eſt apud ipſummet Rixium *in ſua praxi variar. reſolut. 155. per tot.* Qui poſtquam pro negatiua, rationeſque deduxit, hæc *n. 1.* adiicit. *Contrarium tamen reſolui, ſcilicet non teneri pauperes ad ſoluendas decimas, ſi ob id ſubſtraherentur neceſſaria ad victum; & fui motus ex eo, quòd quando aliquis non recolligit de vſufructu, niſi quantum ſibi ſufficit, & eius familiæ; in hoc caſu paupertas ipſum excuſat. Et facit: nam nemo tenetur ſibi ſubtrahere neceſſaria, vt illa det pauperibus, vel Eccleſiæ, cap. Non mediocriter, de conſecr. diſtinct. vlt. & iſtam partem tenet* Maluc. *Doctor antiquus, in cap. licet, de cenſibus quem refert* Ioan. Andr. *in d. cap. Cum homines, de decim, vnde ſecundum* Panorm. *ibi, talis non debet ſoluere decimam, ſed Eccleſia debet remittere tantum, quo viuere poſſit, quia Eccleſia debet pauperibus de ſuo ſubuenire: allegat notata per gloſſ. in cap. Quicumque, 16. quæſt. 7. Quinimò ſecundum* Panorm. *in d. cap. Cum homines, vbi eſſet tanta inopia alicuius, quod ſi ſolueret decimam fame periret; non tenetur ad ſoluendas decimas, nam tempore neceſſitatis omnia ſunt communia, & licitè poteſt aliquis furari in extrema neceſſitate ad ſuſtinendam vitam. cap. Sicut, 47. diſtinct. cap. Si quis, de furt. tunc enim non dicitur furtum. Et pro iſta parte facit, quòd licèt regulariter non debeat ſolui pecunia pro qualitate, vel pro ſpecie, l. 2. §. mutui datio, D. ſi cert. pet. & maximè in decima, quæ debet ſolui de frumento ex certo prædio, prout ſuprà dictum fuit, ſicut in cenſu pro directo dominio; tamen iſtud intelligi, niſi caſus neceſſitatis obſtet, quando ſcilicet non poſſet reperiri, quia tunc benè poſſet vnum pro alio ſolui, vt in authent. de fideiſſ. §. pec. col. 1. in auth. Hoc niſi, C. de ſolut. & maximè in Eccleſia debitrice, quia ſi non habet vnde ſoluere pecuniam, tunc in ſubſidium poteſt dare in ſolutum aliquas*

res

UAB Biblioteca de Ciències Socials

res mediocres Eccleſiæ, vt in authent. de alienat. emphyt. §. Quæcumque, verſ. Verò ſecundùm prædictum, coll. 9. in auth. Hoc ius porrectum, C. de Sacroſ. Eccleſ. Ergo videtur idem ius è contrà, quando laicus eſt debitor Eccleſiæ in caſu neceſſitatis, &c. Quod & alijs argumentis numeris ſeqq. confirmat, quæ & Nos proſequimur infrà

Hucque ſingulare illud ius aliquantulum
9 reſpicere videtur Franciſcorum, † Auguſtinianorum, aliorumque Ordinum Mendicantium, vt fructuum in horum fundis perceptorum, quos propriis ſumptibus, ſine manibus colunt, decimas nullas debeant, aliorum debeant. Secundum quam diſtinctionem iudicatum fuiſſe in *Sacro Sabaudiæ Senatu contra Auguſtinianos Seyſſelli, & S. Petri de Arbigny, in cauſa Franciſcanorum De la Cambre, & Canonicorum eiuſdem loci. 3. id Iul.* 1588. teſtis eſt Anton. Faber. *in ſuo Cod. definit. lib. 1. tit. 3. definit. 1.* Qua de re pleniſſimè Suarez *de Religione lib. 1. cap. 18. à numero 2. cum ſeqq.*

10 Ita & fortiori ratione à decima Papali † perſoluenda paupertas excuſat eum, qui præter congruum, decentemquè ſui ipſius, & familiæ victum non habet; ſic (poſt alios quos allegat) tenet Bartholom. Bellecin. *de charitatiuo ſubſidio, quæſt. 77. numero 1.* Nicol. Boër. *deciſ. 135. num. 3.* Gaſpar. Boëça *de decim. tutor. cap. 10. num. 10.* Ioann. Gutierr. *de tutel. 3. part. cap. 12. n. 6.* diximuſquè etiam *quæſt. 28. n. 69.* & latiùs *quæſtione* dicemus *ſequenti.*

11 Idem & in decimis, tributis, † talijs, & collectis Regibus alijsvè Dominis temporalibus debitis, à quibus excuſat paupertas, *l. 4. §. Inopes, D. de muner. & bonor. cap. Licèt. 4.* extra *de cenſib. gloſ. in l. Omnes, la. 1. 3. in ordine, verb. Compelletur, C. de annon. & tribut. lib. 10.* Facit *text. in l. Honor. 14. §. De honoribus, D. de muner. & honor. & in l. Illicitas. 6. §. Nè tenuis, D. de offi. Præſid. & text. in l. Indictiones. 2. C. de annon. & tribut. lib. 10.* tenentque Bald. *in auth. Defuncta, numero 12. C. ad Senat. conſ. Tertul. & in l. Etiam, numero 17. C. de execut. rei indic.* Cornel. Beninc. *de paupert. ſpeciali 4. princip. numero 26.* Franciſ. Marc. *deciſ. Delphinat. 198. numero 5. par. 2. & dec. 489. numero 9. & deciſ. 490. numero 7. lib. 1.* Palac. Rube. *in repet. cap. Per veſtras, §. 1. verſ. Nota ſecundò, numero 8. vbi eius* Addit Hippolyt. *de* Marſil. *ſing. 819.* Sebaſt. *de Medi. in tract. at. de caſib. fortuit. 2. par. quæſt. 5. numero 13.* Generard. *de Petraſanct. ſing. 73. & ſingul. 101. in fin. verſ. Et prædicta faciunt,* Remig. *de* Gonny *in tract. de charitat. ſubſid. quæſt. 37. numero 10. & 11.* Quintill. Mandoſ. *demonitor. quæſt. 37. numero 4. & 5.* Petr. Royz. Maur. *deciſ. Lituanic. numero 283.* Petr. de Auendaño *de exeq. mandat. 2. part. cap. 14. numero 33.* Roland. *à* Valle *conſil. 6. numero 20. & ſeqq. lib. 1.* Cardin. Tuſch. *litera C. concluſ. 447. num. 16.* Marius *de Apicella allegatione 6. num. 34.* Aniles *in cap. Prætor. 33. verb. Probres, numero 4.* Nicol. Feſtas *in tract. d. extimo, & collect. 4. part. cap. 2. numero 60* Pro hacque ſententia faciunt de iure Regio *text. in l. 10. & 11. tit. 13. lib. 9. nouæ Reg. Colect.*

Intelligendum tamen eſt, huiuſmodi exemptionem in collectis, talijs, vel tributis extraordi-
12 narijs, † & perſonalibus procedere, locumquè habere; ſecùs in realibus, & ordinarijs, in quibus pro rata cum alijs contribuere pauper, miſerabiliſquè tenetur, vt ex Bald. & alijs proximè relatis colligitur, & notat in ſpecie Flores Diaz *de* Mena (poſt Bart. & Ioann. *de* Platea *in dict. l. Omnes, C. de annon. & tribut. libro 10.* Nicol. Feſt. & alios) *variar. quæſt. lib. 2. quæſt. 21. numero 130.* Ioann. Aloyſ. Ricci. *d. reſolut. 115. numero 3.* Sebaſtian. *de Medic. in tract. Mors omnia ſoluit, part. 1. numero 103. pag. 4. verſ. Quintò paupertas excuſat ab oneribus perſonalibus,* Alexand. Raudenſis *de analog. lib. 1. cap. 40. numero 23. & ſeqq.* vbi cum, qui intolerabili paupertate premitur, id eſt, qui operibus tantùm ſuis viui, † ab omni onere, con- 13
tributionequè excuſari, ex plurium ſententia reſoluit. Apud quem etiam *numero 35. & ſeq.* quæ onera ordinaria, † extraordinariavè dicantur, licet videre. Qui ordinaria, quæ in corpore iuris clauduntur; extraordinaria verò, quæ per accidens, & variabilia à Magiſtratibus, Vniuerſitatibusvè indicuntur, eſſe; pluribus iuribus authoritatibuſque confirmat. 14

Sic nec pauperum tutoribus † decima) aliàs 15
pro labore debita) præſtanda eſt, vt *quæſt. 28. numero 72.* tradidimus.

VTRVM PROPTER paupertatem gabellam, pedagium, vectigal, ſeu tributum imponere liceat?

SVMMARIVM

1 *Gabella quotuplex ſit? de multiplici eius ſignificatione, quidque ſub ſe comprehendat?* remiſſiuè.
Quid ſit Tributum, Vectigal, ſeu Pegium? ibid. remiſſiuè.

2 *Gabellarum, pedagiorum, vel vectigalium nouæ impoſitiones, ſiue exactiones tam Ciuili, quàm Canonico iure, & Regio improbatæ ſunt.*

3 *Gabella odioſa eſt, & contra eam in dubio iudicandum.*

4 *Principi nequè pro bello gerendo licet ſubditos talliare. Limita* num. 10. & ſeqq.

5 *Princeps voluntariè ſubditos ſuos talliare, neque pro ratione ſuæ coronationis, vel quia natus eſt ſibi filius, vel quia vult filiam maritare, ob aliudvè ſimile non poteſt.*

6 *Princeps, qui proprio ipſius commodo abſque iuſta cauſa gabellam, ſeu vectigal imponit; maximam iniuſtitiam committit, & rapinam, mortaliterquè peccat, ac miniſtri exigentes, ſi notoriè iniuſta ſit exactio.*

7 *Princeps non debet abſquè iuſtiſſima cauſa per noui vectigalis impoſitionem ſubditos bonis ſuis priuare, ſolitiſquè ſtipendijs, ac tributis contentus eſſe debet.*

8 *Et aliter faciens, ad exacti vectigalis reſtitutionem tenetur.*

9 *Princeps ſubditis ſuis grauis exiſtere non debet; ſed boni potiùs paſtoris, parentiſquè vicem præſtare.*

10 *Propter neceſſitatem, vel paupertatem licet Principi vectigal, ſeu gabellam imponere ſubiectis. Amplia* num. ſeqq.

13 *Ius collectandi est de Regalibus, neque aliis, quàm imperatori, aut Regi, siue ab eis facultatem habentibus permissum est.*

14 *Et an Regi solùm Romanorum electo huiusmodi ius competat?*

15 *Talliari possunt vassalli non solùm pro Regis, sed alterius Domini pauperis redemptione, debentque contribuere.*

16 *Vassalli pro filia Domini maritanda, si Dominus eam maritare non valeat, collectari possunt.*

17 *Et etiam pro filia naturali tantùm, vel spuria.*

18 *Et pro Religionis ingressu.*

Vassalli sicut pro matrimonio carnali, sic pro spirituali Domino subuenire teneatur, ibid.

19 *Et possunt etiam talliari pro nepte Domini, vel Baronis nuptui tradenda.*

20 *Intellige*, vt num. sequent. *Si pater pauper sit.*

21 *Auus dotare neptem si habeat patrem diuitem, qui eam dotare possit, non tenetur.*

22 *Et quando dicatur pater dotare posse, vel non? Dicaturque in praesenti pauper?*

23 *Vniuersitas absque facultate collectam imponere non potest.*

24 *Limitatur ratione paupertatis.*

25 *Iure Regio prohibitum est vniuersitati pro necessitatibus suis collectam vltra trium millium morapetinorum summam imponere, sub grauibus poenis.*

26 *Et an in alienatione, vel impositione, quae ob necessitatem vrgentissimam saltem fiat, locum dicta lex habeat?*

27 *Episcopi pauperes sumptus, vel charitatiuum subsidium à subditis petere possunt.*

28 *Ad idque poterunt subditi per Episcopum compelli.*

29 *Ecclesiastica etiam districtione, excommunicationisque sententia.*

30 *Appellatio in hoc casu executionem exactionis charitatiui subsidij pro alimentis impositi, non suspendit. Amplia* n. 32.

31 *Nec in pensione data, vel assignata pro alimentis Clerici pauperis.*

33 *Charitatiuum subsidium à Clericis pauperibus nullum, aut paruum pro sua, suorumque sustentatione beneficium habentibus, exigi non debet.*

34 *Si sufficiens ad suum, suorumque victum sit, ad integrum tamen subsidij onus non supersit, pro excessu tenebuntur.*

35 *Et quid in subsidio, quod hodiè in Hispaniarum Regnis Clerici soluunt?*

36 *Vt beneficia debilia non dicantur, quae requirantur? Beneficium idem, paruum, vel magnum respectu conditionis personae dici potest.*

38 *Arbitrarium Iudici est, quod beneficium magnum, vel paruum dicatur.*

39 *Vt beneficium dicatur tenue, ad ipsius solùm redditus, non ad bona patrimonialia inspiciendum est.*

QVÆSTIO XXXV.

1 QVotuplex sit gabella,† de multiplici eius nominis significatione, quidquè sub se comprehendat, hac in disputatione differere omitto. Qua de re latè Syluest. *verb. Gabella, el* 1. Card. Dominic. Tusch. *pract. conclus. lit. G. concl. 1. per tot. & concl. 7. & 8.* Card. Franc. Tolet. *in summa, lib. 5. c. 72. numero* 1. & 4. vbi in horum nominum determinatione Doctores sibi non constare, vnumque pro alio accipi solere dicit. Quidque sit *Tributum?* & vnde dicatur? ipse Card. Tusch. *lit. T, concl.* 391. Quid vectigal? *littera V. conclus.* 33. vbi *n.* 3. nomen esse generale, omne id quod Fisco penditur, debeturq; comprehendens, firmat ex Cuman. *consil.* 162. (incip. *Visa copia*) *in princ.* Quid *Pedagium?* Idem quoque *lit. P. concl.* 203. Ex quibus omnibus constat; sæpè huiusmodi confundi nomina, vnumque quandoque pro alio sumi, Carol. *de Grassis de effectib. Clericat. effectu* 3. *n.* 2.

Igitur gabellarum, pedagiorum, vel vectigalium nonas impositiones, † siue exactiones 2
tam Ciuili, quam Canonico, Regioque iure esse prohibitas; constat ex *nigro, & rubro C. vectig. noua instit. non posse, l. Locatio, 9. §. Earum, D. de public. & vectig. cap. Super quibusdam, 26. extra de verbor. signi. cap. Prohibemus, 7. de censib. cap. Quamquam, 4. eod. tit. lib. 6. Concil. Trident. sess. 2. de reformat. c. 20.* de iure Reg. *tex. in l. fin. tit. 7. part. 5.*

Ideóque odiosam † esse gabellam, contra 3
eamque in dubio iudicandum, docet Bartol. *in l. Si pupillus, 21. num. 3. ad leg. Falcid.* Curt. Iun. *consil. 339. numero* 5. Angel. *cons. 385.* latissimè *Cardin. Tusch. d. littera G. conclus. 21. per tot.*

Vndè, neque pro bello gerendo † licet Prin- 4
cipi subditos talliare, ex *tex. in l. vnic. §. Merito igitur* (ibi, *sine nouis expensis publicis constitutis,*) *C. de Iustin. codice confirm. & ex authen. vt Iudic. sine quoque. suffrag. §. Illud videlicet, in fin. vers. Nos autem, collat.* 2. Ita tenet Guid. Pap. *singular.* 13. vbi & quòd Imperator, vel Rex volunta- 5
riè † talliare subditos ratione suæ coronationis, vel quia vult filiam maritare, obque aliud simile non potest; adducit *ext. in l. fin. in fin.* (ibi, *Expensis propriis statuam collocari praecipimus*) C. *de statu. & imag.* Paul. Castr. Ioan. Faber. & alij, quos refert, & sequitur Nicol. Boer. *decis.* 126. *n.* 6.

Principemque proprio ipsius commodo † 6
absque iusta causa gabellam, seu vectigal imponentem, maximam iniustitiam committere, mortaliterque peccare; docent Innocent. *in cap. Innouamus, de censibus,* Tabiena *in summa, verb. Pedagia, n.* 4. Caiet. *in summ. verb. Vectigalia,* Syluest. *verb. Gabella, 3. n.* 2. latè Roland. à Valle *cons. 91. n. 30. & 34. & seqq. lib.* 2. vbi, Principem tunc & manifestam committere rapinam, & mortaliter peccare, ministrosque exigentes, si notoriè absque iusta causa exactio, vel impositio, affirmat.

Non enim debet Princeps sine iustissima 7
causa † per noui vectigalis impositionem subditos bonis suis priuare; solitisque stipendiis, ac tributis debet esse contentus, vt inquit Afflict. *in tit. Quae sine Regal. verb. vectigalia, num.* 8. Lucas de Penna *in lege* 1. *numero* 8. *codice de superindict. lib.* 10. Roland. à Valle *d. cons. 91. n. 32. & cons. 1. num.* 57. *eod. lib.* 2.

Aliterque faciens ad exacti vectigalis resti- 8
tutionem † tenetur ex sententia D. Thom. 2. 2. *quæst.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quæſt. 53. quem refert, & ſequitur Roland. à Valle *d.conſ.* 91. *numero* 32. Afflict. *d. verb. Vectigalia*, *numero* 8. Hoſtienſ. *in ſumma tit. de cenſib.* §. *Ex quibus*, *verb. Breuiter puto*, Azeued. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 6. *noua Reg. Collect. numero* 1. *& ſeqq.*

Nec enim grauis ſubditis ſuis debet exiſtere
9 Princeps, cum boni potiùs Paſtoris, † Parentiſque vicem eis præſtare debeat, *tex. in cap. Cum Apoſtolus*, 6. §. *Prohibemus*, *verſ. Cum enim dicat Apoſtolus*, *de cenſib. Auth. neque virum*, *quod ex dote eſt*, *circa fin. & ibi not. gloſſ. verb. Dicimus autem*, *collat.* 8. Et tanquam Pater communis debet ſubditorum commodis inuigilare, *tex. in auth. Vt diuina iuſſion. ſubſcript. habeant glorioſ. Quæſtor. coll. in princip. & in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio*, *in princip. coll.* 2. Senec. de clement. lib. 1. cap. 13. (de Principe loquens) *E contrario is cui cura ſunt vniuerſa*, *quamuis alia magis*, *alia minus tuetur*, *nullam non Reipublicæ partem tanquam ſui nutrit*, *inclinatus ad mitiora.* & cap. 14. *Quod ergo officium eius eſt?* (inquit) *Quod bonorum parentum.* Debentque ſtudere, vt non exactores Principes; ſed Rectores nominentur; non vt illos legaliter amplectantur, iuxta *tex. in capit. Quia cognouimus*, 6. 10. *quæſt.* 3. *text. in cap. Conquerente*, 7. *de reſtit. ſpoliat.* latè Lucas de Penna *in l.* 1. *n.* 3. *& ſeqq. C. de ſuperindict. lib.* 10. traditque Ariſtot. *lib.* 8. *Ethic.* vbi, quòd Rex ad ſubditos, ſicut Paſtor ad oues ſe debet habere. Idemque aſſerit Homerus ad Hemetr. *frat. de gubernando Imperio*, Xenoph. *lib.* 8. *de pædia Cyri.* Boni autem Paſtoris eſt tondere pecus, non deglutire, vt per Suetonium. & Oroſ. quos refert, & ſequitur Roland. à Valle *dicto conſ.* 91. *num.* 42. plura circa hæc adducens *ex numero* 39.

10 Propter neceſſitatem † verò, vel paupertatem, licitè Princeps vectigal, ſeu gabellam imponere ſubiectis poteſt, *textus in dict. l.* 1. *C. vectig. noua inſtit. non poſſe*, ibi: *Sed ſi adeò tenuis eſt patria tua*, *&c.* & in *d. l. fin. d. tit.* 7. *par.* 5. ibi: *Por mejorar algun lugar que eſtà muy pobre*: & alia ferè iura pro contraria parte relata; Bald. & Paul. Caſtrenſ. *in l. Neminem*, *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Socin. Iun. *conſ.* 98. *num.* 10. *lib.* 3. vbi, priùs debere Principem de ſuo ſe præmunire marſupio, quod ſi non ſufficiat, ſubditis imponere colectam poſſe, non aliter, dicunt, *idem* Bald. *in cap. conquerente*, 16. *num.* 5. *verſic. Quæro vtrùm Reges*, extra *de offic. Indic. ordinar.* vbi regis menſa non ſufficiente, charitatiuum ſubſidium poſſe Principem ſubditis imponere, firmat, Paul. Pariſ. *conſil.* 25. *n.* 65. *lib.* 1. Lucas de Penna *in dict. l.* 1. *n.* 10. *C. de ſuperindict. lib.* 10. Matthæ. de Afflict. *in tit. Quæ ſint Regal. verb. Extraordinaria in princip. & in rubric. eiuſdem tit. n.* 85. Guido Pap. *quæſt.* 551. *num.* 11. *& dict. ſingul.* 13. Roland. à Valle *conſil.* 1. *num.* 51. *lib.* 2. *& num.* 62. *& ſeqq.* vbi latè *& d conſil.* 91. *n.* 22. *cum ſeqq. eod. lib.* 2. Auguſtin. Beroi. *conſil.* 81. *n.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. Nicol. Boer. *d. deciſ.* 126. *num.* 6. *& ſeq.* Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 57. *num.* 7. & fuſiùs *tit.* 7. *quæſt.* 30. *num.* 10. *& ſeqq.* Sylueſt. *verb. Gabella*, *el* 3. *numero* 8. Cardinal. Tolet. *in ſumma cap.* 74. *num.* 5. *lib.* 5.

Quod non ſolùm quoad vaſſallos immedi-
11 atos Principis procedit; ſed & mediatos, † quibus etiam neceſſitate exiſtente colectam imponere poteſt. Ioannes Blanch. Afflict. & alij, quos refert, & ſequitur Roland. à Valle *dict. conſilio* 1. *numero* 76. *& ſequent. libro* 2.

Quod & in Dominis † inferioribus, ſuperioremque recognoſcentibus locum habet. 12
Licèt enim collectandi ius ſit de Regalibus, † nec aliis, quàm Imperatori, aut Regi, 13
ſiue ab eis facultatem habentibus competat; ſitque permiſſum; *text. in dict. cap. Super quibuſdam*, 26. *de verbor. ſignific. & in l. Vectigalia*, 10. *D. de publica & vectig. cap. vlt. quæ ſint Regal. in vſib. feudor.* Philipp. Cornel. *conſ.* 353. *numero* 3. *libro primo VVeſembe. conſ.* 27. *à numero* 10. *cum ſequent. libro primo* Iacobus Menoch. *conſil.* 32. *numero* 70. *libro primo.* Petr. Salazar. *de vſu*, *& conſuetud. capite* 2. *numero* 2. *&* 3. alios referens Flores Diaz. de Mena *variar. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 21. *numero* 11. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. G. concluſ.* 1. *numero* 9. *&* 10. *& lit. D. concluſ.* 26. *numero* 5. *& litera* P. *concluſ.* 203. *numero* 12. *& litera V. concluſ.* 32. *per tot.* Sylueſt. *dict. verb. Gabella*, *el* 3. *numero* 2. Cardinal. Tolet. *vbi ſupra*, *cap.* 73. *numero* 1. Roland. à Valle *d. conſil.* 1. *numero* 14. *libro* 2. *& dict. conſil.* 91. *numero* 1. *& ſequent. eod. lib.* Azeued. *in l.* 25. *titulo* 6. *libro* 3. *noua Reg. Collect. numero* 1. & latiùs in *l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *numero* 1. *& ſequent.* de iure Regio *tex. in l.* 1. *& ſequent. tit.* 11. *lib.* 6. *noua Reg. Collect.*

Adeò, vt quod de Rege dicimus, in Rege
tantùm Romanorum † electo, nondum co- 14
ronato intelligant quidam quo tempore non Imperator, ſed Rex Romanorum appellatur Quod ſenſit Hoſtienſ. *& Summa Angelic.* relati à Sylueſt. *d. verb. Gabella*, 3. *numero* 2. *verſ. Secundò hoc poſſunt Reges*, vbi hunc videri fuiſſe ſenſum *dict. cap. Super quibuſdam*, facereque *dictam legem Vectigalia*, 10. dicit.

Tamen pro redemptione † non ſolùm Re- 15
gis, ſed etiam alterius Domini pauperis tenentur contribuere vaſſalli, poſſuntque taliari. Ita tenet Nicol. Boer. *d. deciſ.* 126. *numero* 10. quod plures ab eo relatos dicit voluiſſe Doctores, idemque Auguſt. Bero. *dict. conſil.* 81. *numero ſeptimo & ſequentibus lib.* 1.

Nec ſolùm pro ipſius Domini paupertate
leuanda; ſed etiam filiorum, vaſſalli ſubuenire
tenentur. Pro filia enim Domini maritanda, † 16
ſi Dominus eam maritare non poteſt, vaſſalli poterunt collectari. In eam venerunt ſententiam Matthæ. de Afflict. *deciſ.* 265. *numero* 55. Boer. *d. loco*, *n.* 6. *& ſeqq.* & ferè omnes alij ſuprà *n.* 10. relati.

Nec dùm pro filia legitima, & naturali ma-
ritanda, ſed etiam naturali † tantùm, vel 17
etiam ſpuria: latè Nicol. Boer. *deciſ.* 227. *numero* 2. *& ſeqq.* Vrſil. *in addit. ad* Afflict. *deciſ.* 265. *num.* 58. Vincent. de Franch. *deciſ.* 42. *in princip.* pluresque ex proximè infrà referendis.

Et pro Religionis ingreſſu. † Quia ſicut pro 18
matrimonio carnali, ita pro ſpirituali coguntur vaſſalli Domino ſubuenire, Annan. *ſingul.* 13. Matthæ. de Afflict. *deciſ.* 348. Vrſil. ad eundem Afflict. *deciſ.* 265. *num.* 59.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Bartol. Cassan. *in consuet.* Burg. *rubric.* 1. §. 4. *glossa Mariage numero* 4. Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro* 2. *casu* 181. *numero* 3. & 4. Marc. Anton. Natta *consil.* 296. *numero* 4. Mozi. *de feud. rubric. de natur. feud. numero* 63. Borrin. *de seruit. vassall. part.* 4. *cap.* 6. Thomas Sanchez *de matrimon. libro* 1. *disputat.* 33. *numero* 31. Anton. Scapp. *de iure non scripto, lib.* 2. *capite* 29. *numero* 4. Iacob. Cancer. *variar. resolut.* 3. *cap.* 11. *numero* 213. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. capite* 20. *numero* 35. & *consil.* 40. *numero* 11. Marius Giurba (plures alios referens) *in consuet. Senat. Mesanens. cap.* 3. *glos.* 3. *numer.* 25. *part.* 1. Ioan. Aloys. Ricci. *collect.* 65. *part.* 1. *versic. Item an debeatur monachanti filiam.*

Nec tantùm pro filia maritanda; sed etiam
19 pro Domini, vel Baronis nepte † nuptui tradenda, adiuuare debent Dominum vassalli Petr. Gregor. *de feud. par.* 7. *quæstione* 8. *num.* 9. Borrin. *de seruit. vassall.* 4. *parte, capite* 7. Freccia *in tractatu de subfeud. libro* 2. *authoritate* 2. *numero* 17. Molfes. *ad consuet. Neapolit. part.* 6. *quæst.* 4. *numero* 13. latè Vincent. de Franch. *decis.* 215. *per tot.* Ioann. Aloys. Ricci. *dict. collect.* 65. *versic. Item debetur, ne auo neptem collocanti*, Gars. Mastrillus *decis.* 1. *numero* 7. Marius Giurba *dict. cap.* 3. *glossa* 3. *numero* 23.

20 Quod si pater pauper † sit, nec dotare possit filiam, intelligendum est: quo quidem casu, auus neptem dotare tenetur; in eoquè Doctores proximè adducti loquuntur. Si enim
21 pater dives sit, filiamvè dotare possit, † à dotandi neptem obligatione auum liberat, vt probat *text. in l. Dotem dedit.* 6. *D. de collat. bonor.* vbi teneri auum propter filium neptes dotare, & sic filio principaliter onus incumbere dotandi, constat. *text.* etiam *in l. Profectitia.* 5. §. *Si filius, el.* 2. *D. de iure dot.* (prout illum *text.* ad hoc inducit Ruin. *consil.* 138. *numero* 1. *ad fin. lib.* 4.) *text.* quoque *in l. Non quemadmodum.* 8. *D. de liber. agnos.* firmatquè Bald. *in authent. Res quæ, numero* 12. *C. commun. de legat.* dicitquè receptam sententiam Iaf. *in l.* 1. *D. solut. matrimon. numero* 27. Ripa *numero* 74. Socin. Seni. *numero* 46. Socin. Iun. *numero* 195. Alex. *numero* 19. Alciat. *numero* 98. Bulgarin. *numero* 30. Bolognet. *d. numero* 120. Palac. Rub. *in repet. cap. Per vestras*, §. 24. *notabil.* 3. *numero* 1. Campeg. *de tot.* 1. *par. quæst.* 18. Aymon. Crauet. *cons.* 219. *numero* 3. Aretin. *consil.* 17. *à numero* 13. Franc. Viuius *commun. opin. lib.* 2. *opinio* 99. Iacob. Menoch. *cons.* 81. *numero* 48. magis communiter receptam sententiam dicit Petrus Barbos. *in d. l.* 1. 4. *parte, numero* 111. *D. solut. matrimon.* vbi pluribus iuribus, rationibusquè eam firmat, licèt postmodum contradicat: tenent etiam Intriglio. Gabr. Caualc. Franch. Carpa. Surd. & alij propè infinit, quos refert, & sequitur Marius Giurb. *loco prædicto, numero* 22. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 259. *numero* 1. 3. & 7.

Diciturquè pater in præsenti pauper, nec
22 dotare posse, † si deducto ære alieno, vel dote, salua dignitate, & conditione sua viuere nequeat. Aretin. *d. consil.* 17. *numero* 16. Ias. *in* §. *Fuerat, numero* 116. *instit. de action.* Giurba *d. cap.* 3. *glos.* 3. *numero* 23. tradit (ex Bald. Oldral. Immol. & alijs) Corn. Benin. *de pauper. spec.* 3. *in contract. numero* 24. & *seqq.* Vincent. Caroc. *in tract. de patre filiam simpliciter dotante, quæst.* 11.

Ampliatur præterea suprà dicta principalis conclusio, in Vniuersitate, quæ licèt absquè Regia facultate † (ex traditis suprà *num.* 13.) 23 collectam imponere non possit, *text. in l.* 2. *C. vectig. noua instit. non poss.* cuius hæc sunt verba: *Vectigalia noua, nec decreto Ciuitatum instituti possunt d. l. fin. titulo* 7. *part.* 5. *vbi glossa* 1. & 2.

Propter paupertatem † tamen, etiam absquè 24 Principis facultate imponere vectigal, seu collectam potest: plenissimè Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 43. *per tot.* Azeued. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *noua Reg. Collect. numero* 1. & *seqq.* propè infinitos referens Flores Diaz *de* Mena *variar. quæst. lib.* 2. *quæst.* 21. *numero* 12. & *seqq.* Anton. Thesaur. *decis. Pedem.* 257. *numero* 4. & 8.

Et licèt de iure Regio per *d. l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *noua Reg. Collect.* sub grauibus Vniuersitati prohibitum sit pœnis, † pro necessitatibus suis 25 collectam vltra trium millium morapetinorum summam imponere: adhùc tamen eam vult procedere Ioan. Yañez Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 5. *part.* §. 3. *numero* 36. in alienatione, vel impositione voluntaria. † 26 Quem tamen (propter aperta dictæ legis verba) minùs rectè sensisse obseruat Ioan. Gutierr. *de gabel. lib.* 7. *quæst.* 168. *numero* 18. Si tamen vrgentissima sit necessitas, etiam *dictæ legis* dispositione stante, posse Vniuersitatem absquè Regia facultate collectam vltra prædictam summam imponere, profitetur Flores Diaz *de* Mena *vbi suprà numero* 48. ita tenentes adducens Auendañ. *in cap.* 14. *Prætor. numero* 8. Azeuedum *in l.* 25. *tit.* 6. *lib.* 3. *noua Reg. Collect. numero* 5. & Mexiam *concl.* 1. *numero* 62.

Ampliatur deinde principalis conclusio in Prælatis Ecclesiasticis superiorem etiam recognoscentibus, vt in Episcopis pauperibus, † 27 qui sumptus, vel charitatiuum subsidium à subditis petere possunt, *text. in cap. Conquerente.* 16. *de offic. Ordin. cap. cum Apostolus.* 6. §. *Prohibemus, & cap. Prohibemus.* 7. *de censib. clement. vnic.* §. *In exigendo, de excessib. Prælat.* vbi per Scrib. Nicol. Boër. *decis.* 134. *numero* 2. latè Bartholom. Bellencin. *de charitat. subsid. quæst.* 14. & 16. *per tot.* Remig. *de* Gaonny *eod. tractatu de charit. subsid. quæst.* 2. *numero* 2. & *quæst.* 5. *per tot.* præcipuè *numero* 13. Alphonsus Aluar. *in speculo Roman. Pontif. cap.* 62. *versic. Itaque ex suprà dictis*, Camill. Borrell. *consil. siue controu.* 2. *numero* 20. Euerard. *cons.* 42. *numero* 15. Carol. *de* Grass. *de effectib. Clericat. effectu* 3. *numero* 270.

Quòd si huiusmodi charitatiuum subsidium denegent subditi, ad eius præstationem poterunt per Episcopum compelli. † Sic docet In- 28 noc. *in dict. cap. cum Apostolus*, quem sequuntur Hostien. Anton. *de* Butr. & Abb. *ibi.* Pro eaquè sententia est *text. cum gloss. in verb. Exigendo in clem. Frequens de excessib. Prælat.* & *ibid.* Paul. *de* Leaza. & Petrus *de* Anchar. Vbi enim charitas non prodest,

est

UAB Biblioteca de Ciències Socials

est adhibenda potestas *cap. Licet, cap. Qui emendat, 45. distinct. cap. Cauendum, 10. quæst. 3.* Ita in specie Bald. *in dicto cap. Conquerente, n. 5. de officio Ordinar.*

29 Ad idquè Ecclesiastica districtione, † excommunicationisquè sententia cogi posse, obseruat Lupus *allegat. 20.* per *text. in d. clemen. Frequens de exces. Prælat.* Nicol. Boër. *decis. 136. num. 2.* Barthol. Bellenc. *d. tract. de charitat. subsid. quæs. 15. num. 1. & 2. & quæst. 101. num. 3.* Remig. *de* Gaonny. *eod. tractatu, quæstione 8. numero 3. 4. & 5. & quæstione 9. numero 2. & 4.*

30 Nequè appellatio † in hoc casu executionem exactionis charitatiui subsidij pro alimentis impositi suspendit, eaquè non obstante, præstandum asserit Barth. Bellencin. *vbi suprà, quæst. 55.* Idemquè dixit Hieronym. Gigas *tract. de pension. quæstione 95. & quæst. 35. num.*

31 9. in pensione, † quæ pro alimentis Clerici pauperis assignatur; sequitur Petr. Surd. *de aliment. tit. 8. quæst. 60. num. 9.* Stephan. Gratian. *discep. forens. tom. 3. cap. 454. num. 2.* Et nequè

32 per viam grauaminis, vel violentiæ † ad Cancellarias, vel alios quosuis seculares Iudices Clericos posse in hoc casu recursum habere; tradit (ex pluribus) Nicol. Boër. *dict. decis. 136. num. 3.*

33 A pauperibus † tamen Clericis huiusmodi charitatiuum subsidium, collectaquè exigi non potest, si vel nullum, aut paruum beneficium pro sua, suorumquè sustentatione habeant, *text.* est *in cap. Licet, & in cap. Apostolus in fin. de censib. cap. 1. de Magistr. cap. Placuit, 1. quæst. 2.* Hostiens. Anton. *de* Butr. *&* Ioan. *de* Immol. *in dict. cap. Conquerente de offic.* Ordin. Cardin. *in clem. 1. de censib. quæstione 16.* Barthol. Bellencin. *d. tract. de charitat. subsid. quæst. 30. num. 1.* Remig. *de* Gaonny *eodem tract. quæst. 37. num. 1. 3. 4. 7. 8. & 9.* Nicol. Boër. *decis. 135. num. 3.* Geminian. *cons. 85. num. 26. & seq.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro 2. cent. 3. casu 216. numero 13.* Cardin. Tusch. *litera D. conclus. 85. numero 2. & seqq.* Quintillian. Mandos. *de monitor. quæst. 37. num. 6.*

Si verò vltra suum, suorumque victum Clericus ex beneficio percipiat, licèt ad integrum

34 subsidij onus non ascendat, pro excessu † illo tenebitur. Ita (argumento *cap. Procurationes, in fine primi responsi,* & quod not. Hostiens. *in summa de censib. §. fin. vers. Sed & patet, quòd si aliqua Ecclesia*) *obseruat* Remig. *dict. quæst. 37. num. 2.*

Ex quibus idem in subsidio, quod hodiè

35 in hisce Hispaniarum Regnis † præstant Clerici (vulgò *subsidio, y escusado* dictum) vt ad illud pauperes Clerici, quorum beneficiorum redditus necessarij sunt pro sua, suorumquè sustentatione, non teneantur, dicendum deducitur. Quod etiam ex ipsius verbi denominatione satis deprehenditur, quasi ex superfluo; non verò ex necessariis ad decentem victum præstandum sit.

Ad hoc autem vt beneficia debilia non di-

36 cantur, † tria (secundum Domini. *de* S. Geminia. *d. consil. 85. vers. Ex quibus concluditur*, quem refert, & sequitur Remig. *dict. quæstione 37. numero 16.*) requiruntur. Primum, quòd fructus ad victum suum sufficiant. Secundum, & ad victum familiæ suæ. Tertium, quòd pro se, & familia sua victu detracto, pro iuribus soluendis Episcopalibus, aliisque oneribus, ad quæ beneficiatus tenebatur, fructus supersint. Quòd si vnum ex his desit requisitis, beneficium debile, pauperquè dici, firmat.

Ad idquè personæ etiam conditio spectanda erit, cuius respectu, † magnum, idem- 37
què tenue dici beneficium potest; vt (ex Iacob. Menoch. *dict. lib. 2. de arbitr. cent. 3. casu 216. numero 3. & sequentibus*) latè tradit Flamini. Paris. *de resignat. benefic. libro 5. quæstione 6. numero 148. & sequentibus* Paul. Æmill. Verall. *decis. 65. part. 1. per tot.* præcipuè *num. 2.*

Ideóque arbitrarium † Iudici hoc esse, firmat 38
ex pluribus. Paris. *vbi suprà, ex nu. 132. & seqq.* præcipuè *n. 143. & seqq.* & *Nos qu. 4. n. 50. 51. & 52.* plura tradidimus.

Aduertendum autem circa rem hanc, ad hoc, vt beneficium tenue dicatur, vel insufficiens, non bonorum patrimonialium † (si simul cum 39
eis decenter Clericus viuere possit) sed redditum tantùm beneficij rationem habendam, vt (ex Alphons. Oxeda *de incompat. benefic. 1. part. cap. 19. num. 42.* & aliis) obseruat Flamin. Paris. *d. qu. 6. n. 153. vers. Nec in hac inspectione, & n. 154.*

Alia huic accommodari possent quæstioni, quæ ex *præcedenti*, & *quæst. 28. num. 69. & 70.* suppleri possunt.

VTRVM PAVPERI LITIganti sint præstanda à collitigante & ad viuendum, & ad litigandum alimenta?

SVMMARIVM.

1 *Argumentis veritas magis eluescit, & vbi grande dubium emergit, disputare, & articulatè respondere debemus.*
2 *Fraudibus, & malitiis via non est aperienda.*
3 *Nemo contra se arma præbere adstringitur. Intellige vt* num. 30.
4 *Cum alterius iniuria, vel iactura pauperi fauendum non est.*
5 *Pauperi an teneatur collitigans dues alimenta, litisque sumptus ministrare?* & n. seqq.
7 *Pauper coram Ordinario paupertate probata, in causa matrimoniali exire Prouinciam ad litigandum in secunda, aut tertia instantia non cogitur, nisi altera pars & alimenta, & litis expensas ei velit subministrare.*
8 *Intellectus ad* text. in l. fin. §. Quòd si ei, C. de ordin. cognit. & seqq. vsquè ad num. 21. exclusiuè.
9 *Bona sequestra eius præsumuntur, cui sequestrum fit.*
Dominium ex possessione præsumitur, ibid.
10 *Possessor transfert onus probandi in aduersarium.*
12 *Alimenta, litisque sumptus sequestrum passo ministrandi sunt.*
13 *Etiam ex bonis ob delictum sequestratis.*
14 *Et etiam post sententiam alimenta, litisque expensa debentur, donec Curia sententiam exequatur.*

15 *Etsi ei denegentur, actione iniuriarum agere poterit.*

16 *Monachus à Monasterio, à quo se iniustè expulsum contendit, alimenta, litis expensas debet habere.*

17 *Et idem si litiget cum Abbate, vel eum accuset.*

18 *Clerico proprium Prælatum accusanti alimenta, & litis expensæ debentur.*

19 *Monasterium Monacho discorditer ad aliquod officium electo, ad quod iudicialiter se admitti petit, alimenta, & litis expensas præstare tenetur.*

20 *Collegium tenetur alimenta, litisquè sumptus Collegiali ab eo expulso præstare.*

21 *Maritus alimenta, litisquè sumptus vxori præstare tenetur, siue vxor agat, siue conueniatur, sine de adulterio accusetur; siue pro dote recuperanda, vel pro matrimonio separando, aut dirimendo contendat.*

22 *Intellectus ad tex. in l. Si instituta. 27. §. De in officioso, D. de inoffic. testam. &* num. 27. *Qua concurrant necesse sit, vt alimenta litisque sumptus præstari debeant?* ibidem & num. seqq. & num. 28. *Damnatur sententia glossæ fin. in l. fin. C. de alendis liber.* ibidem.

23 *Intellectus text. in l. fin. C. de Carbonian. edict.* & num. 27.

24 *Ad inducendam obligationem alimenta, litisquè sumptus pauperi collitiganti præstandi, sola non sufficit litigantis paupertas, sed certa indicia, & præsumptiones pro eò concurrant, necesse est.*

25 *Sufficitquè aliqua boni iuris præsumptio cum paupertate coniuncta. Et præsumptionem tum temporis stare sufficit, cum alimenta, litisquè petuntur sumptus, licèt postmodum contra pauperem veniat iudicandum,* numer. 29.

26 *Nec requiritur ad alimenta, sumptusquè litis consequendos, sententiam pro paupere latam esse, vel aliam determinatam præsumptionem stare.*

30 *Actori non sunt danda instrumenta ab aduersario ad fundandam intentionem; secùs ad iam fundatam inuandum.*

31 *Intellectus ad text. in l. Imperatores. 17. D. de tutel. & rationib. distrahend.*

32 *Fiscus litigans cum paupere, de alimentis, litisque expensis ei prouidere tenetur.*

33 *Creditor tenetur pauperi pro debito incarcerato alimenta præstare. Amplia* n. 35. & 39. *etiam de iure Regio,* & num. 41. *Intellige* vt num. 38. & 40.

34 *Etsi creditor pauperem non alat, Iudex debet illum à carceribus relaxare,* & n. 37. *vbi de statuto Cataloniæ.*

36 *Et qualiter contra creditorem, qui debitorem fecit incarcerare, si absit, nec alimenta ei præstet, procedatur? Alimenta præstanda debitoribus incarceratis, Iudicis arbitrio erunt taxanda,* ibid.

37 *Creditor curare debitorem incarceratum pauperem tenetur, aliter eum Iudex poterit relaxare.*

41 *Accusator alimenta, litisquè sumptus ad sui defensionem pauperi accusato præstare debet.*

42 *Aliàs à Curia huiusmodi expensæ pauperi subministranda erunt.*

43 *Collecta pro alendis pauperibus incarceratis imponi potest.*

44 *Si pauperibus carcerati remissio facienda sit ad Iudicem ad quem, expensis Iudicis à quo, remittendus erit.*

45 *Carcatus ad alium Iudicem remissionem petens, suis sumptibus remittendus est, nec aliàs Iudex remissionem facere tenetur.*

46 *Et idem si alius carcerati remissionem petat, si carceratus soluendo sit; secus si pauper, nec soluendo; quia tunc expensis accusatoris, in eiusquè defectum, Iudicis requirentis, & vltimo loco, Iudicis requisiti, remissio facienda erit.*

47 *Diues collitigans an pauperi alimenta, & litis expensas teneatur præstare? Siuè ad vniuersitatem bonorum, siue pro re particulari, & actione personali agatur?*

48 *Et an hodiè pauperi litiganti hæ expensæ, etiam vbi pauperum sunt Aduocati, & Procuratores, sint præstanda?*

49 *Et an filio, vxori, vel similibus, qui à patre, vel marito alimenta consequi possunt, debeantur?* & n. seqq. vsq; ad n. 62. exclusiuè.

50 *Prouisio alimentorum, & expensarum, non nisi pauperi sit,* & num. 58.

51 *Et supernenientibus diuitijs, cessat alimentorum, expensarumque prouisio.*

52 *Crescente inopia, alimenta quoquè crescere debent.*

53 *Paupertas est probanda ab eo, qui alimenta, & litis expensas desiderat.*

54 *Debetquè in specie, & respectu effectus, de quo agitur, probari.*

55 *Pauper non dicitur, qui ab alio alimenta consequi potest.*

56 *Obligatio antiquior, & potentior posteriori, & minùs potenti prævalere debet.*

57 *Obligatio certa, & indubitata, dubiæ, & incertæ prævalere debet. Et certa pro incertis dimittenda non sunt.*

59 *Vbi duo ad sunt remedia subsidiaria, minùs subsidiarium prævalet.*

62 *Recipiens alimenta, & litis expensas, an ea, si succumbat, restituere, si vicerit, compensare teneatur?* & num. seqq.

63 *Pauper, qui recepit alimenta, litisquè sumptus de illis restituendis cauere non tenetur.*

65 *Qui iustam litigandi causam habet, in expensis condemnandus non est.*

66 *Secùs in eo, qui iustam litigandi causam non habuit. Et quæ sint iustæ litiganti causæ?* ibid. remissiuè, & num. seq. propè *fin.*

68 *Expensæ litis, & alimenta semel assignata, præstanda sunt donec debitum finem lis recipiat.*

69 *Ab alimentorum, expensarumquè assignatione appellare quoad effectum suspensiuum non licet.*

70 *Ad quam vsque summam sit facienda alimentorum, expensarumque prouisio?*

71 *Quis in præsenti pauper dicatur, Iudicis relinquitur arbitrio.*

72 *Pauper pauperi huiusmodi alimenta, litisquè sumptus præstare non tenetur.*

73 *Nec victum suum decentem arctare, aut proprietatem vendere.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

QVÆST. XXXIX.

VT non diffiteor quæstionem hanc plures illæsæ opinionis, probatissimosquè iuris Authores lato calamo commentariis suis illustrasse (quos fusè recenset Ioan. à Castillo *controuer. lib. 3. quæst. 27. numero 3.*) sic etiam fatear necesse est, tùm eius vtilitatem, & frequentiam; tùm (post tot scripta) dubietatem, eodem Castillo *vbi suprà, num. 1.* & Aluaro Valasc. *consult. 1. in princip.* testantibus. Qui licèt accuratè in eius se explicatione gesserint; præsertim *Castillo*, qui aliorum dicta recolligens, difficultatem omninò eneruare curauit: non tamen sic vota impleuit, faustequè euenit, vt dubitationi locum, difficultatibusquè præcluderet: quædamquè ab eo dicta confirmatione; quædam supplemento videntur egere. Vt igitur aptiùs huius quæstionis veritas, resolutioquè deprehendatur (*magis enim veritas elucet, quæ sæpiùs ad manum venit*; vt *Seneca. de ira lib. 2. cap. 29.* inquit) & eam tractare exactè; & argumentis (quibus depromitur, magisquè pariter veritas elucescit, † *l. Munerum, 18. §. Mixta, D. de muner. & honor. cap. Graue, 35. quæst. fin. glo. in cap. Cum* Ioan. Eremita, *de fide instrum.* Ias. *in l. Cum quidam testamento, 6. notab. D. de liber. & posth.* Roland. à Valle *consil. 24. n. 1. & 2.* dicens ex sententia *Præpositi* ibi relati, quòd vbi grande dubiùm emergit, non passim respondere; sed disputando, articulatequè debemus) vti decreui. 1

Negatiuam igitur partem (deneganda alimenta, litisque pauperi expensas, neminemquè ad id adstringendum dictantem) suadent fundamenta sequentia. Primò, quia fraudibus, & malitiis viam aperiri, † ratio prohibet, *l. Cum hi, 8. §. Si cum lis, D. de transact. l. Conueniri, 5. D. de pact. dotal. l. Illud, 7. §. Sed si negaueris, D. de tributor. l. 2. C. de indict. viduit. tollend. l. Cum sponsus, 14. D. de Public. in rem. act. l. Si maritus, 15. §. Legis Iuliæ, vers. Cæterum, D. ad leg. Iul. de adult. l. vnic. §. Ille etiam, C. de Latin. libert. tollend. cap. vnic. in fin. vt Ecclesiast. benef. sine dimin. confer.* 2

Aperiretur autem, si pauperi ad viuendum, & ad litigandum alimenta, litisque expensæ ab aduersario ministrari deberent. Quis enim (quæso) facilior inueniri, aut excogitari posset modus, per quem suæ quilibet necessitati subueniat? Alienoquè patrimonio, & labore, sine labore fruatur? Quod non vtiquè ferendum est, nec pauperes ad temerè litigandum sunt inuitandi, quod illa fieret occasione.

Secundò hæc firmatur sententia, ex naturali, æqua, Iurisque authoritate valata ratione; *Neminem contra se arma præbere* † *adstringendum.* De qua in *cap. 1. de probat. cap. Qui intendit. 3. quæst. 3. l. Nimis graue, 6. C. de testib. l. Qui accusare, 4. C. de edend. l. vnic. C. de prohibit. sequest. pecun.* Benè facit *text. in l. Hi qui Fisci, 10. D. de postul.* 3

Tertiò, quia pauperi cum alterius iniuria, † vel iactura non est fauendum, *cap. Ex tenore, 11. vers. Nos igitur, de foro compet.* tradit latissimè Petr. Rebuff. *1. to. ad constit. Gallic. tit. de sentent. prouision. artic. 3. gloss. vlt. num. 37.* Nec alteri per alterum iniqua debet inferri conditio, *l. Quoniam, 10. C. de testib. c. Non debet, 22. de reg. iur. in 6.* cum vulgat. 4

Probatur denique ex *text. in l. Imperatores, 17. D. de tutel. & ration. distrah. Imperatores* Seuerus, & Antonin. *rescripserunt in hæc verba: Cum hoc ipsum queratur, an aliquid tibi à tutoribus, vel curatoribus debeatur: non habet rationem postulatio tua, volentis in sumptum litis ab his tibi pecuniam subministrari.* Hæc Iureconsulti *Vlpiani* verba.

Ex quibus haud dubiè colligitur, pauperem ab aduersario, quantumuis diuite, alimenta, litisque sumptus consequi nullo modo posse. † Quam sententiam (ex Bart. Bald. & aliis) tenet Ioan. Petr. Fontan. *in tract. de pact. nuptialib. to. 2. clausul. 5. glo. 8. part. 12. n. 43. & seqq.* aliique infrà referendi tenent. 5

Contraria tamen communis † est, quam defendunt Guid. Pap. *dec. 561.* vbi sic pluries vidisse fieri, & seruari testatur in Curia Parlamenti, Angel. *cons. 245. n. 4. in fin.* Rimin. Iun. *cons. 255. num. 2. lib. 3.* Matthæ. *de Afflict. decis. 10. n. 2. & 3. dec. 152. num. 3.* Ioan. Lup. *in repet. cap. Per vestras, 1. notab. ampliat. 18. §. 39. numero 3. de donat. inter vir. & vxor.* Oldrald. *consil. 27. numero 3.* Didac. Couar. *pract. resolut. cap. 6. num. 5.* Simon de Præt. *de interpretat. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. num. 28.* Ioan. Cephal. *cons. 127. num. 10. lib. 1.* Cordub. *de Lara in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, numero 47. D. de liber. agnosc.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 46. numero 6.* plures referens Pet. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 20. numero 1. & 2.* Pet. Rebuff. *de primileg. scholast. primil. 90. n. 6.* Azeued. *in l. 3. tit. 10. lib. 4. noua Reg. Collect. num. 17.* Emman. Suar. *in suo thesauro, verb. Paupertas,* Ludoui. Molin. *de Hispann. primogen. lib. 2. c. 16. n. 30.* Franc. Milan. *dec. 56. n. 3. & 47.* Cardin. Crecent. *decis. 8. de iurisd.* Paul. Æmil. Verall. *decis. 20. n. 2. lib. 1.* Seraph. *dec. 1089. n. 2.* Vincent. Carot. *de locato, tit. de fruct. lib. & lit. expens. quæst. 8. n. 12. post med.* Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 55. n. 49. S. D. N.* Gregor. XV. *decis. Rotæ. 524. n. 1.* Ioan. Aloys. Ricci. *decis. Curiæ Archiep. Neapolit. 56. per tot. 1. part.* vbi latè & *decis. 251. per tot. & decis. 35. n. 13. part. 4.* Anton. Ricciull. *in tract. de iure personar. extra Ecclesiæ gremium existentium, libro 2. quæst. 21. numero 2.* Ioann. Roxas *in epit. succes. cap. 33. numero 15.* 6

Quibus accedit *Sacri Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20.* dispositio prouidens: Ne verè paupertate coram Ordinario † probata in causa matrimoniali, ad litigandum in secunda, aut tertia instantia (nisi altera pars, & alimenta, & litis expensas velit subministrare) exire quis Prouinciam cogatur. 7

Huius autem communis resolutionis fundamenta sunt *text. in l. fin. §. Quòd si ei, C. de. ordin. cognit.* vbi est casus (secundum Bald.) quo quis aduersario tam in expensis litis, quàm in sumptibus alimentorum prouidet. *text.* etiam *in l. si instituta. 27. §. De inofficioso, D. de inoffic. test.*, accedit *text. in l. fin. C. de Carbon. edict. text. & gloss. fin. in cap. Ex parte. 11. extra de accusat. gloss.* celebris *in l. fin. verb. Agnoscere, Codice de erogat. milit. annon. lib. 10.*

Quibus tamen fundamentis adhùc sustineri prædictam sententiam non posse, videtur, neque extra dictarum legum casus earum dispo-

sitiones

sitiones extendendas, cum in alijs deficiat ratio, quæ earum constitutioni. ansam præbuit.

Non itaque superiori resolutioni fauet *tex. in d.l.fin. §. Quòd si ei, C.de ordin. cogn.* Quæ
8 ex bonis tantùm sequestratis † sequestrum passo, non etiam alijs alimenta, litisque expensas ministrari iubet. Durum enim esset, iurique eas rationi minimè consentaneum, lite durante alimentis priuari eum litisque expensas ex ipsius bonis, vel quæ eius saltem de iure præsumitur, non habere. Bona enim sequestrata eius præsu-
9 muntur † cui sequestrum fit; cum ex possessione dominium præsumatur, *text. in l.Cum res. 12.C.de probat. tex.in l.Ob maritorum 2. vbi glos. parua, verb. Occupatæ sunt, & ibi Cyn.C. ne vxor. pro marit.* Bart.*cons.*209. *numero* 4.*lib.* 1. Felin. *in cap. Examinata in princ. (& ibi eius Addit.) de iudic.* propè infinitos referens Ioseph. Mascard. *de probat. conclus.* 540. *numero 9. & seqq.* vbi de hac materia latè, *& conclus.*537. *numero* 8. *& conclus. sequenti, numero* 13. plenè etiam Iacob Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumptione* 65. *ex numero 9. vsque ad numer.* 22. Petr. Surd. *de aliment. tit.*1. *quæst.* 123. *numero* 2. Anton. Faber. *in suo cod. definit. lib.*3. *tit.*22. *definit* 18. *per. tot. & lib.*4. *tit.*3. *definit.*2. *numero* 8.

Eaquè ratione in aduersarium probandi onus
10 transfert possessor, † *d.iuribus* suprà *text.*etiam in *l.Exitus.* 35. *D.de acquir. possess. tex. in l.Is qui destinauit* 25. *D.de rei vendic. l.*2.*l. Siue.* 27. *C.de probat. l.fin. C.de rei vendic. l.Circa.* 24. *D.de probat. l.Liberis.*7. §. *Si quis ex seruitute, D.de libera cauf. §. Retinendæ, versic. Commodum* (aliàs §. *commodum*) *insti. de interdict.* Bart. *in l.*1. *in princip.* 3. *opposit. D. de noui oper. nunc.* Bald. *in l.Possessiones, numero* 1. *C.de probat. & in cap.*1. *numero* 5. *versic. Aliquando possessio, de conten. inter dom. & fidel. de inuestit.* Ripa *in cap. Sæpè, numero* 2. *versic. Tertium commodum*, extra *de restit. spoliat.* Andr. Tyraquel. *de iure primogenit. quæstione* 17. *opini.*11. *in fin.* Iacob. Menoch. *lib. 6.præsumpt.* 69. *numero* 1.2.3. *& 4. & de adipisc. possess. remed.*4.*numero* 794. *& de arbitrar. lib.*1. *casu.* 48. *numero* 12. *&* 34. idem (*d.ct. præsumpt.* 69. *numero* 3.) non solùm in possessione, sed & in quasi possessione dicens.

Vndè non tam ratione paupertatis, quàm
11 dominij etiam præsumpti, † & possessionis, vel quasi percipiendi alimenta, in casu *dict. l. fin. C.de ordin. cognit.* alimenta, litisquè sumptus pauperi litiganti præstari debent, in eoquè tantùm *dictæ legis* dispositionem procedere, docet Bald. *ibid. numero* 4. Ioann. Lupus *in repet. cap. Per vestras*, §.63. *de donat. inter vir. & vxor.* In alioquè casu locum non habere, ingenuè profitetur Didacus Couarr. *practic.cap.*6. *numero* 5. decipiquè Guid. Pap. & Grauet. locis suprà relatis, testatur, Alguar. Vallass. *dict. consult* 1. *numero* 6. Qui nequè ciuili, nequè naturali ratione *dictæ l.fin.* dispositionem in pauperè non spoliato contra diuitem agente locum habere posse putant: sed tunc demum, si spoliatus sit, vel eius bona sequestrata; quo casu alimenta, litisquè sum-
12 ptus sequestrum passo † submini strandos forè; sine controuersia est, ex *dict. l.fin. gloss. in cap. Ex parte.*11. *de accusat. vbi* Felin. *numero* 4. Cyn. *in l.Vbi aduc, numero* 14. *C.de iure dot.* Salycet Ias. & alij adducti per Aluar. Valasc. *dict. consult.*1. *numero* 1. Couarr. *vbi suprà*, Francisc. Curt. *in tractat. de sequestris, numero* 10: Lara *in l.Si quis à liberis*, §.*Si vel parens, numero* 45. *D. de liber. agnosc.* Petr. Surd. *de alimentis, tit.*1. *quæst.* 120. *numero 6. & quæstion.* 123. Stephan. Aufrer. *in addit. ad Capellan. Tholoss. decis.*477. Cardinal. Dominic. Tusch. *practic. conclus. littera A, conclus.* 309. *numero* 16. Ioann. *a* Castillo *d.quæst.* 27. *numero* 33. Sigismund. Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.*7. *numero* 4. *vers. Sextus casus est*, Borgninc. Caualc. *decis.*3. *numero* 41. *part.* 1. Rota Roman. *Diuersor. decis.* 79. *par.* 2. Ioan. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. decis.*151. *numero* 10. *part.*2. Ioann. Baptist. Pontan. *de aliment. cap.*13. *numero* 4. Camil. Borrel. *in* 2. *part. summæ decis. tit.* 37. *numero* 160. *& seqq.* quem post hæc scripta vidi, & *numero* 171. *&* 172. de expensis solutis loquens.

Quod & in bonis ob delictum † sequestra- 13
tis procedit, notantibus Alberic. *in d. l.fin. numero* 1. Pico *in post contractum numero* 98. *D.de donat.* Lara *in dict.* §. *Si vel parens, numero* 62. Valasc. *dict. consul.* 1. *numero* 2. ita multoties in Prætorijs causarum criminalium vidisse asserendo, Petr. Surd. *de aliment. titulo* 1. *quæstione* 72. *& quæst.*129. *numero* 1. Carpan. *super nou. constit. Mediol. in* §. *Omnium, numero* 696. *& seqq.* vbi ita quotidie per Senatum fieri, testatur; sequitur Sebastian. Guazin. *de defens. reorum defensione 6. circa priuileg. carcerator. capite* 1. *num.*2. Ioannes Aloysius Ricci. *dicta decisione* 251. *numero* 7.

Imò & etiam post sententiam † huiusmodi 14
alimenta, litisquè sumptus sequestrum, vel confiscationem passo donec Curia sententiam exequatur, præstanda sunt; Petr. Surd. *d. quæstion.* 72. *numero* 1. Sebastian. Guazin. *in vbi sup. numero* 2. & ita quotidiè fieri videmus.

Etsi prædicta ei alimenta, & expensæ denegentur; actione iniuriarum † agere poterit, vt 15
(ex *tex. in l.Si victum* 34. *D.de re iudic.*) tenent Petr. Surd. *de aliment. tit.*7. *quæst.*39. *numero* 6. Borgnin. Caual. *de brachio Reg. part.*2. *n.*291. *& seqq.* refert, & sequitur Guazin. *dict. defens.*6. *numero* 3.

Sic & Monacho † in possessione existenti 16
Monachatus, si Monasterio expellatur, ipseque quasi iniustè expulsus Monasterium conueniat; consequi à Monasterio, & ad viuendum, & ad litigandum sumptus debet: vt tenent *Speculat. in tit. Qui filij sint legitimi, n.*24. *& de inquisi.* §. *fin.* Bart. *in l.Imperatores, D.de tutel. & ration. distrah.* Franc. Curt. *in d.tract. de sequestr.in princip.numero* 11. Rota *in antiq.decis.* 1. *tit. de accusat.* Aluar. Valasc. *d.consul.*1. *numero* 3. Castillo *d.cap.* 27. *numero* 45. Cornel. Beninc.*de pauper. spec.*2.*in iudic. numero* 4. Baptist. Pontan. Ioan. *de aliment. cap.* 13. *numero* 3.

Idemquè in Monacho litigante cum Abba-
te † vel eum accusante, firmat *text. in cap.* 17
Ex parte. 6. *de accusat. vbi glossa*, & Doctor *cap. Olim.* 26. *eod. tit.* tenè què (post Matthæ. *de* Afflict. *decis.*10. *numero* 2. And. Alciat. Nicol. Boër. & Laram, quos refert) Alexand. Trentac. *variar. resolut. lib.*1. *tit. de aliment. resolut.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

resolut. 1. *num.* 36. Castillo *d.cap.* 27. *num.* 48. & 49. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 121. *per tot.* Hieronymus Ceuall. *commun. contrà commun. qu.* 780. *nu.* 36. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 46. *num.* 3. Sigismund. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *lim.* 7. *num.* 4. *vers. Secundus casus*, Ioann. Aloys. Ricc. *decis. Curiæ Archiep. Neapolit.* 59. *nu.* 16. *par.* 1. & *decis.* 251. *num.* 18. *ead. part.* & *decis.* 35. *num.* 7. & 8. *part.* 4. Marc. Anton. Genuensis *in pract. Ecclesiast. quæst.* 575. *numer.* 4. Ioan. Baptist. Pontan. *dict. cap.* 13. *numero tertio.* vbi, quòd Monacho Abbatem accusanti alimenta,
18 litisque debentur sumptus, sicut debentur clerico † proprium accusanti Prælatum: allegat *speculatorem in d.* §. *fin. de inquisit. nu.* 2. id quod (pluribus adductis) firmant Petr. Surd. *dict. qu.* 121. *num.* 11. Cornel. Beninc. *dict. speciali* 2. *in iudic. numer.* 4. Ioann. Aloys. Ricci. *dict. decis.* 56. *numero* 15. Marc. Anton. Genuens. *vbi suprà, numero* 3. Ludouic. Peguera *decis. crimin.* 20. *numer.* 5.

Debenturquè à Monasterio prædicta alimenta, & expensæ Monacho ad aliquod offi-
19 cium discorditer electo, † ad quod iudicialiter se admitti petit, vt decidit Rota Romana *apud* Cardina. Marcell. Crecent. *decis.* 7. *tit. de iudicijs* (aliàs 175. tenentque Pontan. *vbi suprà, num.* 3. & Ioann. Aloys. Ricci. *dict. decis.* 56. *numero* 19.

20 Collegiali † etiam à collegio expulso præstandos huiusmodi per collegium sumptus; tenet (potest Bolognet. ibi relatum) Aluar. Valasc. *dict. consul.* 1. *numero tertio* Lara *in dicto* §. *si vel parens, num.* 60. Castillo *dicto cap.* 27. *numer.* 47. Ioann. Aloys. Ricci. *dict. decis.* 251. *numero* 9. *part.* 2. Didac. Perez *in l.* 8. *titulo* 2. *libro primo* Ordinam. *versic. Est & aliud dubium.*

21 Vxori † quoque cum marito litiganti alimenta, litisque sumptus ab ipso marito, siue agat, siue conueniatur, sunt præstanda. Ideoque siue pro recuperanda dote remedio *legis si constante, D. solut. matrim.* siue pro separando, vel dirimendo matrimonio agat, siue de adulterio accusetur, alimenta litisque expensas à marito consequi debet. Primam sententiam (quando mulier pro recuperanda dote agit) tenent Cyn. *in leg. Vbi adhuc, num.* 14. *C. de iure dot.* Felin. *in d. cap. ex parte, num.* 4. *de accusat.* Lara *in l. si quis à liberis,* §. *si vel parens, nu.* 68. *D. de liber. agnosc.* quos refert, & sequitur (sine hæsitatione in praxi recipi asserens) Aluar. Valasc. *d consult.* 1. *numer.* 5. *vers. Postremò quoquè*, Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsidia. remed.* 100. *numer.* 13. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 118. *numer.* 7. Ioann. *à* Castillo *controuer. d. lib.* 3. *cap.* 27. *numer.* 42. Ioan. Petr. Fontanell. *de pactis nuptia.* 2. *tom. clausul.* 6. 4. *par. glo.* 2. *numero sexagesimo-quinto in fin.* Ioan. Aloys. Ricci. *d. decis.* 56. *numer.* 12. & 13. *part.* 1. Idem dicens, si mulier post mariti mortem cum hæredibus ad restitutionem dotis, vel donationis propter nuptias agat, ex Couart. & Boër. ibi relatis, idem Ricci. *decisione* 251. *num.* 16. *part.* 2. Lupus *in tractatu de illegitim. & nat. comment.* 2. §. 3. *numer.* 70. Sebastian. Guazin. *de defens. reor. defens.* 6. *circa priuileg. carcerat. cap.* 1. *numero* 1. *in fin.* Ioan. Roxas *in epitom. succes. cap.* 33. *numero decimo-tertio.*

In casu separationis matrimonij, propter consanguinitatem, vel aliam causam, aut pro matrimonio dirimendo, præstandas, à marito vxori expensas litis, & alimenta, tenuerunt Abb. Specul. Ceuar. & Afflict. quos refert Aluar. Valas. *dict consult.* 1. *num.* 5. Petr. Rebuf. 1. *tom. ad leg. Gallic. tit. de sentent. prouisional. art.* 3. *glos* 1. *num.* 20. Petr. Surd. *d. quæst.* 118. *numer.* 1. & 6. Castillo *dict. cap.* 27. *numer.* 41. Petr. Barbos *in* 2. *part. rubric. numer.* 44. *in fin.* & *numer.* 45. & *in l.* 1. *par.* 1. *numer.* 58. *in finalib. verbis*, & *num.* 59. *vers. Vndè & vxori, D. solut. matrim.* Ioan. Aloys. Ricci. *d. decis.* 251. *numero decimoquarto*, Ioan. Gutier. Canonic. *quæst. capit.* 24. *numero septimo* Baptist. Ferret. *cons.* 34. *numero secundo & cons.* 205. P. Thomas Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *de diuortio, d. sput.* 8. *nu.* 28. *in fin.*

Debetiquè prædictas expensas, & alimenta etiam mulieri, quæ de adulterio accusatur, ad eaquè maritum teneri, docent Guid. Pap. *decis.* 439. *numer.* 4. Nicol. Boeri. *decis.* 225. *numero secundo* Ioan. Cephal. *cons.* 127. *numero* 9. & *cons.* 714. *numero sexto* Aluar. Valas. *d. consult.* 1. *numero quarto* post antiquiores, quos adducit, Palac. Rube. *in repet. cap. per vestras,* §. 39. *numero* 1. & 5. Lara *in d.* §. *si vel parens, numero sexagesimo-quarto*, quotidieque seruari in Curia Portugalliæ, testatur Valasc. *vbi supra*, Ioann. Botta *cons.* 23. *ex numero* 10. *cum sequentib.* Petr. Barbos. *d.* 1. *par. leg.* 1. *num.* 58. *ad fin. D. solut. matrimon.* Alexan. Trentacin. *variar. resol.* 1. *numero* 37. Cardinal. Dominic. Tusch. *pract. conclus. litera A. conclus.* 309. *in princip.* Hieronym. Ceual. *commun. contrà commun. quæst.* 734. *numero* 22. & *seqq.* Castillo *d. capit.* 27. *num.* 40. Anton. *à* Quesad. *quæst. iuris, c.* 18. *in fin.* Ioann. Gutier. Canonic. *d. libro* 1. *quæst.* 24. *nu.* 7. Iul. Clar. *recept. sentent. libro quinto* §. *Adulterium, num.* 17. communem dicens, & *ibid.* Baiard. *numer.* 19. Sebast. Guazin. *de defens. reor. libro* 1. *defens.* 6. *circa priuilegia carcerat. cap.* 1. *num.* 1. Thoma Treuisan. *decis.* 16. *n.* 6. *lib.* 2. Thom. Sanchez *d. disput.* 8. *numero* 18. Ioan. Baptist. Costa *de remed. subsidiar. remed.* 100. *numer.* 12. Prosper. Farinac. *decis.* 127. & 250. Cornel. Beninc. *speciali* 2. *in iudic. num.* 5. Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nuptia. dict.* 2 *tom. clausul.* 4. *part. glos.* 2. *nu.* 66. & 67. Ioseph. Ludouic. *decis.* 46. *num.* 4. Emmanuel Suarez *commun. opin. tit. de fructib. & lit. expens. tom.* 2. *num.* 112. *vers. Item vxori litiganti*, Ioach. Mynsing. *singular. obseruat. cent.* 6. *obseruat.* 21. *numer.* 2. 5. 6. & 7. Ioan. Aloys. Ricci. *dict. decis. quinquagesima-sexta, num.* 11. *par.* & *dict. decis.* 251. *num.* 13. 2. *par.*

Hæc itaque in his, quorum bona sunt sequestrata, vel his qui in possessione, vel quasi alimenta percipiendi existunt, locum habent, quique ea, nec litis sumptus aliundè habere possunt: secùs in aliis obseruandum, ex prædictis asserendum venit.

Minùs etiam superiori principali sententiæ auxiliatur *text. in d. leg. si instituta,* † 27. *para-* 22
grapho de inofficioso, D. de inofficios. testament. Tum quia *text.* ibi, in nepote, in quo est fortior ratio, loquitur: Tùm quia non anteà alimenta præstari pupillo pauperi, quàm post primam sententiam pro eo latam, *textus* ibi

iubet, vt notat *glos. fin. ibi*, singularemquè ad hoc dicit *textum ibid.* Ioan. Bolog. quòd filius testamentum patris querelans, non debeat alimenta antequàm primam sententiam pro se reportauerit, habere. Ideòquè hæc omnia simul requisita, vt alimenta litisque sumptus præstari debeat, desiderat Emman. Suar. *commun. opinion. tom. 2. d. tit. de fructibus & liti expens. numero* 112. Scilicet actorem filium, vel nepotem esse querelantem patris testamentum, pauperem fore; primamque pro se reportasse sententiã. Ita etiam Fracisc. Marc. *decis.* 364. *numero* 1. *par.* 2. quatuor requirens, vt de alimentis, litisque expensis fiat à collitigante prouisio. Primum quòd petens sit filius, secundum, quod sit pupillus, tertium, quòd in prima instantia sententiam obtinuerit, quartum, quòd sit inops, nec aliundè sibi possit subuenire. Quæ ex *d.* §. *De inofficioso* colligit. Ita etiam Ioann. Cephal. *cons.* 127. *numero* 3. *infin. lib.* 1. Petr. Rebuf. *de sentent. prouis. art.* 1. *glos.* 1. *num.* 6. Pyrr. Maur. *de fideiussor.* 1. *par. sectio.* 3. *capit.* 8. *numero* 2. *folio mihi* 103.

Vndè merito sententiam *glossæ in d. l. Si quis à liberis*, 6. §. *Si vel parens, verb. Nec decernent, D. de liber. agnoscend. & in l. fin. glos. fin. C. eod. tit.* (indistincte docentis, lite super filiatione pendente, alimenta, litisque sumptus ei, qui se filium contendit, ab eo qui pater desideratur, subministrandos) damnarunt Petr. Iacob. *de* Aren. Cyn. Angel & Alberic. *ibid. in d. l. fin.* Bart. *in l. Si neget.* 7. *numero* 1. *D. liber. agnoscend. Quia si esset vera* (inquit ipse, *ibid in versicul. Certè*) *sequeretur absurditas: quia quilibet ribaldus posset ire ad vnum diuitem hominem, & facere quæstionem filiationis, quia interim deberet alimentari.* Cum quibus etiam tenent, damnaruntque sententiam *glossæ* Iacob. Menoch. *de præsumptionibus lib.* 1. *præsumtion.* 35. *numero* 2. Tiber. Decian. *cons.* 60. *numero* 1. *lib.* 2. Alexand. Trentacinq. *variar resolut. lib.* 1. *de aliment. resolut.* 1. *numero* 32.

Nec etiam principali sententiæ vt alimenta litisque sumptus paupertatis prærextu quis
24 consequi valeat; faciliorem præbet aditum *text. in l. fin. C. de Carbonia. edict.* † Non enim aliter Carboniani edicti commodum deferri voluit ibi textus, quàm sub personis legitimis ex indubitato matrimonio, custodito partu, & probata legitima successione.

Constat igitur, non sola paupertatis ratione alimenta, litisque sumptus pauperi collitiganti subministrandos fore; sed prædictis circunstantijs, & requisitis aliquibus vè eorum
25 concurrentibus, † nec solam paupertatem huiusmodi ius, fauoremque tribuere, ex latè iam deductis: & ita notarũt Bart. Bald. & alij *in d. l. Imperatores, D. de tutel. & ration. distrahend.* & post multos, ita pro generali regula constituit Didac. Couar. *practicar. quæst. cap.* 6. *numero* 6. *in princ.* Lara *in d. l. Si quis à liberis*, §. *Si vel parens, numero* 40. & 49. *Pistor quæst. iur. quæst.* 20. *numero* 1. & 2. Cardin. Dominic. Tusch. *practicar. conclus.* 309. *numero* 23. & post Ioan. Lup. Boer. & alios tradit Iacob. Menoch. *d. lib.* 1. *præsump.* 35. *numero* 32. Petr. Surd. *de aliment tit.* 1. *quæst.* 110. *numero* 1. & *seqq.* Castillo *controuers. d. lib.* 3. *cap.* 27. *numero* 52. & 53. Alexand. Trentac. *d. resolut.* 1. *numero* 41. *vers. Secundus casus est*, Ioann. Aloys. Ricc. *d. decis.* 56. *Curiæ Archiepisc. Neapol. numero* 4. & 5. *par.* 1. reprobantes Guidonis Papæ, & sequacium suprà relatorum sententiam, indistinctè volentium, sumptus, & alimenta à collitigante diuite pauperibus subministranda.

Vt autem prædictæ oppositiones cessent, in eam sententiã communiter itum est: Quòd licet sola paupertas ad obligationem præstationis alimentorum, litisque expensarum inducendam, sufficiens non sit: eam tamen inducat, si simul cum paupertate aliqua boni iuris præsumptio † sit coniuncta; quo casu alimenta litisquè sumptus pauperi collitiganti 26
à diuite præstandos, tenuerunt Bart. *in d. l. Si neget, D. de alendis liber.* Felin. *in capit. Si qui testium, numero* 9. *vers. Secundus casus*, extra *de testib.* Palac. Rub. *in cap. Per vestras*, §. 39. *numero* 2. *vers. Ex qua lege, & numero* 3. *vers. Imò quod plus est*, Speculat. *in tit. de inquisit.* §. *fin. numero* 2. Emman. Suatez (receptam sententiam dicens) *commun. opin. tom.* 2. *sub rubrica de re iudicata, numero* 236. Didac. Couar. *practic. d. cap.* 6. *numero* 6. *vers. Ego verò quoad litis expensas*, Matth. *de* Afflict. *decis.* 10. *numero* 3. Ludouic. Molina. *de Hispanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 16. *numero* 30. Iacob. Menoch. *d. lib.* 1. *præsumpt.* 35. *numero* 6. Aluar. Valasc. *d. consult.* 1. *numero* 9. Petr. Surd. *de alimentis* 1. *quæst.* 112. *numero* 27. *& seqq. & quæst.* 120. *per tot. eod. tit.* 1. Ioan. à Castillo *d. cap.* 27. *numero* 13. Hieronym. Zeual. *commun. contra commun. lib.* 3. *quæst.* 757. *num.* 118. & 119. *Rojas in epitom. succes. cap.* 33. *numero* 14. & 15. Cardin. Seraphin. *decis.* 173. *numero* 8. & *decis.* 426. *num.* 1. & 2. & *decis.* 1098. *num.* 1. & 2. Prosper Farinac. *nouis. decis. Rotæ decis.* 470. *num.* 5. *part.* 2. Cardin. Crecent. *decis.* 8. *tit. de iudic. alias* 232. Alexand. Trentacin. *d. lib.* 1. *tit. de aliment. resolut.* 1. *numero* 41. Ioan. Baptist. Pontan. *de aliment. cap.* 13. *numero* 6. Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. quæst.* 575. *num.* 1. Ioan. Aloys. Ricci. *d. decis.* 56. *per tot.* præcipuè *num.* 4. & *d. decis.* 35. *n.* 14. *par.* 4. Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nuptial.* 2. *tom. clausul.* 5. *glos.* 8. *par.* 12. *n.* 49. Stephan. Gratian. *discept. Forens. cap.* 55. *n.* 49. Rota Roman. *apud* Alexand. Ludouic. *decis.* 524. *nu.* 2. & *decis.* 189. *num.* 1. *vbi eius Addit.* Oliuer. Beltramin. *numero* 7. *litera A. vers. Præsumptio boni iuris*, Anton. Ricciul. *in tract. de iure personæ extra Ecclesiæ gremium existentium lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 1. & 2. Fului. Pacian. *de probat lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 70. Camil. Borrel. *in summ. decis.* 2. *part. tit.* 38. *n.* 325.

Neque ad huiusmodi alimenta, litisque consequendos sumptus sententiã pro paupere latam esse, † vel alia determinata præsumptio 27
necessariò requiritur, sed quælibet boni iuris cum paupertate coniuncta præsumptio iudicis arbitrio sufficiens est.

Et in specie (nõ requiri sententiã in prima instãtia pro paupere, vt alimẽta litisque sũptus à collitigãteco sequi valeat, si præsũptionẽ pro se habeat tenuerunt Petr. Rebuf. *de sent. prou. art.* 1. *glos.* 2. *numero* 5. Didac. Couar. *practicar. d. cap.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap.6.verſ.Et ſanè,quia opinantur, Lara *in d.l.ſi quis à liberis, §.ſi vel parens , numer.44. D.de liber.agnoſcend.* Ludouic. Molina *de Hiſpano. primog.libro ſecundo cap.16.num.36.* Ioan.Cæphal.*conſ.127. num.10.lib.1.* Fului.Pacian.*vbi ſupra d.num.70.verſ. Sed imò*, Iacob. Menoch. *d.præſumpt. 32. num. 3. & 4.* Beninc. Hieron. Gabr.Ioſeph.Ludouic.Mandoſ.Simon.*de* Præt. & alij , quos refert , & ſequitur Petr. Surd. *de aliment.tit.1.quæſt.112.num.18.* Hieronym.Zeual. *commun. contrà commun. quæſt.734.numer. 21.& 757.num.117.& 118.*Cardina.Dominic. Tuſch. *practic.concluſ. litera A.concluſ.309.numer.20. & ſeq.*Marius Giurba *deciſ.5.num.29.* Andre.Fachin.*controuerſ. iur.lib.12.cap.62.*vbi receptam ſententiam dicit, *conſ.42. num. 25. & 26. lib.1.* Ioan. à Caſtillo *d. lib.3.cap.27.nu. 68.& 69.* veram hanc,& omninò in praxi ſeruandam reſolutionem , in regioque *Granatenſi* Prætorio aliquando obtinuiſſe , aſſerens , Ioan. Aloyſ.Ricci. *deciſ.Curiæ Neapolit. 251. num.1. & ſeqq. & num. 11.* Ioann. Baptiſta Coſta *de ratione rata,quæſt.59.nu.5.*vbi non eſſe mirum, quamlibet præſumptionem ſufficere , etiam quæ in iudicis reſidet arbitrio , modò non captioſum, ſed benè ſit regulatum (ex Iacob. Menoch. *conſ. 491.nu. 33.&* Couar.*vbi ſup.)* inquit, Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabilib. Eccleſ.quæſt.575. numero ſecundo* Ioan.Baptiſt. Pontan.*de aliment.d.cap.13.n.6.& 7.* Ioan.Pet. Fontanel. *de pactis nuptial. 2. tom.claſul.6.gloſ. 2.p.3.nu.77.& 80.*& expreſſiùs *ibid.part.4. numer.26.*Anton.Ricciul.*vbi ſuprà,dict.lib.2.cap. 21.numero 2.* Paul. Æmil. Veral.*deciſ.259.numer.lib.2.* Philip. Paſchal.*de virib.patriæ poteſt. par.2.cap.2. numer.60.*Franciſc.Milanem.*deciſ. Regn.Sicil.16.num. 39. lib.1.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.d.cap.55.num.51.*Martin Monter *à* Cueua *deciſio.16.nu.26.27.& 28.*

Nec huic reſolutioni obſtant prædicta iura in *d.l.ſi inſtituta,27.§.de inofficioſo,D.de inoffic. teſtam.* nequè *in l. fin. C. de ordine cognition.* nequè *in leg. fin. Codice de Carbonian. edict.* Quia (præter alias , quæ eis aſſignantur ſolutiones , quæque per ſuprà relatos in huius ſententiæ confirmationem videri poterunt) ea ab omnibus fere recipitur , quæ præfata iura non
27 tam diſpoſitiuè , † quàm narratiuè exempliquè gratia loqui , habet; quod regulam non arctat, *tex. in c.1.ne clericvel Monach.leg.1. §. Quod vulgo, D.de vi, & vi armata,*cum aliis Iaſ.*in l. ſicut autem,num.1.D.de re iudic.*prædictamque ad §. *de inofficioſo* ſolutionem tradiderunt Iacob. Menoch.*conſ.419.nu.33.*Pett.Surd.(alios referens) *de aliment. tit. 1.d.quæſt.112.numer. 19.& 20.* Caſtillo *d. cap. 27. numer.13.& 69.* vbi magis communiter receptam Andre.Fachinæ.*controuerſ.iur.d.lib.2.cap.62.*Petr. Ioan.Fontane.*de pact.nuptial.tom.2.clauſul.6.gloſ.2. part. 4.numero vigeſimo-ſexto,* & in hanc ſententiam omnes concordare , neminemque diſcrepare , aſſerit : tenentque alij ex proximè relatis, apud quos aliæ etiam poterunt videri ſolutiones.

Et in *dict. leg.fin. C.de Carbon. edict.* ſpecie non omnes illas circunſtantias , & requiſita vt prætendenti ſe filium eſſe , ex carbonianoque agenti , alimenta , litiſque ſumptus (ſi pro eo ſufficiens præſumptio adſit) miniſtrentur , neceſſaria non eſſe ; tenuerunt Specul. *titul. de primo & ſec. decret. paragrapho videndum eſt, verſ. Idem quoque* , & Matthæ.*de* Affict quos refert,& ſequitur Ioachin.Mynſinger.*ſingul.obſeruat 21.numero tertio.*quos in id non inueniſſe fateor.Poteſtque alia aſſignari ſolutio:dictam nempè legem non omnes illas qualitates ad prouiſionem alimentorum, & expenſarum pupillo faciendam, ſed bonorum hæreditariorum poſſeſſionem (quod magis eſt) præſtandam, qualitates requirere.

Vndè ſententiam eorum,quos ſuprà *num.22.* retulimus, tria , vel quatuor illa ſimul , vt alimenta , litiſquè ſumptus præſtari debeant, requirentium; meritò (poſt Didac.Couar.Anton. Cordub. & alios ab eis relatos) impugnat,† & 28
reprobat Iacob. Menoch. *d. lib.1.præſumpt.35. numero tertio & ſeq.* & ante eum Petr. Rebuf. *de ſent.proviſi.art.1.gloſ.2.num.5.*tenere quoque videtur.

Hac itaque ſolutione , & fœdere , bonique iuris pro paupere præſumptione ſtante , cætera quoque ſedantur argumenta contraria. Litigandi namque temeritas compeſcitur , anſa tollitur, & occaſio ; ſimulquè pauperum abſque diuitum iniuria neceſſitati ſubuenitur. Nec per hoc iniqua diuitibus infertur conditio : cum præſumptio quæ contra eos,in paupetum verò militat fauorem , id iure optimo operetur. Potiùſque videretur iniquum , alimenta , litiſque expenſas pauperibus in tali caſu denegari:cum non paupertati ſolum , ſed iuſtitiæ , boni iuris præſumptione valatæ huiuſmodi concedatur fauor. Sufficitque cum temporis † pro paupe- 29
re præſumptionem exiſtere , licèt poſtmodum contrà eum veniat iudicandum,*text.in l.1 §.ſed ſi certum,D.de ventre in poſſeſſio. mittend. dict. leg.fin. Cod. de Carbon. edict.lege prima,§. intereſſe,D.ſi mulier vent. nomin. vbi gloſ. verb. ſine cauſa.* Satius eſſe,ali non alendum,quàm fame necare alendum,notat, *Noſquè in axiomatib. & locis communib. iur. lit. A. numero* 208. notamus.

Non etiam obiiciendum, ſtare adhuc rationem illam naturalem , *debere neminem contra ſe arma præbere.* Non enim contra ſe arma præbere dicitur , cuius cauſa iniqua iuris præſumptione vulnerata eſt, † aduerſarijque bona ſuperata. Proque contraria parte in ſecundo argumento adducta iura , in caſu quo aduerſarius ab aduerſario inſtrumenta ad intentionem ſuam fundandam prætendit , loquuntur , ac procedunt;Nos ad iam fundatam,ad cauſamque proſequendam , quæ non leuem boni iuris ſpecimen pro paupere præ ſe fert,alimenta, litiſque ſumptus deſideramus. Quo quidem,præſtandos fore , & ipſamet naturalis ratio ſuadet ; ne ob pauperum impotentiam veritas occultetur, eorumque ius pereat : & iura ſtatuunt, vt (præter in principio pro hac parte relata) probat etiam *text. in cap. finem litibus,5. de dolo,& contum.* Firma eſt enim iuris reſolutio , Quòd licèt actori inſtrumentorum copia ad intentionem fundandam,præſtanda non ſit:ad iam fundatam verò adiuuandam conceditur , ex *l.qui concubinam , vigeſima-nona , paragrapho Cum ita,el 2.& leg.prædijs,91.§.Tertio, D.de legat.3.* notant *DD. ad leg. 1. & vltim. Cod. de edend.* & ita iudicauit Sabaudiæ Senatus , vt refert

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Anton.Fab. *in suo Cod. definit. lib. 2. titul. 1. defini. 1.*

Denique non obstat suprà dictæ sententiæ *text. in dict. leg. Imperatores, 17. Digestis de tutel. & ration. distrah.* Cui tripliciter responderi po-
31 test † Primò, ideo ibi alimentorum, litisquè expensarum prouisionem exigenti tutelæ, curæ vè administratæ rationem, denegatam fuisse, quia pauper non erat, nequè aliquid vndè paupertas colligatur petentis rationes ex textu deprehenditur: quo casu nulla ratio dictat, alimentorum, expensarumque prouisionem faciendam. Secundò, pro exigente rationes præsumptionem ibi non steriisse: aliter enim si extaret, dispositurus fuisset legislator, nec tunc eius procederet dispositio, vt firmarunt Bossius *in tit. de aliment. præstand. vxori, numero secundo, &* Petr. Surd. *in tractat. de aliment. tit. 1. quæst. 120. nu. 9.* Tertiò, ex ratione proximè dicta, quia qui rationes exigebant, ad intentionem suam fundandam, alimenta litisquè desiderabant sumptus, quos iustissimè denegarunt Imperatores, concessuri, si iam fundatam prosequerentur, vt sentit idem Anton. Faber *in suo Cod. defini. libro 3. tit. 21. defini. 1. num. 1.*

Ex quibus, contrariis responsum sufficienter extat, manetquè firma conclusio, Præstanda pauperi alimenta, litisquè sumptus, si pro se præsumptionem habeat. Quæ ampliatur pro-
32 cedere in paupere etiam cum fisco litigante, † qui tenetur pauperi de alimentis, necessariisque expensis prouidere, argum. *l. 1. §. quod si fiscus, Cod. de Carbon. edict.* tenuerunt Paris. *de* Put. *in tractat. Syndic. verb. Expensa, numero secundo* Palac. Rube. *in repet. cap. per vestras, d. §. 39. numer. 3.* Petr. Surd. *de aliment. d. quæst. 120. nu. 15.* Anton. Ricciul. *in tractat. de iur. personar. extra gremi. Eccles. existent. lib. 2. quæst. 21. numero 4.* Nicola. Boër. *decis. 303. numer. 4.* Ioann. Aloys. Ricci. *decis. Curi. Archiepisc. Neopol. 35. nu. 15. par. 4.*

Non solumque pauperi actori, sed etiam reo
33 † pro debito ciuili incarcerato ab aduersario alimenta præstanda, dixit celebris *glos. in l. fin. verb. agnoscere, C. de erogat. milit. annon. libro 12.* tenuerunt què *Specul. in tit. qui filij sint legitim. §. fin. num. 20. in fin.* Addit Bart. *in l. Sanctum, nu. 3. lit. B. D. de rerum diuis.* dixitquè singularem *d. glossam* Ias. *in §. Item si quis, num. 93. instit. de action. & in l. si victum, num. 2. & 3. D. de re iudic.* Felin. *in cap. Ex rescripto, in fin.* vbi etiam alij, *extra de iureiurand.* Aluarus Valasc. *d. consult. 1. numer. 8.* Petr. Surd. *de aliment. titul. 1. qu. 69. num. 2. & quæst. 71. num. 1. & 2. & quæst. 118. per tot.* Cornel. Beninc. *in tract. de paupert. speciali 8. in indic. numer. 22.* Limitantes per hoc dictum *Bartoli in d. l. Sanctum, D. de rerum diuis.* dicentis: captum suis expensis viuere debere, quia intelligi debet, nisi pauper sit, quia tunc ab aduersario, qui eum in carcerem detrudi fecit, erit alendus, Nicol. Boër. (sic pluries in Curia decisum referens (*decis. 325. nu. 1. in fin.* Anton. Cotdub. *in d. l. si quis à liberis, §. Solent, num. 37. D. de liber. agnoscend.* Anton. Sola *in decret. Sabaud. tit. de captura debit. glos. 3. num. 5.* Carol. *de* Gras. *in tract. de exceptionib. in prælud. n. 115.* Ioan. Baptist. Costa *de remed. subsidia. remed. 72.* Anton. Ricciul. *d. tractat. lib. 2. quæst. 21. nu. 7. & 9.* vbi, quòd si pauperi carcerato alimenta non præstet, qui eum carcerare fecit, per carcerum visitatores excarcerari poterit, ex constitutione *Pij V. 68. in ordin. §. 3. & constitut. reformat. Pauli V. in §. 24. numer. 24.* Ioan. Hieronym. Episc. Campan. *in suo diuersorio iuris, rubric. 11. cap. 10. numer. 51.* Ioan. Aloys. Ricci. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. 56. per tot. 1. par.* vbi ita fuisse conclusum, testatur, & *decis. 251. num. 17. part. 2. & in allegat.* Ioan. Mariæ Nouar. *num. 3.* post ipsiusmet Ricci. *decis. 109. eod. par. 2.* Lucas Matthæus *de* Apicella *in tutamine pauperum, titul. 4. de cessione bonorum, num. 48.*

Et quòd si creditor debitorem pauperem carceratum non alat, teneatur Iudex eum è carceribus relaxare, † tradiderunt etiam Francisc. 34
Ripa *in l. Obligatione, num. 32. D. de pignor. & hypothec.* Petr. Gerard. *singul. 73.* Nicolaus Boër. *decis. 303. num. 2.* Ruginel. *practic. quæst. 39. numero 68.* vbi sic decisum refert, Ioan. Baptist. Pontan. *de aliment. cap. 11. num. 7.* Pet. Surd. *eod. de aliment. tractat. d. titul. 1. quæst. 71. num. 3.* communem hanc sententiam, & seruanda dicens, Prosper. Farina. *prax. crimin. quæst. 17. numero 149.* Aluat. Valasc. (sic sæpè iudicatum vidisse asseuerans) *d. consult. 1. num. 8.* Anton. Gamma *decis. 261. numero 1.* vbi quòd non semel secundum hanc opinionem extitit per suos collegas iudicatum, Auiles *in cap. Prætor. cap. 18. verb. Qual conuenga, num. 5.* Alphons. Montal. *in l. 2. verb. De pan y agua, tit. 8. libro tertio fori leg.* Anton. Cordub. *in dict. l. si quis à liberis, §. si vel parens, num. 60. cum sequentib.* & ita per prædictam *glos. in d. l. fin. C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* quotidiè iudicari, testatur Melchior Pheb. *in decis. Lusit. decis. 3. num. 1. & arresto 2. in princip.* Id quod non solùm in paupere publicis adstricto vinculis; sed etiam in nobili in domo carcerato † vulgo, (*Preso en omenage*) 35
procedere firmat, cui etiam à creditore ministranda fore alimenta, sicut publicis vinculis carcerato, decisum fuisse asserit, Carol. *de* Gras. *vbi supr. n. 116.* Ioan. Baptist. Costa *d. remed. 27.* Lucas Matthæ. *de* Apicel. *supr. d. num. 48.* vbi, quòd si creditor, qui debitorem fecit incarcerare, non reperitur; † citabitur per proclama, & in 36
tit. 1. de quinquennali dilatione, nu. 214. inquit, in magna Curia obseruari regulam: Vt fiat contra creditorem citatio, vt ad submini strandum expensas carcerato, stante eius paupertate, veniat, primaquè comparear die ad testium examinandorum super paupertate iuramenta videndum; ac deinde capitur de paupertate informatio, constitoque de ea summariè, imponitur decretum, Quòd creditor infra biduum debitori carcerato submini stret expensas, aliàs liberabitur. Quòd si non infra dictum terminum submini stret, solet aliud interponi decretum: Vt infra aliud biduum submini stret, aliàs libere tur, & si incipit submini strare, posteaque desistit, decretum, quòd continuet expensas, seu alimenta interponitur, aliàs liberetur captus. Quas taxati dicit in magna Curia solere expensas ad rationem ducati vnius pro quolibet mense, nisi persona carcerata sit qualificata, & nobilis, quia tunc iudicis arbitrio taxatio augebitur. Idemquè dicit, si debitor pauper incarceratus in-
firmatus fuerit, † quia constito de infir- 37
mitate, solet magna Curia illum ad domum creditoris asportari facere, vt suis illum

sumpti

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sumptibus curet, quem si creditor recipere noluerit, vel ei necessaria infirmitate subministrare, illum dimittere, & licentiare Curiam consueuisse firmat, argum. *text. in l. 2. §. Sed scimus, C. de Latin. libert. tollen.* & ita referentem adducit Franciscum Ant. *de iudic. in suo tract. de liquid. instrumen. 4. consid. numer. 72.* Sicque se bis in ciuitate *Caua*, cum ibi iudex esset, anno 1592. obseruasse testatur. Sic & *Catalonia* stare statutum *const. 4. & 7. titul. de pauper. litigant. & const. 3. de execut. censual.* (quę creditores ad quorum instantiam debitores sunt incarcerati, alere eos debere iubent, aliàs si per duos naturales dies cessent. relaxandos) asserit Ioan. Petr. Fontanel. *in tractat. de pact. nuptialib. tomo 2. clausul. 6. glos. 2. part. 3. numer. 71. vers. Habebat*, & latiùs 1. *tom. clausul. 4. glos. 18. par. 4. num. 34.*

Hanc tamen opinionem procedere putat, contenditquè Aluar. Valasc. *supra dicto numer.* 38 8. in casibus tantùm, in quibus cessioni bonorum locus non est.† Quia cum pauper carceratus cedendo bonis à carceribus liberetur, *text. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt*: alimenta petere non nisi dum fit cessio poterit. Licèt contrarium) adhùc in isto casu) dicendum contendat, iudicatumquè dicat Melchior Pheb. *dict. arresto 2.* Sententiæ tamen *Valasci* (in puncto iuris) adhærẽdum puto. eique assentire videtur Ioan. Hieronym. Campanil *dicta rubric. 11. capite 10. num. 51.* vbi saltem de debito euidenter apparet, nec debitor defensionem aliquam legitimam, qua se tueri possit, habet; non verò aliter. Dum enim de debito euidenter non apparet, vt per debitoris confessionem, sententiam in rem iudicatam translatam, vel alias legitimas probationes, quæ executionem habeant, quibusvè exceptio legitima obiici non potest, cogendus non est quis bonis suis carere, eorumquè cessionem facere: & sic expresse notat Antonius Gamma *dicta decisione 26. numero 4. versiculo, qua omnia procedunt, quando debitor iam est condemnatus in certa quantitate ipsi creditori soluenda.* Et ita veniunt intelli-
39 genda † iura Regia in l. *2. titulo 8. libro 3. Fori leg. & in l. 4. titulo 16. libro 5. noua Reg. Collect.* disponentia, teneri creditorem per nouem dies de pane, & aqua debitori prouidere: quòd si intra eos soluere, aut fideiussorem dare debitor non potuerit, creditori (si creditor ipse velit) inseruire, vt ex operibus suis creditori satisfaciat, adstringi: Vt procedant, locumquè habeant, si de debito constet euidenter, nullaquè sit legitima debitori exceptio. Et sic ea etiam dispositione stante, tenebitur creditor pauperi debitori lite durante de alimentis prouidere, vt apertè ex earum legum contextura deprehenditur. Quæ sententia limitanda videtur: Nisi eleemosynis viuere pauper incarceratus possit; tunc enim non ei tenebitur
40 creditor subuenire † vt (argum. *text. in l. Iudices, 10 C. de Episcop. Aud.*) prædictam sententiam limitarunt *Nicola. Boer.* (post alios ab eo relatos) *dict. decisione 103. numero 2.* Cornel. Benincac. *dict. special. 8. in iudic. numero 24.* latè Antoni. Gamma *dicta decisione 261. numer. 2.*

Cui tamen limitationi contradicit Aluar. Valasc. *dict. consultat. 1. numero 8. versiculo, Verum tamen ego.* Vbi, quòd etiamsi Confraternitas Misericordiæ carceratis alimenta præstet, non ob id creditor à prouisione alimentorum debitori incarcerato facienda excusabitur: Cum pietatis causa incarceratos confraternitas non de rigore, creditorumvè intuitu alat, nec pauperi incarcerato ex solitis eleemosynis de alimentis prouideret, si creditor alimenta debitori præstaret; & secundum hanc opinionem in facti contingentia consuluisse testatur. Qua etiam in re multum) iuxta suprà dicta) personę operabitur conditio.

Non solùm autem carcerato pro debito ciuili alimenta debitori pauperi à creditore præ- 41
standa sunt; sed etiam pro crimine † carcerato, qui interim ab accusatore alimenta, litisque sumptus ad sui defensionem habere debet: tradit latè Nicola. Boer. *decis. 325. per tot.* Ioan. Baptist. Baiard. *in addition. ad Iulium Clar. quæstione 46. numero 12.* Sebastian. Guazin. *de defension. reor. defens. 6. circa priuilegia carceratorum, capite primo numero 1.*

Aliàs à Curia erunt huiusmodi expensę subministrandæ, † Matthæ. *de Afflict. decis. 71.* 42
numero 2. Petr. Surd. *de alimen. tit. 1. quæstio. 72. numero primo & 2.* Ioan. Baptist. Baiard. *vbi supr. numero 15.* Borgnin. Cauale. *de brachio Regio. p. 2. numero 284.* de communi asserens, Sebast. Guazin. *loco proximè relato, num. 1. & 3.* Philipp. Paschal. *de virib. patria potestat. 2. par. capite 2. numero 87.* etiam in quocumque delicto Petr. Surd. *vbi sup. numero trigesimo &* Sebast. Guazin. *in numero 2.*

Proque his pauperibus carceratis alendis (si opus sit) poterit imponi collecta,† cum eos 43
alendi onus ad Communitates spectet, vt communem esse opinionem testatur Borgnin. Cauale. *de brachio Regio dict. secunda par. numero 291.* quem refert, & sequitur Sebastian. Guazin. *dict. capite primo numero 3.*

Etsi ad Iudicem ad quem, remissio carcerati pauperis facienda sit; Iudicis à quo, expensis † mittendum fore, tenet Ioan. Fab. *in l. minimè, C. de appel.* per *text. in l. 1. C. de custod. reor. & auth. de defensor. ciu. §. Audient, colla. 3.* Capel. Tolo. *q. 100. n. 2.* Probaturque ex *Actis Apostolorum, c. 27.* vbi, quia *Paulus* ad *Cæsarem* appellauerat, eum cum custodibus & Centurione Præsul *Festus* ad *Cæsarem* misit. Eiusque expensis remissionem factam fuisse, ex eo deprehenditur, quia nulla *Paulus* Apostolus habebat bona. Cum aliàs carceratus ad alium Iudicẽ remissionẽ petens, suis sũptibus † remittẽdus sit, 44
vt (ex Bald. & Cardina. Alexand.) tradit Nicol. Boer. *decis. 103. n. 1. ex text. in d. l. fin. C. de* 45
erogat. milit. annon. lib. 12. nec aliàs Iudex remissionem facere teneatur, vt (post *Practicam Conrad. t. de inquisit. n. 12. limit. 9. pag. 249. col. 2.*) ostendit Prosper Farina. *prima parte praxis criminal. q. 7. n. 39. in princip. & vers. Quòd si re. missio* Didac. Couar. *practic. q. c. 33. nu. 5.* Iacob. Menoch. *de arbitr. casu 228. numero 7. & seq.*

Idemque erit, si alius carcerati remissionem 46
petat † eiusdem namque carcerati sumptibus (si soluendo sit (facienda erit, secùs si pauper, nec soluendo, quia tunc expensis accusatoris, in eiusq; defectum, Iudicis requirentis

vltimoquè loco, iudicis requisiti remissionem faciendam, tradit ex Bart. Alex. Boer. & aliis) Carauita *in ritibus mag. Curiæ, ritu* 235. *num.* 13. *& seqq.* Didac. Couar. *d. cap.* 33. *numero* 5. Farinac. *vbi suprà d. numero* 39. *vers. Altera, & sic tertia, & infin. versic. Benè verum est.*

Aduertendum autem suprà traditam conclusionem principalem (quæ pauperi litiganti præsumptionem pro se habenti alimenta, litisquè sumptus à collitigante diuite ministrandos, habet) intelligere multos, vellequè procedere in casu tantum, quo pauper ad
47 vniuersitatem † bonorum ageret, maioremvè hæreditatis partem peteret: secùs si personali actione, proquè aliquo suo credito, vel re singulari contenderet. In qua fuerunt sententia Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 120. *num.* 14. Stephan. Gratian. *disceptat. Forens. cap.* 55. *num.* 49. cum quibus simpliciter transit Ioan. à Castillo *controuers. d. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 14. Ioann. Baptist. Costa *de ratione ratæ, quæst.* 59. *num.* 6. *& seq.* August. Barbos. *in remis. ad leg. Reg. Lusitan. lib.* 2. *tit.* 9. *Dos contadores, dos seitos, è custas*, in hanc quoquè allegans Azinium *in praxi Florent.* §. 32. *cap.* 2. *ampliat.* 30. *&* 31. Coller. *de proces. executi. cap.* 2. *numero* 95. *& seq. par.* 1. Bernard. Græu. *ad pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *concluf.* 43. *considerat.* 1. *numero* 10. nouissimè etiam Antoni. Ricciul. *de iure personar. extra Eccles. gremium existentium, lib.* 2. *quæst.* 21. *n.* 6. Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 12. *num.* 46. Qui omnes, authoritate Ioan. Lupi. *in repet. cap. Per vestras, d.* §. 39. *ampliat.* 18. *num.* 3. *vers. Imò quod plus est*, mouentur. Qui tamen nullo modo id aut dicit, aut probat, neque huius partis sequaces aliquam legem, efficacemvè rationem adducunt. Quare præstanda à diuite collitigante pauperi alimenta, litisquè sumptus (iuxta à nobis latè tradita) siue pro vniuersitate bonorum, siue pro parte tantùm pauper contendat, indistinctè tenendum est. Cum vtrumquè simul casum comprehendat tradita ratio, quæ ministrandos pauperi litiganti præsumptionem pro se habenti sumptus, & alimenta dictat: ne per impotentiam ius eorum pereat veritasquè opprimatur. Item quia *text. in d. cap. Ex parte*, 11. *& cap. Olim, de accusation.* fieri prouisionem disponunt eis, qui ad vniuersitatem bonorum nullo modo agunt. Et sic reperij tenuisse Rotam Romanam *ex congestis à* Farinat. *in nouissim. par.* 2. *decis.* 749. *num.* 5. reiecta *Surdi*, sequaciumquè distinctione: eamquè tenet indistinctè sententiam Ioan. Cephal *cons.* 127 *n.* 10. Ioan. Aloys. Ricci. *decis.* 56. *Curiæ Archiepisc. Neapolit. n.* 9. *par.* 1. sibiquè parùm constans Ant. Ricciul *d. tractat. lib.* 2. *quæst.* 21. *n.* 3. Ioan. Petr. Fontanel. *de pactis nuptialib.* 2. *tomo claus.* 6. *glos.* 2. *part.* 4. *num.* 73. vbi semper pro hac sententia, & contra dictam differentiam Senatum Cataloniæ iudicasse, asserit, Oliuerius Beltramin. *in annotat. ad decis.* Alex. Ludouici (Rotæ quondam Auditoris, postmodum quem Romani Pontificis) *decis.* 189. *nu.* 7. *lit. A.*

Dubium tamen est, an hodiè (cum pauperum Aduocati, Procuratoresquè vbique salariati, extent) præstandæ nihilominus pauperi collitiganti hæ sint expensæ? † cum illis gra- 48
tis pro pauperibus postulare debeant, aliique officiales auxilium præstare, scripturas conficere & acta absquè sportularũ solutione exhibere, vt *quæst.* 28. deduximus latè. Dicendumque videtur, huiusmodi expensas à collitigante diuite pauperi ministrandas non esse, cum absque eis causam prosequi, iusque suum valent pauperes conseruare, quæ præcipua, & fundamentalis prouisionis expensarum fuit ratio, cumquè ea deficiat, cessabit, deficietquè earum huiusmodi exactio. Ita sentit Ioan. Botta *cons.* 64. *n.* 10. & post eum Ioan. Baptist. Costa *de ratione ratæ, quæst.* 95. *num.* 11. Dicit tamen Fontanel. *d. tract.* 2. *tom. claus.* 6. *glos.* 2. *p.* 4. *num.* 57. se vnquam ad id in illa Cataloniæ Prouincia, vbi Aduocati pauperum Procuratoresquè existunt, animaduersum vidisse, sed indistinctè prædictas dari expensas. Idque forsan accidere, vel quia visum sit, non semper talibus causam committi posse, nec iustum esse, eorum Patronorum operis pauperes vti obligare; vel quia præter has, aliæ etiam sunt litis expensæ. Sicquè in illo Senatu *Bottæ* suprà relatam opinionem non Practicari, prout neque in hisce Castellæ Tribunalibus practicatur, sed contraria, vt sæpè iudicatum vidi. Faciuntquè pro hac sententia notata à *Nobis quæst.* 31. *num.* 13. *&* 19. *vers. Licèt adhuc* Item quia dato, quòd *Bottæ, Costaquè* memorata ratio in eorum opinionem quoad litis expensas trahere posset: quoad alimenta verò (à quibus gratuitum patrocinium non excusare constat) nequiret. Præterea nec ab expensis excusabit: Illud namque ita demum Aduocati, Procuratoresquè exhibere tenentur, si aliter sibi pauperes prouidere non possint (vt *quæst.* 28. *n.* 54. adnotauimus) in præsenti verò possunt. Quod siue pro pauperum iuuamine publicum percipiant, siue non stipendium, procedet. Cum iam nec pauertatis qualitas (boni iuris fumum pauperis præbente causa) in id adsit; nec Aduocatum, Procuratorumvè obligatio stipendio adaucta sit; sed quæ in quolibet anteà erat, in pauperum hodiè assignatis Patronis resideat. Deinde, quia etiam de publico salariati pauperes vltra trium millium mora petitorũ summam (iuxta *Hispaniæ*, quam *quæst.* 4. *n.* 80. prædiximus consuetudinem (habentis, gratis haud adstringuntur iuuare. Quam tamen, multoquè etiam maiorem in bonis habentibus (paupertate ad hunc effectum, Iudicisvè arbitrio probata) aliméta litisquè sumptus à diuite pauperi collitiganti ministrandi erunt, vt sæpè, *in* speciequè infrà *n.* 54. *&* 71. notamus. Ex quibus, & Aduocatos, Procuratoresquè à gratuitu in præsenti casu patrocinio liberos existere, & diuites cum pauperibus litigantes (præfatam boni iuris præsumptionem habentibus) ad alimenta, litisquè sumptus eis ministrandos obligatos apparet.

Aliud præterea non absimile subsequitur dubium. An filio, † vxorivè pauperi, aut qui- 49
bus eadem ratio est, patrem, vel maritum diuitem habentibus, alimenta, litisque debeantur ab aduersario expensæ? In qua pro vtraque parte rationes vrgent, & argumenta. In diuitis fauorẽ, ne collitigãti pauperi huiusmodi

teneatur

UAB Biblioteca de Ciències Socials

teneatur prouisionem facere; inducitur primò,
50 quia ea non nisi pauperibus † fit, *dictis iuribus supra num.7.* estque communis, concorsque omnium nemine discrepante in hac Doctorum scribentium materia sententia. & ita (post antiquiores) obseruarunt Didac. Couar. Lara, Ludouic. Molina, Menoch. Valasc. Alexand. Trentac. Cæsar Barz. Cardin. Tusch. Ludouic. Cassan. quos refert, & sequitur Cast. *d. lib. 3. cap. 27. d. n. 4. cum seqq.*

51 Ideoque superuenientibus diuitiis † cessat alimentorum, expensarumque prouisio, vt proximè adducti, pluresque alii relati, & sequuti à Ioan. Petr. Fontanel. *d. tom. 2. clausul. 6. 3. par. glos. 2. num. 73.* notant. Sicut crescente inopia, †. & alimenta quoque crescere debent, Cardin. Franc. Mant. (post alios à se relatos) *decis. 331. numer. 3. 5. & 6.* Fontanel. *vbi suprà numero 74. & sequentib.* Sic iudicatum refe-
53 rens.

Vndè ab eo qui litis expensas, alimentaque sibi præstanda contendit, paupertatem priùs (tanquam intentionis suæ fundamentum) probari † oportet, Bart. Paul. Castr. Alexand. Iaso. Deci. Afflict. Benin. Boer. Valasc. Barzi. & alij adducti per Castil. *vbi supr. num. 5.* Fontanel *d. clausu. 6. glos. 2. 4. par. num. 22.* in quo omnes concordare dicit, Stephan. Gratian *discept. Forens. cap. 552. numero 10.* Rota Roman. *coram* Alexand. Ludouico (tunc eius Auditore) *decis. 189. num. 1.* Moli. *de Hispan. primg. lib. 2. cap. 16. num. 46.* Aluar. Valas. *consult. 7. num. 7.* Alex. Trentac. *variar. resolut. lib. 7. tit. de aliment. resolut. 7. num. 32.* Ludouic. Cassan. *cons. 25. num. 8. 9. & 12.* & diximus *quæstione 5. numero 11.*

54 Debetque in specie, † respectu effectus de quo agitur, probari paupertas; ac ideo non generalis paupertatis probatio, sed talis ob quam non possit quis se, & litem sustinere requiritur, Cardina. Seraphi. *decis. 426.* quem refert, & sequitur Oliuer. Beltramin. *in annot. d. decis. 189. num. 7. lit. A vers. Paupertas debet probari,* & fuisse dictum testatur in Cordub. *Capellania, 8. Nouemb. 1610. coram R. P. D. Ortembergo*, diximusque *quæstione 4. numero 81.*

55 Qui autem ab alio alimenta consequi potest, pauper non dicitur, † Petr. Surd. *de aliment. titul. 7. quæst. 37. à num. 1. & tit. 1. quæst. 25. numer. 12. & 13. & quæst. 103. numer. 3.* Thom. Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 1. capit. 14. num. 6. in fin.* Ludouic. Cassanat. *consil. 27. n. 9. & 10.* plures huius sententiæ referens, Oliuer. Beltramin. *in annotat. ad. d. decis. 189. numer. 7. versiculo, Paupertas debet probari,* Stephan. Gratian. *disceptation. Forens. capit. 132. numer. 46. & disceptat. 552. numero 18.* Francisc. Viui. *decis. 523. numero 15.* Ioan. Petr. Fontanel. *d. clausu. 6. glos. 2. part. 4. numero 55.* Et in specie nostra decidit Rota Roman. *ex congestis à* Farin, *in decis. nouissi. 2. p. decis. 470. num. 5.*

56 Secundò, quia obligatio parentum circa filios, † vel filiorum circa parentes, coniugisvè circa coniugem, & antiquior, & potentior est, ac ideo posteriori, minusquè potentiori aduersari diuitis cum paupere litigantis obligationi prænalere debet. ex vulgaris iurib. notatisque à *Nobis q. 11. n. 11. & 16.*

Tertiò, quia parentum, † filiorum, vel coniugis obligatio (quando saltem maritus indotam coniugem recepit) certa, indubitataquè est, nullusque ad obligationis cognitionem desideratur euentus, semper enim de ea constat: At collitigantis obligatio dum lis ex integro finem non recipit (quamtumcumque pro paupere adsit præsumptio) dubia est, & incerta. Certa autem, & indubitata obligatio incertæ, & dubiæ prænalere debet, nec certa pro incertis dimittenda sunt, *l. Cum Titio, D. ad leg. Falcid. l. Non quemadmodum, D. de iudic. l. Si Stipulatus, D. de fideiussor.* Stephan. Gratian. *discept. Forens. tomo 5. capit. 884. nu. 28.* 57

Et licet vtrumque remedium (consequendi nempè à parentibus, filiis, vel coniuge, alimenta, necnon à diuite collitigante) subsidiarium † 58
sit, solumque in defectum aliorum bonorum, vnde percipi alimenta possint, concedatur (vt in parentibus, & filiis diximus *quæst. 4. §. 3.* in collitigante que diuite satis ex suprà dictis constat, præcipuè *num. 50.*) multo tamen minùs subsidiarum remedium est, quod filio aduersus patrem, vel è contra, coniugivè aduersus coniugem pro alimentis consequendis. quam quod pauperi litiganti aduersus collitigantem conceditur, ex proximè tradita ratione, ex obligationisque origine, quod nemo est, qui non videat. Vbi autem duo adsunt subsidiaria remedia, minus subsidiarium † prænalet, vt latè in materia 59
auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor, in secunda huius tractatus parte deducimus.

Contrariam tamen sententiam † (etiam in 60
isto casu præstandas litis expensas, alimentaque pauperi collitiganti) tenuerunt Guid. Pag. *quæst. 56.* Steph. Grati. *discep. Forens. c. 120. numero 52.* hancque verissimam credit resolutionem Ioan. *à* Castil. *d. lib. 3. c. 27. num. 15. & seqq.* seruandamque omninò dicit, *num. 17. in fin.* in cuius confirmationem respondit Ioan. Baptist. *Ferret. conf. 54. num. 9. lib. 1.* in casu Patauino, in quo lata fuerat sententia, D. Clementiã esse vxorem D. Marci Antonij de Sancto Vitor notarij matriculati diuitis, multumque ex officio lucrantis, ab ipsoque alimenta, & litis expensas, appellatione non obstante, neque quòd vxor ipsa patrem diuitem haberet fore, præstandas, ac deberi, quem refert, & sequitur Ioan. Ant. Mangil. *in tract. de imputat. q. 168. n. 1. circa fin.*

Cuius rei rationem adducunt suprà dicti, quòd leges prouidentes pauperi litiganti de alimentis, litisque sumptibus; non aliorum diuitias, sed ipsius litigantis respexerunt paupertatem.

Præterea, quia licèt à parente filio, vel è contra, aut à coniuge coniugi pauperi alimenta præstanda sint; non tamen litis expensæ, neq; ad id adstringi possunt. Ideoque penes diuitem collitigantem remanere obligationem contendunt.

Qua tamen in specie (licet indistinctè suprà relati ministrandos pauperi litiganti litis sumptus, & alimenta teneant) distinguendum inter alimenta, & litis sumptus (quorum diuersa ratio, obligatioque diuidua est) existimo. Vt pro alimentis † teneantur pater, filius, vel coniux diuites, quippè anteriorique obligatione adstricti; pro litis verò sumptibus 61
colliti

collitigans. Sicut enim pater pro litis sumptibus pauperi filio non teneretur; nec erit æquum pro alimentis, ad quæ pater adstrictus est, collitigantem teneri. Quo in casu suprà relata militant argumenta, idque verum omninò iudico.

Videndum nunc superest, vtrum recipiens alimenta, litisque expensas, debeat ea si succumbat, restituere; † si vicerit compensare? Et (vt antiquiores omittam) *Pet. Surd. de alim. tit. 1. q. 154.* (qui quæstionem hanc latè differit, præsertim à *num. 4.* ex sententia *Bart. Masuer. Boer.* & aliorum) nec imputanda, neque restituenda asserit. Cuius rationes, & argumenta extollit (veriorem hanc sententiam dicens) Ioan. à Castillo *d. c. 27. num. 71.* contra *Comar.* & alios, ita etiam tenet Aluar. Valasc. *d. consul. 1. n 7.* Vincent. *de* Franch. *decis. 114. num. 1 & seq.* Ioan. Petr. Fontanel *de pact. nupt. tomo 1. claus. 4. glos. 18. p. 4. num. 79. & tom. 2. claus. 6. glos. 2. p. 4. num. 54.* Ioan. Aloys. Ric. *decis. Curiæ Archiep. Neapo. 251. numero 19. & seqq. p. 2.* Hercul. Marescо. *var. resolut. lib. 2. cap. 83. numero 26* *Rota in Romana bonorum de Cecchis 14. Nouemb. 1604. coram bonæ memo. Penia, & in Romana Saluiani 27. Maii 1613. coram Cardinali Sacrato*, improbato *Couar.* teste Oliuer. Beltramin. qui (hanc sequitur) *in annot. ad d. decis. 189. num. 7. vers. Sciendum est autem*, Fab. *de Anna. cons. 102. lib. 2. num. 1.* licèt *sequentib.* contrarium nitatur defendere.

Vndè deducunt omnes suprà dicti, in isto casu non teneri recipientem alimenta, litisque sumptus, de restituendo † cauere, contra Didac. Coua. *pract. cap. 6. num. 7.* & (præter suprà relatos, *Boerio* tantum, & *Surdo* allegatis) ita tenet Pyrrh. Maur. *de fideiussor. 1. par. sect. 3. cap. 8. num 2. vers. Contrarium. tamen, fol. mihi 103.* Petr. Surd. etiam *de alim. tit. 1. quæst. 135. per. tot.* & ita iudicauit *Rota*, teste Beltramin. *suprà*.

Sed licet prædictam sententiam (neque restituenda, neque compensanda alimenta, & litis expensas pauperi litiganti præstita, in casu succumbentiæ, † quando nempè victus est pauper) veram iudicem, omninoque tenendam, ex ratione *text. in d. l. 1. §. Interesse, D si mulier ventr. nomin.* non obstante eius restrictione, quam intendit facere *Couar.* suprà, quam etiam tenet sententiam in isto casu Ludouic. Molin. *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 16. numero 39. 42. & 43.* Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. d. præsumpt. 35. num. 36. & 37.* Borgnin. Caualcan. *decis. 23. numero 5. part. 1.* multos alios referens ibid. & *in repertor. ciusd. 1. part. verbo, Possessor fructuum.*

In casu tamen, quo pauper victor exti tit, distinguendum puto, Quòd aut aduersarius iustam habuit litigandi causam, eaquè ratione in expensis condemnandus non esset, † iuxta *text. in l. Eum quem temerè, 78. D. de indic. & in l. Properandum, 11. C. eod.* & vtrobique notant Scribentes, Bald. *in l. Generaliter num. 10. C. de Episc. & Cler.* vbi, quòd probabilis causa litigandi, ab expensarum solutione excusat, latèque prosequitur *num. seq.* Estque de iure Regio expressus *text in l. 8. tit. 22. p. 3. & ibid. Greg Lop. glos. fin.* ad huiusmodi excusationem iustam causam in veritate non requiri, sed sufficere eam, quæ iusta reputabatur, notat. Aut iustam litigandi causam non habuit, in expensisque condemnandus † ea ratione fore, iuxta *text. in l. Quisolidum, 80. §. Etiam, D. de leg. 2. §. Oportet, in auth de iudic. vers. Si tamen, collat. 6. & ibi not glos. verb. Solo, ad med. glos. 1. in 3. solut in d. l. Eum, quem temerè, text. in d. l. Regia 8* Ias. *in d. l. Properandum, in §. Sin autem alteram, num. 3. & 8.* vbi etiam Alex. *n. 7.* Hippolyt. *de* Marsil *singul. 237. & 485. & in l. Patre, vel marito, à num. 7. D de quæst.* Bald. *in d. l. Generaliter, n. 9. vers. Ex prædictis apparet, & cons. 323. n. 1. ad fin. lib. 1.* Alex. (receptissimam opinionem dicens) *cons. 115. n. 15. l. 4.* Decius *in c. Interposita, §. Ille, n. 2. de appellat.* Curt. Iun. *cons. 28. n. 10. & cons. 34. n. 8.* Augustin. Bero. *cons. 135. n. 9. l. 2.* Andr. Tiraq. *de retract. conuent §. 1. glos. 2. n. 58.* Didac. Couar. *practic. l. 1. cap. 27. n. 3.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 2. casu 176. n. 1. & 2.* qui *n. sequentib.* quando iustam litigandi causam quis dicatur habuisse latè agit, plenè etiam Petr. Barbos. *in dict. l. Eum quem temerè, in principio, n. 51. 52. & 53.* Hieronym. Zeual *de cognitione per viam violentiæ glos. 16. num. 1.* Cæsar Barzi. *decisione 113. n. 11.* Carauit. *in ritib. mag. Curiæ, ritu 297. n. 20.* & nouissimè (quem post hæc scripta omnium latissimè hac de agentem vidi) Camil. Borrel. *in 2. par. summ. accis. tit 38. de expensis, n. 12. & seqq & n. 59. & seqq.*

Vbi igitur victus in expensis condemnandus non foret, restituenda ei esse † alimenta, litisquè sumptus quos pauperi præstitit, verum existimo: aliter namque sequerentur absurda. In expensis nempè eum, qui condemnandus ob iustam litigandi causam non foret, condemnandum, locupletarique pauperem cum alterius iniuria, vel iactura. Neque enim vltra legum intentionem dictarum expensarum prouisio operari debet, cum vt pauperes iura sua seruent præstentur, idque consequutum sit; non etiã ad expensarum retentionem procedendum erit vbi si pauper non esset, eas non haberet.

Et in effectu (licet non sic distinctè) hanc videtur tenere opinionem Aluar. Valasc. *d. consult. 1. numero 7. &* Castillo *d. cap. 27. numer. 71. prope fin.* Petr. Surd, *d. tit. 1. quæst. 124. numer. 14.* decisumque videtur apud Cardin. Francisc. Mantic. *decis. 43. num. 1. & 7.* vbi fuit conclusum: Æmiliam, quæ vsufructuaria omnium bonorum fuerat relicta, alimenta, quæ sibi lite pendente per modum prouisionis fuerant decreta, pro concurrenti quantitate compensare debere.

Nec prædictæ determinationi obest boni iuris præsumptio, quæ pro paupere, vt illi alimenta, litisque sumptus à collitigante decernantur, desideratur: non enim ea impedit, quominus iustam litigandi causam aduersarius habeat, vt quia pro re, vel hæreditate in qua hæres extitit, vel ab alio legitimo habuit titulo, sibi à paupere moueatur lis; vt exemplificat *dict. l. Regia, 8. tit. 22. par. 3.* & constat ex traditis per Menoch. *d. casu 177. numero 3. & seqq. ex* Petr. Barbos. aliisque suprà relatis.

Aduertendum præterea, huiusmodi alimenta, litisque sumptus pauperi assignatos, vsque quo debitum finem † lis recipiat præstandos, vt tradunt Ludouic. Molin. *de Hispano. primoge.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

primoge. d. lib. 2. cap. 16. num. 39. Aufter. *in decis. Tholosa. 77.* Petr. Rebuf. *de sentent. prouis. art. 1. glos. 2 num. 17.* Ioan. Baptist. Pontan. *de aliment. cap. 13. num. 7.* Iacob. Menoch. *de præsumpt. d. lib. 1. præsumpt. 35. numero 34.* Castillo *d. cap. 27. n. 26.* Stephan. Gratia. *discept. Forens. cap. 136. n. 39. tom. 2.* Ioan. Petr. Fontanel. *d. tom. 2. claus. 6. glos. 2. part. 3. n. 72.*

Nec ab huiusmodi alimentorum, expen-
69 sarumque assignatione appellare † (quoad effectum saltem suspensiuum) licet, nec quoad id conceditur appellatio, vt in terminis tradunt Petr. Rebuf. *supra d. art. 1. glos. 2. n. 34.* Petr. Surd. *de alimentis. 1. quæst. 120. n. 13.* Ioan. Aloys. Ricci. *decis. Curiæ Archiep. Neapol. 251. n. 15. par. 2.* Sigismund. Scacci. *de appellat. q. 17. limit. 7. n. 3.* suoque latiùs nobis hac de re erit agendum loco.

70 Ad quam tamen vsque summam † alimentorum, expensarumque facienda sit prouisio, in dubium vertitur? Aliqui enim vsque ad quartam tantùm rei litigiosæ fructuũ partem posse iudicem taxationem facere, voluerunt. In qua fuerunt sententia Masuer. *in praxi, tit. de possess. n. 19.* Nicol. Boer. *decis. 324. n. 4.* & nouissimè Ioan. Baptist. Cost. *de rat. ratæ q. 95. n. 9.*

Quorum tamen opinionem reprobant statim referendi, assetentes, non posse certam in his constitui regulam, Iudicisque arbitrio relinquendum Didac. Couar. *practi d. cap. 6. n. 7. vers. Solet tamen,* Ludouic. Mol. *d. cap. 16. num. 47.* Iacob. Menoch. *de præsumpt. d. præsumpt. 35 n. 35.* Ioan. à Castillo *d. lib. 3. controuers. cap. 27. nu. 15.* Alex. Trentac. *variar. resolut. lib. 1. tit. de alim. resolut. 1. num. 46.* Ioan. Petr. Fontan. *de pact. nuptial. d. clausul. 6. glos. 2. p. 3. numero 63. & seqq.* vbi latè de hac materia, & qualiter Iudex ab huiusmodi taxationem se informare, vt iustum proferat arbitrium debeat, Stephan. Gratia. *discept. Forens. cap. 55. nn. 53.* Hercul. Matescot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 38. n. 12.* Camil. Borrel. *in summ. decis. 2. part. tit. 30. numero 326.*

Sic etiam pariter quis in propositio casu
71 pauper † dicatur, iudicis relinquitur arbitrio, ex late à nobis adductis *quæst. 4. n. 75.* & alibi sæpè, & in specie, & terminis nostris tenent. Ludouic. Molina *d. cap. 16. n. 46. lib. 2.* Ioan. *del* Castillo *d. cap. 27. n. 6.* Ioan. Petr. Fontanel. *d. clausul. 6. glos. 2. par. 4. n. 25.*

Denique pro coronide notandum, ad hu-
72 iusmodi alimenta, † litisque expensas pauperem non teneri. Pauper enim alium pauperem alere non adstringi, probat *text. in l. Non quemadmodum, 8. in fin. D. de liber. agnosc. glos. verb. Ex vtraque, in l. fin. §. ipsum autem, C. de alend. lib.* latè comprobant, exornantque Petr. Surd. *de alim. titul. 7. q. 8. per tot.* Stephan. Grat. *discept. Forens. cap. 519. n. 14.* & latiùs c. 55. *n. 1. & seqq. tom. 3.* traduntque in terminis Ioan. Cepha. *cons. 127. n. 11.* latè Ioann. Petr. Fontanel. *de pact. nuptialib. tom. 2. claus. 6. glos. 2. p. 3. num. 68. & seqq.* & ita decidit Rotæ Rom. *in collectis à* Fatinac. *2. tom. nouissim. decis. 470. n. 7.* Oliuer. Beltrami. *in annota. ad* Alex. Ludouic. *d. decis. 198. n. 7. in fine principij, ante versiculum, Præsumptio boni iuris.* Nec pro his alimentis, expensisque præstandis, decentem victum suum arctare, † aut proprietatem vendere cogendus quis est, vt tenent Gratian. & Fontanel. *suprà*, diximusque nos latiùs *quæst. 4. num. 169.*

VTRVM VENDITOR QVI scit litem motam pauperi emptori, etiam absquè denunciatione defendere eum debeat, de euictionequè teneatur si non defendat?

SVMMARIVM.

1 *Venditor non tenetur de euictione, nisi ei emptor litem nunciauerit.*
Ampliatur numeris seqq. vsque ad *nn. 10. exclusiuè.*
4 *Regula.* Qui certus est, de regul. iur. in 6 *quando procedat, locumque habeat?*
10 *Pauper de euictione agere poterit contrà venditorem, licèt ei litem motam non denunciauerit,* & numer. sequentib.
11 *Venditor litem motam Ecclesiæ, vel minori sciens, si se non defendat, litique assistat, etiam absque aliqua denunciatione de euictione tenetur.*
12. *Minor absque interpellatione constituit debitorem in mora.*
13 *Ecclesiæ minori æquiparatur.*
14 *Pauperes Eccl. minoribusque æquiparantur.*

QVÆSTIO XL.

REgula est, debere emptorem litem super re empta motam venditori nunciare, † aliàs de euictione venditorem non teneri, *text. in l.* 1
Emptor fundi, 8. l. Si cum q. 27. C. de euict. l. Si rem. 29. §. Quodlibet l. Si fundo vendito, 53. §. Si cum possit D. eod. l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. l. 32. & 36. tit. 5. part. 5. gloss. in l. Auctore laudato, 7. C. de euict. Franc. Ripa *in c. Cum M. n. 113. de const.* Didac. Couar. (post Scribentes in d. locis, & alios, quos refert) *lib. 3. variar. c. 17. n. 3. Socin. regul. 117.* Petr. Duenn. *regul. 241.* Molius *de empt. & vendit. tit. natur empt. & vend. n. 2.* Hieron. Gig. *de pension. q. 77. n. 21* Petr. Rebuf. *ad constit. Reg. tom. 3. tit. de dilat. artic. 5. glos. vnic. n. 27.* Antoni Gomez. *tom. 2. variar. c. 2. n. 34.* Hieron. Ceual. *commun. contra commun. q. 385. n. 1.* Anton. *à* Quesad. *diuersar. q. iur. c. 10. n. 3.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. 1. par. c. 61. n. 1. & seqq.* Cald. Pecy. *de empt. & vend. c. 51. n. 55. & 79.* Ioseph. Mascard. *de probatio. conclus. 615. n. 8. & seqq.* Stephan. Grat. *discept. Forens. l. 2. c. 363. nn. 1.* Gaspar Caballin. *de euict. §. 3. n. 4.* Marc. Ant. Peregri. *decis. 89. n. 3.* Hieron. *à* Laurent. *decis. Auenion. 111. n. 7.* Alex. Trentaci. *variar. resol. 4. n. 2. vers. Sed ea est opinio, & n. 3.* Anchar. Regiens. *q. 35. n. 2. l. 1.* Andr. Fachin. *controuers. lib. 2. c. 34.* Rota Rom. *ex collect. à* Fatina. *nouissim. par. 1. decis. 598. n. 6. & decis. 564. n. 5.* Rota Rom. *Diuersor. decis. 69. n. 21. par. 2.* Petr. Barb. *in l. Venditor, 49. n. 7. D. de ind.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. E. conclus. 353. n. 1. &* Cæsar Barzi. *decis. 16. n. 11.* Marta *decis. sine voto 65. num. 6.* Marius Muta *decis. 59. numero 18. & 19.*

Idque etiamsi venditor emptori rem vendi-

tam suis sumptibus † defendere promisisset, procedit. Intelligi enim debet, si venditori facta fuerit denunciatio, argum. *text. in l. Si vno*, 17. *in fin. princi. vers. Quod tamen, D. locati, Corne. cons.* 325. quem refert & sequitur Marc. Anton. Peregrin. *d. decis.* 89. *numero* 7.

13 Etiamque si aliter quàm per denunciationem, & requisitionem ab emptore factam, scientiam † litis motæ venditor habuisset, quia adhùc non posse emptorem, qui non denunciauit, de euictione agere, probat *text. in l. Si parentes*, 20. *C. de euict.* & docent Bart. *in l.* 2. *§. fin. numero* 7. *& ibid.* Ripa *numero* 17. *D. solut. matrim.* idem Bart. *in l. Non solum*, §. *Morte, numero* 52. *D. de noui oper. nunciation.* receptam sententiam dicit Alexand. *cons.* 138. *numer.* 4. *lib.* 7. *& in d. §. Morte, numero* 45. Decius *cons.* 74. *num.* 2. Canonistæ *in d. cap. fin. de empti. & vendit.* Ludouic. Roman. (communem dicens) *consil.* 211. *numero* 3. *column.* 3. *in princip. versiculo, Tertiò adducit*, Abb. *cons.* 49. *versiculo, Certumque est, libro* 2. communem testatur Iaf. *in dict. l.* 2. *§. Voluntatem, numero* 26. *D. soluto matrimo.* Petr. Rebuf. *ad constit. Regi. d.* 3. *tom. tit. de dilation. artic.* 5. *glos. vnic. numero* 27. Didac. Couar. (communem quoque dicens) *lib.* 3. *variar. capit.* 17. *numer.* 3. de communi etiam testatur Antoni. Gomez *d.* 2. *tomo variar. capit.* 2. *de empt. & vendit. numero* 39. *colum.* 5. *in princip.* Ferdinand. Vazquez Menchac. *controuers. vsu freq. capit.* 9. *numero* 13. Gaspar Cabal. *de euiction. d. §.* 3. *numero* 4. *& sequentibus*, Nicola. Vander *singul.* 33. *numero* 4. Ioann. Gutier. *de iurament confirmat.* 1. *part. d. capit.* 61. *numero* 3. *&* 4. communem sæpè dicens, Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. d. lib.* 3. *titul. de emption, & vendit. resolut.* 4. *numero* 5. *versicul. Contra hanc*, vbi magis communem, & veriorem, ab eaque non recedendum firmat, veriorem, & magis communem dicit, ac defendit And. Fachin. *controuers. d. libro* 2. *capite* 35. *vers. Sed contraria sententia*, Petr. Barbos. *ad leg. Venditor*, 49. (latè probans à *numero* 8. *& seqq.*) *D. de indic.* Petr. August. Morla *in empor. iur. tit.* 9. *D. de contrah. empt. numero* 38. Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. lit. E, concl.* 353. *numero* 1. *in fin.* vbi de communi, *& n.* 21. *& 22. & lit. I, conclus.* 339. *numero* 5. vbi de communi patiter testatur, P. Ludou. Molina lib. 2. *de iust. & iur. disput.* 380. *num.* 9. communem etiam dicens, cautumque expresse in Ordinament. Lusitan. Petr. Barbos. loco iam relato Ioan. Aloys. Ricci, *collect. decis.* 867. Vincent Caror.) de communi attestans) *de depos.* 1. *par. tit. de compensat. excusat.* 3. *num.* 13.

4 Cuius rei ratio est; quia licèt, qui certus est, certiorari vlteriùs non oporteat, iuxta regulam, *Qui certus; de regul. iur. in* 6. ea tamen † vbi denunciatio, vel certioratio ad simplicem solùm scientiam requiritur, procedit: vbi autem non ad simplicem solùm scientiam; sed vt etiam sciens aliquem actum faciat; partis quoque desideratur denunciatio. *text. in l. Denunciasse*, 17. §. *Quid ergo*, *D. de adulter.* quam omnes ferè supra relati rationem tradunt.

Hancque sententiam intelligunt multi, voluntque; procedere, etiamsi venditor emptorem 5
defendere iurasset, † sciatque emptori aliter, quàm per eius denunciationem litem motam: adhùc enim emptoris denunciationem, vt de euictione venditor teneatur, requiri: tenuerunt Socin. *in d. l.* 2. *paragrapho Voluntatem, numero* 20. *&* 21. *D. solut. matrim.* And. Alciat. *in l. Quod te mihi, num.* 42. *vers. Existimauerim & numero* 43. *&* 44. *D. si cert. petat.* Petr. Rebuf. *ad constit. Reg. Gallic. tom.* 3. *tit. de dilat. d. art.* 5. *glos. vni. num.* 36. Ludouic. Gom. *in §. Item si quis postulante num.* 10. *circa med. institit. de act.* Marc. Anton. Bauer. *de mora, par.* 2. *num.* 21. plurimis rationibus, & argumentis banc comprobat (contrariis respondens) Gaspar Caballin. *d. §.* 3. *num.* 54. *& seqq* qui *num.* 71. *vers. Id propter*, ab hac sententia (velut iustiore, veriore, & in praxi frequentiore) recedendum non esse asserit, Cardin. Dominic. Tusch. *d. lit. E, conclus.* 353. *nu.* 53. vbi de magis veriori, & de eius obseruantia testatur in praxi. Licèt multi contrarium tenuerint, Alex. *in d. §. Voluntatem, numero* 16. Iaf. *numero* 27. Ripa. *num.* 18. *in fin.* Andre. Barbat. *in d. cap. fin. num.* 4. *in fin. vers. Nisi vendens, de empt. & vendit. Purpur. in l. Quod te mihi, num.* 92. *D. si cert. petat.* Cattel. Cott. *in suis memorab. verb. Emptor malè defendens, vers. Vltra eos limita*, Hieronym. Grat. *cons.* 239. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. Gozad. *consil.* 31. *numero* 7. *& consil.* 57. *num.* 11. Marc. Anton. Natta *cons.* 262. *num.* 20. *libro* 2. Roland. à Valle *consil.* 6. *nnmero* 48. *libro* 1. Didac. Couarruu. *d. capit.* 17. *numer.* 5. Antoni. Capit. *decisione* 106. *numer.* 3. *versiculo, Vnde succedit*, Ioann. Gutier. *d. capit.* 61. *numero* 19. Alexand. Trentacin. *variar. resolut. d. tit. de emption. & vendit. resolut.* 4. *numero* 8. *ad fin.* Hieronym. *de* Ceual. *commun. contra commun. quæstione* 385. *numero* 3. Cardin. Tusch. *vbi sup. num.* 52. Cald. Pereyr. *de empt. & vend. cap.* 31. *num.* 70. Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg.* 49. Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nuptial. tomo* 2. *clausul.* 5. *glos.* 8. *par.* 14. *numero* 73. Camil. Borrel. *in summa decis. tit.* 60. *de iuramento, numero* 234. Marius Muta *decis.* 59. *numero* 14. communem, & magis communem dicit Rota (Roman. *Diuersor.* 69. *numero* 3. 5. 7. *&* 8. *part.* 1. Vtra autem opinionem harum verior sit, non est nostrum differere.

Adeò verò, vt veditor de euictione teneatur, denunciatio necessaria est, vt licèt nul- 6
lum competere posse venditori ius, † comprobet emptor, notoriumvè, sit desideretur, ex sententia *glossæ, & ibid.* Bart. *num.* 2. *in l. Emptorem, in princip. verb. Posse, in fin. D. de action. empt.* Angel. *in §. fin. numero* 5. *institut. de empt. & vendit.* Grat. *cons.* 1. *numero* 57. *lib.* 1. Ioann. Crot. *cons.* 248. *numero* 3. *lib.* 2. Socin. *in d. l.* 2. *§. fin. num.* 15. *& ibi* Alciat. *num.* 29. *D. soluto matrimon.* communem sententiam dicit (valde prædictam *glossam* extollens) Decius *cons.* 74. *num.* 4. *&* 5. in praxique obseruandam asserit Pet. Rebuf. *d. tom.* 3. *ad constit. Gallic. titul. de dilat. art.* 5. *glos. vnic. numero* 37. Imol. *in d. cap. fin. in fin. de empt. & vendit.* qui hanc opinionem tutiorem esse fatetur, Petr. Barbos. *ad d. l. Venditor, numero* 31. *& numero* 68. Petr. August. Morla

in

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

in Empor. iur. part. 1. *d. titulo* 9. *D. de contrahend. empt. num.* 4. *verſiculo, Securior tamen* ſequitur (communem dicens) Caldas Pereyra *de emptione & vendit. cap.* 31. *numero* 71. Cardinal. Tuſch. *d. litera E. concluſ.* 353. *numero* 29. & latiùs *numero* 33. Marc. Anton. Peregrin. *d. deciſ.* 89. *numero* 7. communem quoque dicens, Batth. Socinium *vbi ſup. nu.* 11. firmantem referens, non potuiſſe ſecundum opinionem contrariam obtineri: quam tenent plurimi, *Ripa* nempè in *d. l.* 2. §. *Voluntatem, num.* 20. *D. ſolut. matr.* Alexand. *in d. l. Non ſolum*, §. *Morte num.* 49. *D. de noui oper. nunciat.* Feli. *in cap. Cum olim, nu.* 11. *& in cap. Cum.* Bertoldus, *numero* 24. *de re iudic.* Matthæ. *de* Afflict. *deciſ.* 49. *numero* 3. vbi Vrſil. *num.* 2. & 4. Aym. Crauet. *conſ.* 83 *numero* 6. *& conſ.* 178. *numero* 6. Anton. Capit. *deciſ.* 106. *numero* 4. Didac. Couar. *variar. reſol. d. cap.* 17. *num.* 5. alios referens Cardin. Tuſch. *vbi ſup. numero.* 34. Hieronym. *à* Laurent. *d. deciſ.* 111. *num.* 8. Ioan. Petr. Fontanel. *de pact. nuptial.* 2 *tom. d. clauſul.* 5. *gloſ.* 8. *numero* 75. *part.* 14. & 76. Ioann. Aloyſ. Ricci. *d. collect.* 867. *verſ. Limita* 7. Petr. Surd. *deciſ.* 22. *nnmero* 8. & 9. Cardin. Seraphin. *deciſ.* 1024. *numero* 5. Franciſ. Mantic. *deciſc.* 30. *num.* 3. Gaſpar Cabal. *de euicto. dict.* §. 3. *num.* 73. *& ſeqq.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. dict. cap.* 61 *num.* 18. Ioſeph. Maſcard. *d. concluſ.* 615. *num.* 23. *& ſequentibus* Anton. Gomez *variar. lib.* 2. *cap. numero* 39. *col. in* 4. *in principio verſiculo, Item etiam adde* Alexand. Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *numero* 10. *verſiculo, Septimò declaratur*, Achil. *de* Graſ. *deciſ.* 1. *num.* 3. *tit. de conceſ. præbend. & in titul. de emption. & vendit. deciſ.* 2. *numero.* 1. Borgni. Caluacan. *deciſ.* 8. *numero* 25. *part.* 1. Petr. Barb. *ad dict. l. Venditor, n.* 69. *& ſeq.*

Non ſolùm autem ſimplicem ſufficere denunciationem venditori fieri, ſed vt liti aſſiſtat, cauſamque defendat admonitionem, † 7
proteſtationemque requiri, deducitur ex *text. in d. capit. fin. de empt. & vendit. & l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vendit. & in d. l. Parentes in fin. C. de euict. in l. Qui abſentem*, 76. *D. de procurat.* firmat *gloſ. fin. in clement. Cauſam* 3. *de electione*, Bart. *in d. l. Non ſolum*, §. *Morte numero* 51. *D. de noui oper. nunciat. & ibid.* Roman. *numero* 11. Anton. Rube. *num.* 977. communem dicit Felin. *in d. capit. Cum M. num.* 64. *& ibid.* Ripa *numero* 165. extra *de conſtitut.* Hieronym. Cagnol. *in l. Venditor, num.* 3. per *text. ibid. D. iudic.* Didac. Couar. *variar reſolut. d. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 3. *verſ. Secundò*, latè Gaſp. Caballin. *de euict. d.* §. 8. *num.* 21. *& ſeqq.* Petr. Barb. *ad d. leg. Venditor, num.* 18. *D. de iudic.* P. Ludouic. Molin. (communem dicens) *de iuſtit. & iure, lib.* 2. *d. diſput.* 380. *num.* 9. *lit. C. verſ. Exiſtimo etiam cum communi, &* poſt longam diſputationem, hanc tenet, communem dicens, ab eaque non recedendum; Alex. Trentacinq. *variar. reſolut. d. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit: reſolut.* 4. *numero* 2. *verſ. Secunda opinio*, Gregor. Lop. *in d. l.* 32. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſ.* 4. vbi veriorem profitetur, etſi multum dubiè loquatur.

Contra quam tenent Bald. Salic. Alex. Socin. & alij, quos refert, & ſequitur Petr. Barboſ. *ſup. numero* 19. & 20. Didac. Couar. *d. numero* 3. *in fin.* vbi ſimplicem ſufficere denunciationem ab emptore factam cum publico propoſitæ actionis teſtimonio, etiamſi venditor requiſitus expreſsè non ſit, vt emptorem defendat, cenſet: quia virualiter huiuſmodi videtur ineſſe requiſitio. Superior tamen contraria ſententia frequentiori Doctorum calculo recepta eſt.

Nec adhuc emptoris denunciatio, requiſitioque vt liti aſſiſtat, cuſamque venditor defendat, ſufficit, ſed copia pariter libelli † ad 8
uerſus emptorem producti debet ad venditorem tranſmitti, vt omninò de litis motæ qualitate ſit certus; arg. *text in d. clem. Cauſam de electio.* tradit Bart *in d.* §. *Morte, num.* 48. *& ibi* Alex. *num.* 42. Iaſ. *numero* 38. Felin. *in d. cap. Cum M. num.* 63. vbi etiam Ripa *num.* 163. Alexand. *conſ.* 33 *numero* 4. *lib.* 2. Hieronym. Cagnol. *in dict. l. Venditor. num.* 4. *D. de iudic.* Petr. Duennas *regul.* 243. Gaſpar Cauallin. *dict.* §. 3. Antoni. Gamma. *deciſ.* 79 *num.* 1. Didac. Couar. *d. numero* 3. *verſiculo, Tertiò* Petr. Barboſ. *in d. l. Venditor, numero* 15. Gregor. Lopez *in dict. l.* 32. *gloſ.* 4. *quæſt.* 2, Alexand. Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *num.* 3. Vincent. Carot. *de depoſ. d.* 1. *part. tit. de compenſat excuſat.* 3. *num.* 13.

Imò huiuſmodi denunciationem ſolemniter & cum requiſitis neceſſariis factam ſufficere, vt venditor de euictione teneatur, niſi 9
emptor pariter litem proſequatur, † probatur *in d. l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vendit.* vbi id not. Bald. & Paul. Caſtrenſ. *num.* 1. *ad fin. & numero* 3. Ioan. Petr. Ferrar. *in ſua pract. in form. libelli in cauſa vendit. in verb. Promittens de euictione, numero* 8. Gregor. Lopez *in l.* 33. *d. tit.* 5. *part.* 5. *gloſ.* 4. *verb.* Comprador. Sequitur ſingulare dicēs Ioan. Gutier. *de iuram. confirmat.* 1. *par. d. cap.* 61. *numero* 8.

Licet contradicat Alexand. Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *numero* 5. *verſiculo, Secundò requiritur.* Dummodò emptor comparauerit ad ſententiam declarans ex Bald. *in dict. l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vendit. num.* 7.

Quamuis autem adeò denunciatio requiratur, vt venditor etiam litem motam aduerſus emptorum ſciens de euictione teneatur, nec alias euictionis obligatione adſtringatur: Pauperitatis tamen fauore denunciationem venditori ſcienti neceſſarium † non eſſe, & abſque 10
ea de euictione pauperi emptori venditorem teneri, aſſerendum erit. Probaturque ex eo, quod venditor qui † ſuper re Eccleſiæ, vel 11
minori vendita litem ſit motam, ſi liti non aſſiſtat, ſeque defendat, abſque aliqua denunciatione de euictione tenetur, vt (poſt Bald. Iaſ. & Anton. Rub. ibi relatos) tenet, & defendit Couarruu. *d. cap.* 17. *numero* 4 Petr. Rebuf. *ad conſtit.* Gallic. *de tom.* 3. *titulo de dilat. articulo* 5. *capit.* 31. *numero* 69. Andre. Tiraquel. *de pia cauſa priuileg.* 141. *& ſequenti*, Gaſpar Caual. *dict.* §. 3. *numero* 102. & 103. Pat. Ludouic. Molin. *d. libro* 2. *de contract. diſput.* 380. *numero* 13. *verſiculo, Quando emptor eſt minor*, Ioſeph. Maſcard. *de probat. d.* § *concluſione* 615 *num.*

numero 15. Fetdin. Vazquez Menchac. *cotrouerſ. vſufreq. lib.* 1. *capite* 9. *numero* 13. Alexand. Trentacinq. *dicto titulo de emptione & venditione, reſolutione* 4. *numero* 15. Andre. Fachinæ. *controuerſ. libro* 2. *capit.* 38. Gregor. Lopez *in dict. l.* 32. *titulo* 5. *par.* 5. *gloſ.* 4. *quæſt.* 7. *prope med. deciſ.* Rotę Bononienſ. *in congeſtis ab* Annibal. Fundatia, & Camillo Gypſio, *deciſione* 77. *nummero* 18. Caldas Pereyra *de emption. & veditione, capit.* 31. *num.* 69. Marc. Antoni. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.* 129. *num.* 2.

Quod inde prouenit, quia minor abſque
12 interpellatione † conſtituit debitorem in mora, *text. in l. In minorum*, 3. *C. de in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſ.* notantque proximè relati. Id ex æquiparatione Eccleſiæ †
13 ad minores (per *text. in cap.* 1. *& capit. Auditis, & ibi gloſ. verb. Minoris*, extra *de in integr. reſtit.*) ad Eccleſiam quoque extendentes.

Quare ad pauperes etiam ex eadem ratione, paritatequè trahendum id erit, eiſque adaptandum, cum vtriſque † minoribus ſcilicet, & Eccleſiæ æquiparentur, eorumquè gaudeant priuilegiis, vt multoties notauimus. Et quia abſquè expreſſa interpellatione conſtituunt debitorem in mora, vt *quæſt.* 25. *à num.* 11. *cum ſeqq.* latè deduximus.

Cumquè prædicta ſit fundamentalis, & vnica ratio quare minores, & Eccleſia huiuſmodi fauore fruantur: eademque in pauperibus militet; eodem quoque fauore gaudere, conſentaneum eſt. Imò & in pauperibus id præcipuè locum habere debet: Cum ſiue in denunciando, aut libello ad venditorem authenticè, & in publica forma mittendo, ſiue in lite proſequenda (iuxta ea quæ ſuprà deſiderari diximus) expenſæ, ſumptuſquè fiant neceſſe ſit. Quæ excuſare ſolent, debentque pauperes, ex ſuprà notatis *quæſt.* 31. *à numer.* 11. *cum ſequentibus*: venditoremque litis motæ conſcium in mora etiam abſque interpellatione conſtituere. Quibus omnibus dicta à *Nobis citata quæſt.* 25. *numer.* 11. *& ſequentibus* (quę longiorem hac in re progreſſum ſupplent) auxiliantur.

VTRVMA SOLVTIONE expenſarum, & melioramentorum, quæ bonæ fidei poſſeſſor vtilisvè dominus in re bona fide poſſeſſa, vel in qua dominium aliquod habebat, fecit, excuſet paupertas?

SVMMARIVM.

1 *Bona fidei poſſeſſor, ſiue titulum habens, ſiue non, neceſſarias deducit expenſas; quas in re bona fide poſſeſſa fecit. Et idem in expenſis vtilibus*, num. 35.

2 *Et in emphyteuta, qui abſque culpa ab emphyteuſi cecidit: Secùs ſi ob non ſolutam penſionem, &* num. 6.

Et idem in vtilibus expenſis, num. 36.

Et deducit expenſas quas etiam renitente, & contradicente domino fecit, num. 47.

Limita num. 48.

3 *Et idem in vaſſallo.*

4 *Et in ſimplici conductore, vel colono tam ad longum, quàm ad breue tempus:*

Et etiam in melioramentis vtilibus perpetuis, num. 40.

Limita num. 40.

5 *Conductores, vel coloni huiuſmodi expenſas non amittunt, nec à re conducta, niſi priùs ſoluantur, expelli poſſunt, etiam ob non ſolutam penſionem, tamquè in neceſſariis, quàm in vtilibus*, & numero. 41.

7 *Conductori, vel colono non ſolùm pro his expenſis retentio, ſed etiam actio competit.*

8 *Vaſſallo pro his expenſis non ſolùm per retentionis, ſed etiam actionis remedium ſuccurritur.*

9 *Hæres de reſtituendo granatus durè, in diem, vel ſub conditione, neceſſarios ſumptus, quos ante reſtitutionem fecit, conſequitur.*

Et etiam vtiles, num. 37.

10 *Et ideo deficiente, præfatos ſumptus eius hæredes conſequuntur.*

11 *Et qui in præſenti neceſſarij ſumptus reputentur, granato, vel eius hæredibus reſtituendi?*

Maioratus poſſeſſor, ex quibus bonis ſumptus pro litibus, quæ in maioratibus accidunt, facere debeat? ibidem remiſſiuè.

12 *Hæres de reſtituendo grauatus, ſumptus, quos pro litium rerum hæreditariarum tuitione fecit, ſiue vincat, ſiue vincatur, modò litem euidenter calumnioſam non tractauerit, conſequitur.*

13 *In neceſſariis expenſis non exitus, ſed initium ſpectatur*, & num. 68.

14 *Qui contendit ſe hæredem, an conſequatur ſumptus, quos in lite proſequenda fecit?*

15 *Mala fidei poſſeſſor neceſſarios detrahit ſumptus. Et quid in vtilibus expenſis?* n. 43. 44. & 45.

16 *Bona fidei poſſeſſori competit pro melioramentis, & expenſis neceſſariis retentio, licèt aliter ei obligata non ſint.*

17 *Mala etiam fidei poſſeſſori. Nec ſolum retentio, ſed & repetitio actioquè competit.*

18 *Et an pro melioramentis in vna re factis poſſit alia quoque retineri?*

19 *Executio ſententiæ impeditur quouſque meliramenta ſoluantur.*

20 *Et an etiam non liquidato valore melioramentorum procedat?*

21 *Etiamſi ab eo, qui executionem petit, de ſoluendis melioramentis cum fuerint liquidata offeratur cautio?*

22 *Et quid ſi in ſententia diceretur*, Solutis priùs expenſis?

23 *Executio ob defectum ſolutionis melioramentorum retardari non debet, quando in dilatione periculum ſubeſſet, admittendaque tunc cautio erit.*

24 *Vel ſi in continenti non adeſſet factorum melioramentorum probatio.*

25 *Meliramenta, expenſæque neceſſariæ an etiam re meliorata, vel eiſdemmet melioramentis peremptis debeantur?* & num 26. & 27.

Et

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Et quid in vtilibus tantum? num. 46.

26 *Bona fidei possessor non aliter, quam retentionis iure, doli mali exceptione opposita, melioramenta consequitur.*

28 *Simplex bona fidei possessor fructus cum expensis, & melioramentis compensat; non verò qui dominium (quantumcumque reuocabile) habet, qui expensas illibatas debere,* & nu. 29.

Intellige in fructibus à bona fidei possessore in ipsa re perceptis; secùs in perceptis ex ipsis melioramentis, quia eos debet bona fidei possessor illibatos percipere, n. 33.

30 *Extende etiam in fructibus ab hærede de restituendo grauato post purificatum fideicommissum perceptis, si in restituendo morosus non fuerit.*

33 *Et in fructibus ex melioramentis, etiam post litem contestatam perceptis.*

34 *Et etiamsi bona fidei possessor ad fructuum restitutionem fuerit condemnatus; quia adhuc perceptos ex melioramentis restituere, aut compensare non debet.*

35 *Vtiles expensæ dicuntur, quæ in faciendo de nouo consistunt, & in arborum, vinearumque plantatione.*

38 *Usufructuarius deducere debet expensas, & melioramenta vtilia. Limita* numer. 48. & 49.

39 *Clericus, vel prælatus expensas, & melioramenta vtilia, quæ in rebus Ecclesiæ de propriis ipsorum bonis fecerunt, deducere debent.*

42 *Emptor consequitur expensas melioramentorum necessariorum, vel vtilium, quas in re, quam venditor remedio* legis 2. Cod. de rescindenda vendit. *auocauit, fecit.*

44 *Malæ fidei possessor vtiles expensas, melioramentaquè faciendo, an donare videatur?*

45 *Intellectus ad* text. in l. Domum, 5. in fin. C. de reiuendic.

50 *Impensa magna, vel modica, quæ dicatur?*

51 *Paupertas à solutione expensarum necessariarum, vel vtilium non excusat,* & num. seq. *Contrà* n. 53. & seqq.

52 *Minor ab huiusmodi non excusatur expensis.*

54 *Nimis magna melioramenta in re Ecclesia faciens, vt Ecclesia ante melioramentorum æstimationis restitutionem vindicare nequeat; censuras pœnasque à* S. Concil. Trident. sess. 22. cap. 11. de reformat. *contrà eos, qui in proprios vsus res emphyteuticas, & alia iura Ecclesiæ directè conuertunt, latas incurrit.*

55 *Consanguineus retrahens consanguinei rem ab emptore, tenetur illi necessarias, vtilesque expensas reficere: non tamen tenebitur, si vt consanguineum à retractu auerteret, nimium magnas, onerosasque faceret emptor expensas,* & nu. 56.

57 *Et quæ in præsenti magna, onerosaquè impensa, ac melioramenta, ad quæ pauperes non adstringuuntur, dicantur.*

58 *Dominus an rem melioratam pro solutione expensarum necessariarum, quæ in ea facta sunt, vendere teneatur?*

59 *Expensa necessaria, quandoquè stricto, quandoquè latè modo dicuntur, & qualiter?*

60 *Dominus dines, qui aliundè quàm per rei meliorata venditionem, vel nouum creditum contrahendo, soluere potest necessarias, vtilesvè, quantumcumque excessiuas expensas, & melioramenta, non excusatur, potestquè pro eis retineri res.*

61 *Expensæ vtiles, & necessariæ, siue melioramenta, etiam excessiua, qualiter à bona fidei possessore, vtilivè domino deducenda sint? Qualitervè dominus directus ea retinere possit?*

62 *Ædificium destruendum non est, vt melioramenta bona fidei possessor, vtilisvè dominus inde extrahat.*

63 *Dominus directus dines æstimationem melioramentorum necessariorum, vel vtilium, prout adificio iuncta valent, soluere tenetur.*

64 *Dominus pauper expensas vtiles, & necessarias, etiam per rei meliorate venditionem, si easdem, similesvè esset ipse facturus, soluere compellitur.*

65 *Vel quando dominus rem melioratam vendidit; vel mox venditurus sit; quo casu etiam voluptaria debent refici expensa, inquantum res pretiosior facta est,* & n. 66.

67 *Vel quando melioramenta de mandato, vel consensu domini facta sunt, vel ea postmodum approbauit.*

68 *Et quid si tempore factum melioramentorum, dominus dines erat, tempore verò restitutionis pauper?*

69 *In expensarum, & melioramentorum taxatione, æstimatione, ac solutione facienda, quod debeat attendi tempus?* & numer. seqq.

73 *Expensum, & melioratum in dubio æquiualere videntur.*

74 *Intellectus ad* text. in l. In fundo, 39. D. de reiuendic.

75 *Et ad* tex. in l. Domos. 61. D. de legat. 1.

QVÆSTIO XLI.

Fiunt sæpè à bonæ fidei possessoribus, emphyteutis, vassallis, aut aliis vtilibus dominis in re bona fide, aliquovè dominij iure possessa necessariæ, vtilesvè impensæ, & meliorationes, quas à veris, siue directis dominis (cum res ad eos pertinere cognoscitur) soluendas sibi forè contendunt. Quibus & naturalis ratio, & fauent ciuilia iura. Quid enim magis naturali consentaneum rationi, quàm quod bona fide, iustovè titulo, necessariò, aut vtiliter in alicuius fauorem impensum est (si nec præcipuè amittendi, vel donandi animo factum sit) persoluatur? Quid ciuili magis iuris conforme? Aliter namque breui quidem tempore corruerent domus, deformarentur vrbes, deficeret agrorum cultura, nullus deniquè (aut ratus saltem) huius timoris occasione præuentus, ad possessionum refectionem, conseruationem, vel augmentum animum intenderet, locupletareturque dominus cum alterius iniuria, vel iactura, quod nec ius, nec natura patitur.

Quarè summa cum ratione decreuerunt leges, necessarias, vtilesvè impensas, & meliorationes à vero, siue directo domino bonæ

fidei possessoti, vtiliuè domino persoluendas.

1 In bonæ fidei possessore, † siue titulum habente, siue non, vt necessarias debeat deducere expensas; est *text. in l. qua ratione, 9. de acquir. rer. domin. in l. Paulus, 14. D. de doli mali except. in l. si quis sciens, 11. vers. Sanè, & in l. si in area, 16. C. de reivendic. leg. sin autem, 28. §. in re petita, l. Sumptus,* 48. (aliàs 49.) *leg. in fundo, 39. D. eod. tit. de reivendit.* de iure Regio *text. in l. 44. tit. 28. par. 3.* traduntque Petr. Duennas (post *DD.* in dictis locis) *regula 237.* incip. *Emphyteuta emphyteusi finita, vers. Secundò probatur,* Anton. Gomez *in l. 46. Taur. num. 2.* Ioseph Ludouic. *decis. Perusin. 34. numero 9. & decis. 117. num. 32.* Iacob. Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 501.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 109. n. 2.* Petr. Surd. *consil. 183. numero 1. & seqq. lib. 2. & decis. 87. num. 1.* Prosper. Farin. *decis. 622. num. 4. part. 2. nouissimè* Ouid. *de* Amic. *de iure emphyteut. quæst. 73. numer. 3. & seqq.* Cardin. Domin. Tusch. *practic. conclus. lit. M. conclus. 180. numer. 56.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. artic. 50. numer. 29. part. 1. & part. 2. n. 31.*

2 In emphyteuta, † qui absque culpa ab emphyteusi cecidit (veluti per emphyteusin finitam) tradunt communiter scribentes in *l. Senatus* (aliàs incipit *Catera*) 43. §. *Marcellus, D. de legat. 1. vbi* Sald. *num. 1.* Alexand. *num. 5. & ibidem Addentes,* idem Bald. *in l. 3. §. Emptor autem, num. 6. vers. Quod etiam obseruatur, Cod. commun. de legat. & in authen. Excipitur, numer. 2. C. de bon. qua liber.* Ias. *in l. 2. C. de iure emphyt. num. 27. versic. Intelligas tamen, & numero 30.* Decius *in authen. Qui rem, numer. 14. versic. Secùs est, si emphyteusis, C. de sacros. Eccles.* August Bero. *in cap. Potuit. de locat. num. 4. & quæst. 19. & cons. 79. nu. 6. lib. 2.* Carol. Ruyn. *cons. 24. num. 10. lib. 1.* Decius (communem dicens) *consil. 518. num. 2.* Petr. Duennas *d. regul. 237. vers. Et emphyteuta,* Iulius Clar. *in §. Emphyteusis, q. 45. num. 1. & 2. & in §. feudum, quæstio. 88.* Ant. Gomez *variar. tom. 1. cap. 12. numer. 40. in fin.* Iacob. Menoch. *d. remed. 15.* qui sæpe de communi testatur *n. 502.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 25. numer. 6. & 10.* Arias Pinell. *in l. 2. C. de rescind. vendit. par. 2. cap. 3. numer. 7.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. d. lib. 2. cap. 109. num. 3.* latè comprobat Ouid. *de Amicis, de iure emphyt. dict. quæst. 73. num. 3. & seqq.* præcipuè *numer. 5.* vbi communem dicit Rota Romana *ex collect.* à Farinac. *decis. 294. numer. 6. & 7. & decis. 349. num. 1. part. 2. nouissim.* Anton. Gamm. *decis. 22.* P. Ludouic. Molina *de iust. & iure, tract. 2. disputat. 463. num. 2.* Andr. Gail. *pract. obseruat. 121. num. 15.* Vincent. *de* Franc *decis. 121. num. 1.* Anton. Faber. *in suo Cod. libro 4. tit. 42. definit. 24.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 117. num. 33. & seq. tam in priuati, quàm Ecclesiæ emphyteuta* verum dicens, Ioan. Gart. *de expens. cap. 12. numer. 84* Carol. Bardell. *cons. 23. num. 13. & 14. lib. 1. & consil. 64. num. 4. eod. lib.* Alexan. Trentac. *variar. resolut. lib. 3. de iure emphyt. resol. 9.* Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 2. num. 53.* nouissimè pariter & copiosissimè Antonin. *de* Amato (qui ad manus meas post hæc peruenit scripta) *variar. resolut. resolut. 14. num. 1.* multipliciter assertionem hanc *numeris seqq.* amplians.

In vassallo, † est *text. in cap. 1. §. si vassallus, hic finitur lex,* estquè communis secundum Aluarot. *in cap. 1. §. si quis de mandato, post numer. 5. de controuers. inuestit.* quem refert, & sequitur Iuli. Clar. *in d. §. feudum, quæst. 88. nu. 1.* vbi etiam ex aliis communem dicit Ioan. Baptist. Baiard. Menoch. *d. nu. 502.* Carol. Ruyn. *d. consil. 24. num. 10. lib. 1.* Marescot. *vbi sup. num. 3.* Ouid. *de Amic. d. quæst. 73. n. 5.* Petr. Surd. *d. decis. 78. n. 1. 2. & 3.* & ferè omnes proximè relati. 3

In simplici conductore, † vel colono, tam ad longum, quàm ad breue tempus; est *text. in l. Dominus horreorũ, 55.* (alias 57.) *§. 1. & in l. Colonus 61.* (aliàs 63. *& ibi* notant Bal Paul. & alij *D. locat.* Emanuel Suarez *communi. opin. verb. Conductor, nu. 202. n. 208. & 216.* Borgn. Caualcan. *decis. 44. num. 46. & 48. par. 1.* sic iudicatum asserens Anton. Gomez *d. cap. 12. num. 40. in fin.* P. Molina *vbi sup.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. art. 50. nu. 5.* Et hodiè est *text.* formalis, & expressus in *l. 24. tit. 8. par. 5.* 4

Nec ob non solutam pensionem † conductores, vel coloni meliorationes, & expensas amittunt, aut à re conducta (nisi sibi priùs soluantur) expelli possunt; vt in *d. l. Dominus horreorum §. 3. & in d. l. Colonus D. locati,* Andr. Alciat. *resp. 20. num. 8.* Paul Paris. *consil. 19. nu. 16. lib. 3.* Iacob. Menoch. *d. remed. 15. n. 551. & remed. 11. num. 20.* Hercul. Marescot. *variar. resolut. d. lib. 2. cap. 109. num. 14. & cap. 112. num. 8.* Ioseph. Ludouic. *d. decis. 34. nu. 8.* Cardin. Francis. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 11. numer. 14. & 17.* Ouid. *de Amic. d. quæstio. 73. num. 2.* Petr. Surd. *dict. consil. 183. numer. 2. & seq.* 5

Licet secùs sit in emphyteuta † qui si pensionem debito tempore non soluat, poterit à domino expelli, melioramentorum oppositione non obstante, *tex.* est in *d. l. §. Sin autem* (ibi: *Nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum, quæ empœmata dicuntur, vel pœna opponenda*) *C. de iure emphyteu.* vbi notat (post antiquiores) Ias. *num. 28.* Ioseph. Ludouic. *vbi sup.* Andr. Gail. *pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 121. nu. 15.* & alij ex proximè relatis. 6

Et non solùm conductori, vel colono retentio pro dictis competit expensis, & meliorամentis; sed etiam actio, † *d. l. Dominus horreorum, §. 1.* ibi: *Ex conducto cum domino fundi experiri potest. tex.* etiam in *leg. Quòd si nulla, 60. D. de legat. 1.* quem ad hoc adducit Anton. Gomez *variar. d. tom. 1. cap. 12. num. 40. vers. Secundò intellige,* Iacob. Menoch. *d. remed. 15. numer. 551.* 7

Idemque in vassallo, † cui non solùm per retentionis, sed etiam actionis succurritur remedium, secundum Bald. *in d. l. Senatus, §. Marcellus, D. de legat. 1.* quem refert, & sequitur Carol. Ruyn. *d. consil. 24. num. 10. post med.* Cyn. Bald. & Salycet. *in l. si quis sciens, C. de reivend. & in l. Insulam, §. fructus, D. solut. matrimon.* & probatur in *l. Qui exceptionem, 40. §. 1. D. de cond. indeb.* 8

Hæredi quoque de restituendo grauato † purè, in diem, vel sub conditione, si interim aliquos fecerit necessarios sumptus, & melioramenta, restituenda forè; *tex.* est *in l. Domus, 58.* (aliàs 61.) *D. de legat. 1.* vbi not. & commendant communiter scribentes, *l. Purè, 19. §. fin. l. Mulier,* 9

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

l. Mulier, 22. *§ sed & ipse, D. ad senat. Consul. Trebell. l. Titius Mæuio*, 50. *D. de vsufruct. & quemadmod. quis vtat. fruat. l. generali capite*, 32. *§. Lutius Titius*, *D. de vsufruct. legat. d. l. Quòd si nulla*, 60. *D. de leg.* 1. Paul. Castrens. *consil.* 247. *numero* 7. *lib.* 1. Petr. Paul. Paris. *consil.* 55. *numero* 22. *lib.* 3. Carol. Ruyn. *consil.* 38. *numero* 25. *lib.* 1. Anton. Gomez *d. num.* 40. Ludouic. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 14. *vers. in ædificiis autem*; vbi dicit communem, apud quem *numer.* 15. quid hodiè in maioratibus, vide; prædictam etiam sententiam tenent Iacob. Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 507. vbi de communi, Vincent. *de* Franch. *d. decis.* 109. *num.* 1. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 50. *n.* 26. communem quoque dicens.

Hæredequè de restituendo grauato deficiente, eius hæredibus † huiusmodi necessarij, vtilesvè sumptus debentur, Nicol. Bellon. *consil.* 66. *num.* 12. *& seq.* Iul. Clar. *in d. §. Emphyteusis, quæst.* 45. *num.* 2. August. Betoi *quæst.* 16. *& consil.* 73. *numero* 39. *lib.* 1. Ioan. Cephal. *consil.* 213. *num.* 14. *lib.* 2. Hercul. Marescot. *d. cap.* 109. *num.* 4. Hieronym. Magon. *decis. Lucens.* 33. *numer.* 34. 10

Inter quos necessarij reputantur † sumptus, qui grauato, vel eius hæredibus erunt restituendi, non solùm in ipsius rei melioramentis ante conditionis euentum facti; sed etiam in expensis litis pro conseruandis, vel reparandis rebus hæreditariis, vt tenent (aliis relatis) Hercul. Marescot. *d. nu.* 4. Ludouic. Molin. *d. libro* 1. *cap.* 27. *num.* 10. *&* 11. vbi, an & ex quibus bonis à maioratus possessore litium sumptus, quæ in maioratibus accidunt, faciendi sint? tenent etiam Marc. Ant. Pereg. *d. art.* 50. *num.* 9. *&* 11. Vbi idem dicit, etsi hæres expensas pro tuitione 11 12

rerum hæreditariarum faciens, vincatur: † quia non debuit hæreditatis ius indecisum relinquere, ex *text. in l. Illud*, *D. de pet. hæred.* modò litem euidenter calumnioſam non tractauerit, ad *text. in l. non est ignotum*, 6. *C. de administ.* 13

tut. & quia in istis necessariis non exitus, † sed initium negotij inspicitur, *l. Et in totum*, 4. *D. de impens. in reb. dotal. fact. l. si necessarias*, 8. *D. de pignor. acti. & l. Sed an vltro*, 11. *D. de negot. gest.*

Idem quoquè dicens de eo, qui se hæredem 14

contendit, † cui sumptus in tali lite factos reficiendos fore asserit, si modò obtinuerit. Qua de re latè ibi per eum *num.* 12. *& sequentibus.*

Et non solùm bonæ fidei possessorem huiusmodi necessarios detrahere sumptus; sed etiam malæ fidei possessorem; † *text.* est in *l. Domum*, 5. *C. de reivend. tex. in l. Planè*, 38. (aliàs 41.) *D. de petit. hæredit. l. si à domino*, 36. *§. fin. D. eod. leg. fundus, qui dotis*, 51. *D. famil. erciscund.* Bart. *in leg. in fundo, num.* 11. *D. de reiven.* Alciat. *in l. Impensæ, nu.* 8. *D. eod.* Nicol. Boët. *decis.* 44. *num.* 6. *in fin. & n.* 7. Andr. Tiraquel. *de re tract. linagier, §.* 15. *glo.* 1. *num.* 2. vbi etiam ex multis Theologis idem in foro conscientiæ dicit, Nicol. Iacob. Menoch, *d. remed.* 15. *nu.* 507. 514. *&* 537. Nicol. Bellon. *cons.* 65. *num.* 13. Ioseph. Ludouic. *d. decis.* 34. *num.* 18. Peregr. *dict. artic.* 50. *num.* 24. Hieronym. Magon. *decis. Florent.* 51. *nu.* 6. *& decis. Lucens.* 33. *numer.* 24. Ioan. Garc. *de expens. & meliorat. cap.* 2. *num.* 1. Andr. Fachin. *controuers. iur. libro* 1. *cap.* 54. *in princ.* Mar. Mut. *decis.* 51. *num.* 18. *&* 19. Aluar. Valasc. *consult.* 161. *num.* 7. Borgnin. Caualcan. *decis.* 28. *numero* 5. *& decis.* 44. *num.* 60. *part.* 1. Cald. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 27. *numero* 4. 15. *&* 58. Burg. *de* Paz *consilio* 7. *numero* 41. Petrus Barbos. *in l. diuortio, §. fin. numero* 59. *part.* 1. *D. solut. matrimon. Rosental. de feud. cap.* 10. *concluf.* 43. *numero* 12. *vbi Addit. litera* G. Vincent. Carot. *de locat. tit. de expens. nu.* 31. Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæstione* 73. *numer.* 21 Antonin. *de* Amato *d. resolut.* 14. *numer.* 16. de iure Reg. *tex. in leg.* 41. *&* 44. *tit.* 28. *part.* 3.

Proque his sumptibus, & meliorationibus competit possessori retentio, etsi aliter sibi res obligata non sit. Quod in bonæ fidei possessore † absque controuersia est, vt probant omnia iura in principio adducta, Bart. Alex. *in* Ias. & alij in *d. l. domus*, *D. de legat.* 1. *& in l. si non sortem*, *§. si centum*, *& ibidem gloss. D. de condit. indebit* Anton. Capit. *decis.* 17. *nu.* 7. Nicol. Bellon. *consil.* 10. *num. secundo* Vincent. *de* Franch. *decis.* 112. *num.* 1. Anton. Negus. *de pignor.* 4. *memb.* 5 *par. princip. numero* 8. *& seqq.* Tiraq *de retract. connent. §.* 7. *glo.* 1. *num.* 13. Marc. Anton. Pereg. *d. art.* 50. *num.* 55. Franciſc. Marcar. *de fideicomm. quæst.* 66. *in fin.* Hieronym. Magon. *decis. Flor.* 49. *numero* 23. *&* 24. latè Pirrh. Maur. *in tractat. de solut. oblat. & retent. cap. vnic. de retentionib. à num.* 36. *vsque ad* 45. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 62. *num.* 7. P. Molin. *d. disp.* 463. *num.* 12. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 14. *n.* 17. 16

Malæ etiam fidei possessori † retentionem competere, probant *textus in l. Planè*, 41. *D. de pet. hæredit. dict. l. Domum* 5. *C. de reivendic.* Bart. *in d. leg. In fundo, num.* 6. *& num.* 11. *vers. Tu dicas, & vers. si verò*, *D. de reivendic.* Paulus Castr. *in dict. l. Dominus horreorum, §.* 1. *num.* 2. *D. locat.* Ias. *in leg. fin. paragrapho fin. numero tertio Cod. commun. de legat.* Nicol. Boër. *dict. de capite quadragesimo-quarto, nu.* 6. *in fi. & nu.* 7. Arias Pinel. *in leg.* 2. *num.* 1. *ad fin. C. de rescind. vendi. Neguz. d.* 4. *memb.* 5. *part. princip. num.* 10. Plures referens Petr. Barbos. *in l. Diuortio, §. fin. part.* 1. *num.* 59. *D. solut. matrimon.* Pater Ferdinand. Rebell. *de obligat. iustit. libro* 7. *quæstione* 2. *nu.* 7. Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro duodecimo, titulo* 29. *numero decimotertio* Iacob. Menoch. *in addit. ad casum* 285. *numero nonagesimo-tertio*, Hercul. Marescot. *dicto libro secundo capite* 112. *numero nono* sic sæpè per *Rotam* iudicatum asserens, Marius Giurba *in consuet. Senat. Mesan. part.* 1. *cap. decima-quinta. gloss.* 7. *numero decimo-septimo*, Ioseph. Ludouic. *dict. decis.* 34. *numero decimo-octauo*, Hieronym. Mago. *dict. decis. Lucens.* 33. *numero vigesimo-quarto*, Caualcan. *dict. decis. quadragesima-quarta, numero* 60. *part.* 1. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 50. *numero vigesimo-sexto*; expressus de iure Reg. *text. in dict. l.* 44. *tit.* 28. *part.* 3 Nec solùm retentionem pro necessariis expensis à malæ fidei possessore factis; sed & repetitionem, actionemquè ei competere omnes ferè *numero* 15. adducti firmant. 17

Et an pro melioramentis in vnare factis, † possit alia quoque retineri? vide latè Marc. Ant. Peregr. 18

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Peregr. *d. art. 50. num. 69. post glo. in d. l. Planè, 41. verb. Deducat, D. de petit. hæredit.* quæ re extante, non posse aliam pro melioramentis retineri, licet re non extante expendenti consulatur, dicit; tenent etiam dictam sententiam Borgnin. Caualcan. *decis. 28. num. 5. in fine, par. 1.* qui in id allegat *Negusan. de pign. d. memb. 4. part, 5. princip. numero 20.* Iosep. Ludouic. *decis. Lucan. 7. numero 10. & seq. &* Guil. Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. §. de empt. num. 6. cart. 411.* & (nullo ex his relatis) ita tenet Hercul. Marescot. *variar. dict. lib. 2. cap. 112. num. 25.* vbi num. seqq. quatuor hanc sententiam declarat, limitatque modis.

19 Proque dictis melioramentis executio † sententiæ, quæ in rem iudicatam transiuit, quousque soluantur impeditur. Bart. *in d. l. Infundo, num. 16. D. de rei vendic.* Specul. *in tit. de execut. sent. §. Postrem. vers. Quid si bona adificauit?* & latè *ibid.* Ioann. Andr. *in addit.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 7. gloss. 1. num. 14.* Hercul. Mates. *cap. 112. num. 18.* vbi sic in *vna Romana domus, 18. Iunij 1602. coram* Cardin. Pamphilo fuisse per Rotam resolutum testatur, & *in alia Romana Saluiani interdicti, 19. Nouemb. 1593. coram Pennia,* in eaque fuisse dictum, quòd si exceptio hæc in executione non admittatur; poterit legitimè appellari, per *consil.* Alexand. 85. *num. 6. vers. Præterea etiam, lib. 5.* tenent quoque Aymon Crauet. *cons. 148. num. 2.* Negusan. *vbi sup. num. 10. vers. Secunda conclusio,* Vincent. *de* Franch. *d. decis. 112. num. 1.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 25. num. 22.* Roland. *à* Valle *consil. 28. num. 3. lib. 1.* Iacob. Menoch. *dict. remed. 15. num. 569. vers. Contrarium verius est.* Petr. Benintend. *decis. 77. num. 2.* Francis. Marçar. *de fideicommiss. quæst. 65. P.* Molin. *de contract. disputat. 463. num. 12. tract. 2.* Melchior Pelaez *de maiorat. 4. part. quæstione 32. numero 9.* Alexan. Ambrosin. *decis. 28. n. 26. part. 2.*

20 Quod etiam non liquidato † valore melioramentorum procedere; decisum testatur Anton. Capit. *d. decis. 17. numero 7.* Vincent. *de* Franch. *d. decis. 112. num. 1.* Hercul. Marescot. *dict. cap. 112. num. 20.* Petr. Surd. *de aliment. d. tit. 8. prinilog. 62. num. 8.* Anton. Faber *in suo Cod. definit. libr. 3. titul. 22. definint. 15. & 16.* Ambrosin. *vbi proximè, numero 28.*

Solet tamen (testante *Marescoto* loco proximè relato) de stylo Rotæ ante executionem pro melioramentorum liquidatione præfigi terminus, nè aliàs retardetur executio, ex Iacob. Puteo *dec. 12. de re iudic. & dec. 471. in fin. libro 2.* fuisseque in allegata *Romana domus coram Cardin. Pamphilo* dictum.

Etiamque si ab eo, qui executionem petit,
21 offeratur cautio † de soluendis melioramentis cum fuerint liquidata, suspenditur executio. Anton. Capit. Put. & alij relati per Marescot. *vbi sup. nu. 21.* dicens ita fuisse tentum in *vna Tarracinnensi Palludum, 17. Maij, 1559.* vt in manuscrip. *Diuersor. decis. 139.* Menoch. *d. remed. 15. num. 570. & remed. 11. num. 17.* Anton. Faber *d. loco. Ambrosin. dict. decis. 28. num. 30.*

Licèt contrarium in isto casu tenuerint Castrens. *consil. 270. numero 3. lib 2.* Gozad. *consil. 100. numero 21.* Negus. *dicto memb. 4. 5. part. numero 15.* Petr. Benint. *d. decis. 77. num. 1.* refert. & sequitur Pyrth. Maur. *de solut. oblat. & retent. cap. vnic. de retentionib. num. 43.* Petr. Surd. *dict. priuileg. 62. num. 9.* Caualcan. *decis. 28, num. 6. part. 2.* vbi sic se iudicasse dicit, adducitque Rot. Bononi Alex. Roland. & alios, qui id nullatenus probant; Vincent. *de* Franc *dict. decisio. 112. numero 17.*

Testatur autem *Gamma decis. 4. numero 3.* in Lusitano Senatu sanciri consuetum: Vt præstito iuramento ab eo, cui melioramenta debentur, cuius valoris sint: deponatur ea quantitas à parte, quę illa tenetur soluere, præcipique, nè impediatur executio, vt facta postea liquidatione quanta ea sint, ex pecunia deposita soluantur: tradit etiam Aluar. Valas. *de iure emphyt. d. quæst. 25. n. 23.* P. Molin. *d. disput.* 22
463. num. 12.

Si verò diceretur in sententia, *Solutis priùs expensis,* † priùs conditio ista purificari deberet, daretur que interim retentio, & impediretur executio, quantumcumque liquidata melioramenta non existerent. Ita Paul. Castr. *d. consil. 270. num. 3. vers. Breuiter omissis, lib. 2.* Franc. Marçar. *de fideicommiss. quæst. 66. vers. Et vlterius,* Pyrth. Maur. *d. cap. vnic. n. 44.* Petr. Surd. *priuileg. 62. n.* Valasc. *&* Molin. *locis proximè relatis.*

Duo sanè sunt casus in quibus melioramentorum occasione retardari non debet executio. Primus quando in dilatione periculum *subsit,* † tunc namque admittenda cautio erit, secun- 23
dum Paul. Castr. *d. consi. 270. num. 3. vers. Nec enim subest,* Anton. Capit. *d. decis. 17. in fin.* Hercul, Marescot. *d. l. 2. c. 112. n. 22.* Iacob. Menoch. (mendosè *Castrensem* allegantem) *d. remed. 15. num. 571.*

Secundus si incontinenti † non adesset factorum melioramentorum probatio; tradit (ex Bald. 24
cons. 309. in fin. p. 2.) Menoch. *vbi suprà, n. 572.* cui assentit Mares. *d. num. 22.*

Adeò autem prædictæ expensæ, & melioramenta debentur, vt etiamsi res ipsa in qua facta sunt, vel eademmet perierint melioramenta, † eorum adhuc æstimationem consequi pos- 25
sit qui ea fecit, modò absque eius culpa perierint; formalis, & expressus *text. in l. Sed an vltro, 11. §. 1. & in l. Sinè hæreditaria, 23. D. de negot. gest. text. in l. Et in totum, 4. D. de impens. in reb. dotal. fact. in l. Dominus, 61.* (alias 58.) *D. de leg. 1. l. Mulier, 22. §. Sed enim, vers. Sed & ipse, D. ad Senat. Consult. Trebell. l. Si necessarias, 8. D. de pignor. act.* Bart. *in d. l. In fundo, n. 6. & 8. D. de reiuendic.* plures referens Tiraqu. *de retract. conuent. §. 7. gloss. 1. nu. 10.* Marescot. *variar. resolut. lib. 2. d. c. 109. n. 7.* Menoch. *d. remed. 15. n. 112. & 521.*

Quæ tamen sententia communiter intelligi, & declarari solet, locum habere, indubitanterque in eo esse, qui alieno nomine rem detinet, vt in depositario, commodatario, negotiorum gestore, & similibus, vt in *dict. leg. Sed an vltro, 11. paragrapho 1. & in dict. l. Sinè hæreditaria, 23. D. de negot. gest. d. l. Planè, 38.* (aliàs 41.) *D. de petit. hæredit.*

In

UAB Biblioteca de Ciències Socials

In eo autem, qui nomine proprio poſſidet, an re meliorata perempta, debeat nihilominus melioramentorum expenſas habere? contentio eſt. In qua *Bartol.* diſtinctio tradita in *d. leg. in fundo, num. 6. & 8. D. de reivendic.* (differentiam inter ſimplicem poſſeſſorem bonæ fidei, nullum aliud ius in re habentem, & eum, qui aliquod ius etiam reuocabile habet, conſtituens) frequentiori Doctorum calculo recepta eſt. Vt ille (bonæ fidei ſcilicet ſimplex poſſeſſor) re meliorata perempta, ſumptus, melioramentave repetere non poſſit: hic (ius nempè aliquod habens) repetat, vt in *d. l. Et in totum, 4. D. de impenſ. in reb. dotal. fact. & in l. vnic. §. Taceat, verſ. Cùm enim neceſſaria, C. de rei vxor. act. & in d. l. Domus, 61. & in dict. l. Mulier, 22. §. Sed enim, verſ. Sed & ipſe*, ita etiam (Bartolum ſequendo) tenent Paul. Caſtr. *in d. l. Domum, numer. 2. in fin. C. de reivendic.* Alciat. *in l. Impenſæ, num. 6. D. de verbo ſignif.* Nicol Boër. *d. deciſ. 44. num. 14.* Anton. Gomez *in l. 46. Taur. numer. 2.* latè comprobat, & defendit Petr. Barboſ. *in d. l. diuortio, §. fin. part. 1. num. 63. verſ. Amplia tertiò, & num. 64. & 65.* vbi carpit Menoch. *d. remed. 15. num. 112.* dicentem, ſentire Doctores etiam re perempta bonæ fidei poſſeſſorem expenſas deducere poſſe, ab eoque cauendum admonet, intelligendoſque Doctores per illum adductos, in eo, qui præter poſſeſſionem aliquod habet dominum: ita etiam Roland. à Valle *d. conſil. 28. num. 18. libro 1.* communem dicit Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. d. quæſtione 25. numer. 25.* Pat. Molina *dicta diſputat. 463. numero 8. litera E.* Hercul. Mareſcot. *dict. cap. 109. num. 8.*

26 Cuius ſententiæ ea redditur ratio, † Quia bonæ fidei poſſeſſor non aliter, quàm retentionis iure, doli mali exceptione oppoſita, melioramenta conſequitur, idquè ex æquitate *d. leg. Sumptus, 49. D. de reivendic.* ibi: *Verum exceptione doli oppoſita per officium iudicis æquitatis ratione ſeruatur. d. l. ſi in area, 33. D. de condict. indebit.* ibi: *Nullo alio modo, quàm per retentionem impenſas ſeruare poſſe*, text. *in d. l. Paulus, 14. D. de doli mal. & met. except.* cuius verba ſunt: *Paulus reſpondit, eum qui in alieno ſolo ædificium extruxerit, non aliàs ſumptus conſequi poſſe, quam ſi poſſideat, & ab eo dominus ſoli rem vendicet; ſcilicet oppoſita doli mali exceptione.* Re autem perempta, retentioni locus non eſt, ideóque ſumptus in ea factos conſequi bonæ fidei ſimplex poſſeſſor non poterit.

Quæ licèt impugnari ratio valeat, ex æquitate *leg. ſi & me, & Titium, 32. in fin. D. de reb. credit.* & quod ibi *not.* Paul. Caſtr. ex rationeq; *text. in dict. leg. Domum, 5. Cod. de reivendic.* & *text.* præcipuè *in l. quod ſi nulla, 63.* (aliàs 60.) *D. de legat. 1.* vbi hæc Iulianus: *Quòd ſi nulla retentione facta, domum tradidiſſet, incerti condictio ei competet, quaſi plus debito ſoluerit.* Per quem non nudam tantùm retentionem, ſed & actionem, incertique condictionem poſt rem melioratam reſtitutam pro melioramentorum æſtimatione conſequenda competere, dixerunt *Practic. Papienſ. in form. reſponſionis rei connenti*, Gaſpar. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. libro primo quæſtione ſeptuageſima-nona numero ſecundo* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 193. num. 25. 26. & 27.* Licet contradicat, erraſſeque huius partis ſequaces (cum multis, quos refert) profiteatur Antoni: *de* Amat. *dict. reſolut. 14. numero quinquageſimo quarto.* Cui contrariæ communi reſolutioni (in caſu præcipuè, terminiſque rei peremptæ) & ipſe adhæreo, cum declarationibus ab eodem *Amato ibi numeris ſeqq.* eidem aſſignatis, qui ad longum, eruditeque materiam proſequitur.

Intelligenda item prædicta communis ſententia, & limitanda eſt, ſi bonæ fidei ſimplex poſſeſſor iudicio particulari, † ſecùs ſi vniuerſali petitione hæreditatis agar; tunc enim licèt res in qua melioramenta facta ſunt, perierit; poterit aliam nihilominùs retinere, quoniam illa tanquam in hac parte hæreditatis fecit. Sic tradunt Andr. Tiraquell. *de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. numer. 10. in fin.* Nicol. Boër. *dict. deciſ. 44. numero decimo-quarto*, Andr. Alciat. *in l. Impenſæ, numero ſexto, Digeſtis de verbor ſignific.* Marc. Anton. Peregr. (commu nem dicens) *de fidei commiſſ. articul. 50. numero trigeſimo part. 1.* Anton. Gomez *in d. l. 46. numero ſecundo* latè Petr. Barboſ. *in d. l. diuortio, paragrapho primo part. 1. n. 64. & 65.* Pat. Molina *d. diſputat. 465. n. 8. lit. D.* 27

Hinc, alia inter bonæ fidei ſimplicem poſſeſſorem meliorantem; & eum, qui aliquod dominium habet differentia deſcendit: vt ſimplex bonæ fidei poſſeſſor fructus cum expenſis, aut melioramentis compenſet; † dominium verò aliquemvè titulum domino habens, integras, illibataſque melioramentorum expenſas deducat, abſque eo quòd cum fructibus fiat aliqua compenſatio, cum eos fructus iure domini acquiſierit; ſimplex verò bonæ fidei poſſeſſor, ex re aliena, & non iure proprio. Ideòque fructus cum melioramentorum expenſis compenſare debere; eſt *text. in cap. Ad noſtram, 11. de rebus Eccleſ. alien. vel non text.* expreſſ. *in dict. l. Sumptus, 48.* (aliàs 49.) *& in l. Emptor, 65. D. de reivendic.* cauetur que nominatim in *l. 41. tit. 28. part. 3. verſ. Empero ſi algunos frutos, o rentas*, & ibi notat Gregor. Lopez *gloſſ. 5. verb. Que deſcuente en ellas, & d. l. 44. eod. tit. & part. verſ. Empero ſi el eſquilmo algunos frutos*: obſeruant Curt. Iuni. *conſ. 165. numero decimo-quinto*, vbi teſtatur de communi, Felin. *in cap. Cùm cauſa, numero vigeſimo-nono, de ſent. & re iudic.* Carol. Ruin. *conſ. 14. numer. tertio & conſ. trigeſimo octauo, numero vigeſimo-octauo, libro primo* Hercul. Mareſcot. *variar. reſolut. dict. libro ſecundo. cap. 112. numero 17.* Anton. Capit. *deciſ. 93. numero 12.* Anton. Gomez *dict. l. 46. Tauri, numero ſecundo* Arias Pinell. *in dict. leg. 2. part. 2. capit. 4. numero ſexageſimo-ſecundo, C. de reſcind. vend.* Andr. Gaill. *libro ſecundo practic. obſeruat. dict. obſeruat. 121. numero decimo-quarto*, Anton. Gamma *deciſ. 310. numero quarto* communem dicit Ludouic. Molin. *dict. diſput. 463. numero nono* Petr. Barboſ. *in dict. leg. diuortio, paragrapho fin. 1. part. numero quadrageſimo-primo verſ. Ex qua ratione*, Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiſſ. d. artic. 50. numer. 64. in princip. & num. 66.* & alij ex infrà proximè referendis. 28

Eum autem, qui dominium aliquod (quantumcumque reuocabile) in re habet, computare cum fructibus † expenſas melioramentorum non 29

non debere ; tradit *gloſſa in d. l. Emptor.*, 65. *verb. Superfluum*, *D. de reiuendic.* vbi communiter Scribentes, Batt. *& DD. in d. l. Sumptus*, 49. *ff. eod.* & *in l. Inſulam*, §. 1. *ff. ſolut. matrimon.* Carol. Ruin. *conſil.* 24. *num.* 10. *lib.* 1. Decius *conſil.* 518. *à numero* 2. vſque ad fin. Paul. Caſtren. *conſil.* 237. *numero* 4. *lib.* 1. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 7. *gloſſ.* 1. *numero* 4. Nicol. Boer. *d. deciſ.* 34. *numero* 16. latè Roland. *à Valle d. conſil.* 28. *numero* 15. *& ſeqq. lib.* 1. Iacob. Menoch. *de remed.* 15. *numero* 578. *& ſeqq.* Bertaz. *conſil.* 79. *numero* 19. *& conſil.* 102. *numero* 73. Marc. Anton. Peregrin. *d. art.* 50. *numero* 64. communem dicens, nominatimque de marito, emphyteuta, vaſſallo, vſufructuario, emptore, hærede per fidei commiſſum de reſtituendo grauato, conductore, & colono agens. de quibus etiam agendo, latè proſequitur Hercul. Mareſcot. *d. lib.* 2. *capite numero* 38. cum pluribus ſeqq. vbi de communi Didac. Couar. *variar. lib.* 1. *capite* 8. *numero* 4. Gregor. Lopez *in dict. l.* 41. *tit.* 28. *part.* 3. *gloſ.* 5. *verb. Que deſcuente en ellas* Petr. Barboſ. *in d. l. Diuortio*, §. *fin. part.* 1. *numero* 39. & latiùs *numero* 44. Pinel. (communem ſententiam dicens) *in dict. l.* 2. *part.* 2. *c.* 4. *numero* 62. Ludouic. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 27. *numero* 14. *verſ. Nec in hoc caſu*, Anton. Gamm. *deciſ.* 310. *num.* 5. *&* 6. Anton. Gabr. *commun. concluſ. tit. de acquir. rer. domin. concluſ.* 1. *numero* 2. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 58. *numero* 12. 15. 20. 21. *&* 34. Ioan. Gart. *de expenſ. cap.* 23. *numero* 58. Borgnin. Caualc. *deciſ.* 44. *numero* 16. *& ſeq. part.* 1. P. Molina *d. tract.* 2. *diſp.* 463. *num.* 2. *&* 13. vbi communem dicit Melchior Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 32. *numero* 5. *verſ. Et eſt aliud notabile*, Andr. Gaill. *d. lib.* 2. *obſeruat.* 121 *num.* 4.

Quod etiam extendit. Hercul. Mareſcot, *ſuprà*, *d. cap.* 112. *numero* 44. in fructibus ab hærede de reſtituendo grauato poſt purificatum † fidei commiſſum perceptis, ſi in reſtituendo morioſus non fuerit, ſed fidei commiſſarius ipſe, quia tunc hæres fructus lucratur. *l. Infideicommiſſariam*, 18. *ff. ad S. C. Trebell.* Nec cum melioramentis, aut melioramenta cum eis compenſare tenetur, adducit in id Ioann. Cephal. *conſil.* 49. *numer.* 22. *&* 23. *lib.* 1. Carol. Ruin. *conſil.* 117. *libro* 3. Aym. Crauet. *conſil.* 316. *numero* 2. Anton. Gabr. *concluſ.* 121. *num.* 58. *verſ. Fructus autem perceptos poſt diem*, *lib.* 1. Pro qua ſententia eſt *gloſ.* 1. *in d. l. Infidei commiſſariam*, quod aliquibus modis limitat *idem ipſe* Mareſcot. *d loco*, *num.* 45. *& ſeqq.*

Ex quibus merito reprehendit Petr. Baboſ. *in d. l. Diuortio*, §. *fin. part.* 1. *numero* 44. Ioannis Gart. *de expenſ. cap.* 16. *numero* 36. ſententiam, tenentis maioratus poſſeſſorem, qui magnas in litibus agitandis, ad perpetuamque maioratus vtilitatem impenſas fecit, eas repetere poſſe; ſi tamen fructus pro expenſis ſufficerent, † cum expenſis computandos. Cuius contrarium (ex *gloſſ. in d. l. Emptor.* 65. quam ſingulatem ſæpè teſtatur) latè defendit *Barboſ. ſuprà.*

Quod autem ſimplicem bonæ fidei poſſeſſorem debere melioramenta cum fructibus compenſare diximus; limitandum, & intelligendum eſt procedere in fructibus ex re ipſa, † ſecùs in fructibus ex ipſis melioramentis perceptis, quos integros illibatoſque bonæ fidei poſſeſſor debet habere, vt tenet (poſt alios ab eo adductos) Ioann. Gart. *de expen. capite* 23. *numero* 56. vbi communem teſtatur, & receptam ſententiam. aliis etiam relatis tenet, communemque dicit Hercul. Mareſ. *variar. reſol. lib.* 2. *capite* 76. *numero* 30. *& d. cap.* 112. *numero* 52. *&* 53. vbi communiorem, & in praxi magis receptam, & apud Rotam ſæpè obſeruatam fatetur, & ſecundum eam iudicatum, tentumque fuit apud Cardin. Pute. *deciſ.* 272. *lib.* 3. Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. d. quæſt.* 25. *numero* 26. vbi Luſitanum Senatum quotidiè ſecundam eam iudicare aſſerit, de eademque obſeruantia apud eundē Luſitan. Senat. teſtatur Anton. Gamma *deciſ.* 364. *in princip.* quod aduerſus nouiores defendit collegas, & ibid. eius *Additi.* & *deciſ.* 49. *ad fin.* ſequitur Patet Ludouic. Molin. *de tract.* 2. *diſputat.* 463. *numero* 9. Bognin. Caualcan. *deciſ.* 28. *numero* 8. *in additione*, quam ad ipſam fecit *ibidem*, *part.* 1. *&* *deciſ.* 32. *numero* 27. *part.* 2. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 7. *numero* 12. *&* 13. Vincent. de Franch. *deciſ.* 191. & latiùs *deciſ.* 705. *per tot.* vbi ita iudicari ſolitum, teſtatur, Cardinal. Tuſch. *practic. concluſ. lit. M. concluſ.* 178. *numero* 10. *&* 19. Pelaez *de maiorat. d.* 4. *part. quæſt.* 32. *d. numero* 10. *cum ſeqq. vſque ad numero* 19. *excluſiuè*, magis æquam, & communem dicens, ſentiens etiam (ex Afflict. *deciſ.* 85. *&* Burſat. *conſil.* 84. *numero* 37) in melioramentis à malæ quoquè fidei poſſeſſore factis procedere, vt nec cum fructibus compenſentur; ſic generaliter *text. in d. l.* 41. *&* 44. *tit.* 28. *part.* 3. limitans, & intelligens: tenent præterea dictam ſententiam Franciſc. Stephan. *deciſ.* 81 *numero* 3. *&* 6. Ioann. Aloyſ. Ricci. *collect. deciſ.* 150. *ad fin.* Marc. Anton. Pereg. *d. art.* 50. *numero* 67. Pett. Surd. *deciſ.* 282. *numero* 30. *&* *deciſ.* 264. *numero* 11. Rota Roman. *Diuerſor. deciſ.* 112. *numero* 1. *part.* 2. *&* ex] *collect.* à Farinac. *nouiſſim. deciſ.* 435. *numero* 15. *part.* 1. Ioan. Bapt. Coſta *de ratione rat.* q. 136. *n.* 18.

Mouentur omnes per *text.* (qui multum pro ea facit) *in l. Ceterum*, 32. *verſ. improbè tamen*, *D. de reiuendic.* Et ex eo, quia melioramenta *propria ipſius ſunt*, *qui ea ſuis* ſumptibus fecit, cum & bonam fidem habuerit, ſuoſque fructus fecerit; nullaquè in hoc caſu rei domino, cui reſtituenda eſt iniuria fiat, cum non factis melioramentis. nil plùs quàm fructus ex re ipſa percipiendi, ac computandi forent.

Licèt contrariam ſententiam (imputanda ſcilicet cum fructibus etiam ex ipſis melioramentis perceptis, melioramenta, ſuperiori reſpondentes fundamento (tenuerint Didac. Couar. *variar. lib.* 1. *cap.* 8. *numero* 4. *verſ. Proxima quæſtioni*, *& verſ. Quid igitur*, quem ſequuntur Iacob. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. dict. remed.* 15. *numero* 69. *in fine*, *& num.* 610. Petrus Barboſ. *in d. l. Diuortio*, §. *fin.*

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

§.fin.1. parte, numero 49. verſic. Sed his non obſtantibus, latè contrariis reſpondens *num. 51. & 52.* P. Thom. Sanchez *in præcept. Decalog. libro 2.cap.23.n.105. & num.147.verſ.Tenetur etiam poſſeſſor bonæ fidei*; & in hanc inclinat Greg. Lopez *in dict. leg.41. tit.28.par.3.verb. Que deſcuente, in fin.*

Quorum opinio licet in puncto iuris, de eiuſquè rigore verior videatur: prior tamen contraria, & iuri conſona eſt, & magis æqua. Ita (veram, & æquam dicens) firmat Peregrin. *vbi ſuprà dicto num. 67.* in iudicandoque, & conſulendo eam ſeruandam, quia æqua, dicit Flores Diaz *de* Mena *in addit.ad* Anton.Gam mam *d.deciſ.364.* Marius Giurba *in conſuet.Senat.Meſan.capit.15.gloſſ.8.num.4.part.1. & deciſ.105. num.19.* vbi ita ſæpiùs Conſiſtorium teſtatur iudicaſſe, Munnoz *de* Eſcobar *de ratiocinii.tom.2.computat. 13.à numero 2.cum ſeqq.* ab hac in iudicando, & conſulendo recedendum non eſſe *num. 8.* dicens, cum forenſibus *Hiſpaniæ* tribunalibus frequentiùs fuerit obſeruata, licet in puncto iuris contraria *Couarr.* & ſequacium verior videatur. Vnde ipſemet *Couar.* loco proximè relato (in Cæſaraguſtana editione, referens *Aluarum Valaſc.*in eiuſque ſententiam inclinans) ſe ſcire addit, aliquando in tribunalibus Caſtellæ eodem modo fuiſſe iudicatum, in *Rotaque Romana* ſæpè ſecundum hanc fuiſſe deciſum, vidimus ſu-
33 prà.

Quæ in fructibus etiam poſt litem conteſtatam ex meliorationibus perceptis † ampliatur procedere ſententia, vt (relato Peregr.) contendit Herc. Mareſ. *d.c.112.n.54.& ſeqq.* Sacca. *conſ.43.nu.2.* Marc.Giurb. *in conſu.Senat.Meſan. d.c.15.gloſ.8.n.4.* & ita concludit Franc.Steph.
34 *d.dec.81.n.6.*

Ac etiamſi bonæ fidei poſſeſſor ad fructuum reſtitutionem fuerit condemnatus, † quia adhuc perceptos ex melioratione bus, reſtituere, aut compenſare non debet, *Thoro in compend.deciſ. verſ fructus, nu. 4. & verb. Meliorationes, n. 5.* Marius Giurba *d.n.4.in fin.* Vincen. *de* Franch. *dec. 705. in princip.* vbi *num. 1.* adeò apud Senatum illum hoc placitum ſeruari, dicit; vt in pluribus ſententiis ad ſui relationem, ſiue in aula, in qua reſidebat latis; hæc apponerentur verba: *Non tamen ex meliorationibus perceptis.*

Omnia autem ferè dicta de neceſſariis; & de vtilibus quoque expenſis, melioramentiſque intelligenda ſunt: in vtriuſque enim iura, &
35 authoritates ſuprà adductæ loquuntur. Vnde ſicut poſſeſſor bonæ fidei neceſſarias deducit expenſas: ſic & vtiles † quoque probant iura in principio adducta, quatenus in bonæ fidei poſſeſſore de nouo ædificium in re bona fide poſſeſſa faciente, arboreſvè ſerente, aut vineas plantante loquuntur, quæ vtiles, non neceſſariæ dicuntur expenſæ. *tex.in l.Impenſæ, 79.§.1.ff.de verb.ſignif.* & tradunt ſtatim referendi, qui huiuſmodi dicunt vtiles expenſas, à bonæque fidei poſſeſſore deducendas Batt. *in d.l.In fundo, nu.7. ff.de reivendic.* Ioan.*de* Annan. *conſil.32.nu.10. verſ.item animaduertendum*, Boër. *d. deciſ.44. n.6.& 7.*Bellon. *conſ.65.num.13.* Ioſeph.Ludouic. *d. deciſ.Peruſin. 24.numero 14.& deciſ.34. numero decimonono* communem dicit Menoch.

dict.remed.15.numero 517. & 518. Anton. Gomez *d.cap.12. numero quadrageſimo* Mareſ.*var. reſolut. dict.lib.2. cap.110. numero primo* Marc. Anton.Peregr. *de fideicomm.d.art.50.numer.38.* Pat.Molina *dict.tract.2.diſputat.463.num.9. &* 10. Roland. *à* Valle *d.conſ.28.num.12.libro 1.* Franciſ. Burſat. *conſil. 85. numero trigeſimo-ſecundo* Hieronym.Magon. *deciſ. Florent.49. numer.24.* & probat apertè *text.in dict.leg.41.tit. 28.part.3.*

Idemquè in vaſſallo, † vel emphyteuta, vt 36
(præter plures ex relatis ſuprà, *num.2.& 3.*) tenent Guid.Pap. *deciſ.169.* Boër. *d.deciſ.44.numer. 14.* Anton. Gomez *dict.numero 40.in fin. verſic. Tertiò infero*, Petr. Surd. *deciſ.78.num.3. & dec.30.numero vigeſimo* Hieronym. Gabriel. *conſil.80.numero vigeſimo-ſexto, & ſeqq.libro ſecundo* Rota Roman. *diuerſor. deciſ. 398.num.2. part.1.& dec. 312.num.12.par.2.* Hercul. Mareſcot. *variar.reſolut.dict.cap. 110.numero nono* Peregrin. *dict.art. 50. numero quadrageſimo* vbi teſtatur, de communi, Petr. Barboſ. *in d.leg.diuortio, §.fin. 1.par. num.68. verſic. Nunc ex ordine reſtat videre, de vtilibus impenſis.*

Proceditque etiam in hærede de reſtituendo 37
† grauato, *text.in dict.l. Mulier, 22 §.Sed enim, verſic. Sed & ipſe, ff. ad Sen. Con. Trebell. & in d.l.domus, 61.* (aliàs 58.) *ff.de legat.1.* & alia iura ſuprà in neceſſariis expenſis loquentia, in eiſque adducta, obſeruantque præterea Carol. Ruyn. *conſil.135.num. 12. libro tertio* Philipp. Corne. *conſil. 180. numero 8.libro 4.* Nicol Bellon. *d. conſil. 65 numero 12.* Bened.Capt. *conſil. 55.num.8.* Aym.Crauet. *conſ.202. poſt num. 51.* Hercul. Mareſ. *d. cap. 110. numero ſeptimo* vbi ita refert tenuiſſe Rotam, Anton. Gomez *variar.tom.1.dict.cap.12.numero 40. in princip.& in verſ. Ex quibus infero*, Ludouic. Molina *de Hiſpano. primog.libro 1.cap.26.numero 14.* Peregrin. *d.art.50.num. 39.* Vincen. *de* Franch. *d.deciſ.109.num. 1.* Franc. Marcar. *de fideicommiſſ. qu. 65.*

Et in vſufructuario, † *text.* eſt in *l. Eum ad* 38
quem, 7.C.de vſufruct. & habit.& miniſt.ſeruor. cuius ſunt verba: *Eum ad quem vſus fructus pertinet, ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtare debere, explorati iuris eſt. Proinde ſit quid vltra quàm impendi debeat, erogatum potes docere, ſolemniter repoſces.* & ibi notant communiter Scribentes, *gloſſ. 1.in lege ſed ſi quid, 19. ff. de vſufruct. & quemadm. quis vtat. fruatur.* Gorne. *conſilio ſexageſimo-octauo, libro quarto* Mareſcot *dict. cap. 110. numero decimo-ſexto*, Anton. Gomez *vbi ſuprà, numero quadrageſimo verſ. Quartò infero*, P. Molina *d. diſput. 463. numero ſecundo.*

Vnde Clericum (qui vt *quæſtione 4. paragrapho primo numero nonageſimo-quarto*, diximus, vſufructuario comparatur) vel prælatum debere huiuſmodi vtiles expenſas, † & melio- 39
ramenta in rebus Eccleſiæ de bonis ipſius clerici, vel Prælati facta deducere; tenuerunt Abb. *in cap. de multa, numero decimo-quarto, de prabend. & dignit. & in cap. fin. numero ſecundo de pecu.Clericor.* & ibi communiter ſcribentes, Hentic. Bohic. *in dict.capit.de multa, numero decimo-quarto*, Iaſ. *in leg.ſi non ſortem, paragrapho ſi centum, numero 10.in in verſic. Amplia iſtam fallentiam, ff. de condict. indebit: 7.*

Hercul. Mareſcot. *d. lib. 2. cap. 112. num. 4.* Nicol. Boer. *dict. deciſ. 44. num. 14. verſ. Idem in eo, qui expenſas fecit*, Peregrin. *dict. artic. 50. numero 43.* Menoch. *de recuper poſſeſſ. remed. 11. numero 16.* Petr. Surd. *conſil. 183. n. 6.* Greg. Lopez. *in d. l. 41. tit. 28. par. 3. gloſſ. 5. verb. Que deſcuente en ella prope finem.*

40 Coloni † quoque & inquillini deducere melioramenta vtilia perpetua debent, *text. in l. Habitator, 59. D. de rei vendic. & in d. l. Dominus horreorum, 55. (* aliàs *57.) §. 1. D. locat.* Paul. Caſtr. *conſil. 270. lib. 2.*

41 Idque etiam ſi culpa coloni, † vel inquillini locatio finita ſit. *dict. l. Colonus, 61.* (aliàs *63. D. locat.* In eoque excedit colonus emphyteutam, vt notauit Laſ. *in l. 1. n. 25. & in l. 2. n. 28. C. de iure emphyt.* Bald. Aret. & alij, quos refert, & ſequitur Marc. Anton. Pereg. *d. artic. 50. n. 41.*

Habent quoque ſuprà dicta locum in expenſis & melioramentis factis ab emptore †
42 in re quam poſteà remedio *legis 2. C. de reſcind. vendit.* auocat venditor. Poterit namque dum eas non ſoluit, repelli venditor Bald. *in d. l. 2. num. 51. quæſt. 19. C. de reſcind. vendit.* per *legem Intra vtile, 40. §. Vendentibus ff. de minoribus*, quem ſingularem dicit, ſequitur Alex. *ibid. in addit. ad* Bart. idem etiam Bald. *in l. fin. §. fin. num. 5. C. commun. de legat.* Et licet Salycet. *in d. l. 2. quæſt. 17.* teneat contrarium; *Baldi* tamen opinio verior, & receptior eſt, quam (præter Alex. *vbi ſuprà*) ſequuntur Hieronym. Cagnol. *in d. l. 2. num. 153. quæſt. 20. verſic. Sed non eſt recedendum*, Anton. Burg. *in cap. Cum cauſa, num. 56.* extra *de empt. & vendit.* Iacob. *à Sancto* Gregor. *in l. Sires, §. 1. num. 5. D. de iure dot.* Fabian. *de Monte empt. & vendit. quæſt. 8. num. 4.* Boer. *d. deciſione 44. num. 8.* refert, & ſequitur Hercul. Mareſcot. *d. lib. 2. variar. quæſt. cap. 110. numero 20.* quos omnes per ordinem ex Ario Pinello *in d. l. 2. part. 2. cap. 3. num. 1.* (eius ſuppreſſo nomine) tranſcripſit, qui etiam ad id adducit text. (quem alij non allegant) *in l. Si prædium 16. in fine, C. de prædijs minor.* lateque fundamentis Salyceti reſpondet *num. 2. & 3.* eandem tenet ſententiam Pat. Ludouic. Molina *de iuſt. & iure d. tract. 2. q. 463 num. 13.*

Imò & pro huiuſmodi vtilibus impenſis, &
43 melioramentis etiam malæ fidei † poſſeſſori conſulitur, eaque conſequi poteſt, ſaltem iuxta diſtinctionem *Bartoli in d. l. Infundo, num. 11. ff. de rei vendic.* ſi de nouo malæ fidei poſſeſſor non ædificet, ſed ædificio aliquid addat reficiat, aut ampliet, quem ſequuntur omnes communiter, teſte Aluaro Valaſc. *conſul. 83. num 19.*

Quem etiam indiſtinctè retentionem malæ fidei poſſeſſori pro dictis vtilibus expenſis, melioramentiſque competere? videtur *text.* expreſſus *in dict. l. Planè, 41. ff. de petit. hæredit.* obſeruantque Satmient. *ſelectar. libro 1. cap. 10. numero 20.* Ioan. Gart. Ioſeph. Ludouic. *&* Portol. relati à Petro Barboſ. *in dict. l. Diuortio, 1. part. §. fin. numero 80. ff. ſolut. matrimon.* licèt eorum non ſequatur ſententiam, cum quo etiam tenent *Peregrin. dict. artic. 50. numero 20.* & (eo non relato per idem fundamentum, iiſdemque authoritatibus (Mareſcot. *dict. cap. 110. numero 41.* Iacob. Menoc. *d. remed. 15. numero 540.*

Quorum tamen præcipuum huius ſententiæ fundamentum traditum à Peregrino, & Mareſcoto, vbi ſuprà (quia ſcilicet malæ fidei poſſeſſor prædictas faciendo expenſas, donare † videtur) inefficax iudicari poteſt, ex 44
l. 2. C. de reiuendic. in fin. ibi: *Si non donandi animo ædificia alieno ſolo impoſita ſint.* Ex quo deducitur manifeſtè, nec malæ fidei poſſeſſorem videri huiuſmodi ſumptus donandi animo feciſſe, niſi aliter de donandi animo conſtet, *text.* etiam in *l. Qui alienum, 14. ff. de donat.* licèt contradicat *ibi gloſſa 1.* Et ad *text.* (contra primam ſententiam capitalem) *in d. l. domum., 5. in fin. C. de reiuendic.* (vbi *Imperator Gordianus* pro expenſis neceſſariis repetitionem malæ fidei poſſeſſori concedit; pro vtilibus autem licentiam melioramenta auferendi, ſi ſine prioris rei ſtatus læſione auferri queant) reſponderi poſſet † non ex eo retentionem pro vtilium expen- 45
ſarum, & melioratorum æſtimatione (ſi auelli abſque prioris ſtatus læſione nequeant) denegare videri, ex *text. in l. Sed ſi quid, 19. ff. de vſufruct. & quemadmodum quis vtat.* vbi cauetur, vſufructuarium quid in re vſufructuaria inædificantem, neque tollere, neque refigere poſſe; vendicare tamen poſſe, *vbi not. gloſſ. 1. vſufructuarium refigere*, id eſt, *extirpare non poſſe, ſed ad æſtimationem agere vel ſi diſſolutum ſit ædificium, vendicare.* In hocquè ſolùm caſu inter bonæ, & malæ fidei poſſeſſorem conſtitui differentiam poſſe videtur, ex æquitate *dict. leg. Planè, quadrageſima-prima ff. de petit. hæredit.* vt ſiue res exter, ſiue non, bonæ fidei poſſeſſor eas meliorationes deducat; prædo autem ita demum, ſi res melior ſit facta, vt expreſsè *ibi* Iureſconſultus Paulus *in verſic. Planè*, ſtatuit.

Dictamquè ſeruari ſententiam (deberi nempè expenſarum vtilium malæ quoque fidei poſſeſſori æſtimationem) dicit ex iuris Regij Luſitani diſpoſitione Aluar. Valſc. *d. conſult. 3. numero 18. & 19.* ex quo factum putat, quòd in praxi non ſeruetur abraſio melioramentorum vtilium inducta de iure communi per *d. l. domum*, nunquam ſic vidiſſe aſſerens id iudicatum, ſed ſimpliciter iuberi ſolui, ſiue poſſit abraſio fieri ſine læſione prioris ſtatus ſiue non. Idque non iuri ciuili diſſonum (ſic *dicta lege domum* intellecta) videtur, licet pro contraria parte communiter allegetur.

Et quod bonæ fidei poſſeſſori huiuſmodi vtiles impenſæ, ac melioramenta (ſicut in neceſſariis diximus (debeantur, etiam re meliorata perempta; † tenent Bart. *in d. l. In* 46
fundo numero 8. ff. de rei vendic. Andr. Tiraquel. *de retract. conuentionali, §. 7. gloſſ. 1. n. 10.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin. 58. num. 11.* latè Iacob. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. d. remedio 15. num. 520. & ſeq.* Hetcul. Mareſ. *d. lib. 2. cap. 110. n. 33.* videturque expreſſus *text. in d. l. Planè.*

Nec ſolùm vtiles impenſas ex voluntate domini

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

domini tacita, vel expreſſa à ſe factas emphyteuta conſequi debet; ſed etiam, quas tenitente, † & contradicente domino fecit, vt
47 (poſt Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 25. *num.* 9. & Ludouic. Molin. *de iuſt. & iure tractat.* 2. *dicta diſputat.* 463. *num.* 3. hanc ſententiam tenentes) latè ‖comprobat, & defendit Ouid. de Amic. *de iure emphyt. quæſt.* 74. *numero* 4. & *ſeqq.* nouiſſimeque multis (ſuo more) relatis Antonin. *de* Amat. *d. reſolut.* 14. *numero* 5. & *ſeq.* Quia cum iure contractus prædictæ ab emphyteuta meliorationes fiant, domini in contrarium proteſtatio, inhibitioque illarum repetionem impedire non valet. Ea enim tunc ſolum repetitionem inhibitio impedit; cum actus ſola prohibentis, proteſtantiſque voluntate fieret illicitus. Quam præfati Doctores rationem (præter alias) reddunt. Quæ, ad contrariaque reſponſio vaſſallo etiam, & vſufructuario conueniunt.

Ita demum tamen prædictas debent habere
48 expenſas, & melioramenta emphyteuta, vaſſallus, vſufructuarius, & ſimiles, ſi magnæ† ſint, non ſi paruæ, vt in emphyteuta tenent proximè relati: in vaſſallo, Carol. Ruyn. *conſil.* 14. *numero* 2. & 3. *lib.* 1. Aluar. Valaſc. *d. quæſt.* 25. *num.* 12. & *ſeq.* Arias Pinel. *in d. l.* 2. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 9. *C. de reſcind. vendit.* Anton. Gamma *deciſ.* 22. Cald. Pereyr. *de nominat. emphyteuſ. à num.* 39. P. Molina *vbi ſup. num.* 4. Roſental. *de feud. cap.* 10. *concluſ.* 43. *numero* 85. Vincent. Carot. *de locat. tit. de expenſ. num.* 45. Ioann. Gart. *de expenſ. cap.* 14. *num.* 12. Antonin. *de* Amat. *d. reſolut.* 14. *n.* 9.

Sic & in vſufructuario, † colono, & ſimi-
49 libus tenet, & proſequitur Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. dicto artic.* 50. *num.* 45. per *text. in l. Hactenus*, 8. *D. de vſufruct. & quemadmod. in l. In rebus*, 18. §. *Poſſunt*, *D. commod. vel è contr. l. Omnino*, 12. *D. de impenſ in reb. dotal. factis*, Pat. Molina *vbi ſuprà*, Herc. Mareſcot. *variar. d. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 16. Roland. *à* Valle *conſil.* 28. *num.* 26. *libro* 1. Iacob. Menoch. *dict. remed.* 15. *num.* 552. Petr. Barboſ. *in d. l. Diuortio*, §. *fin. part.* 1. *num.* 36.

Quæ autem modica, vel magna dicatur im-
50 penſa † (reprobata eorum opinione, qui magnas cenſeri volunt, quæ perpetuam rei vtilitatem reſpiciunt, licèt in ſe exiguæ ſint; modicas verò, quæ fructuum tantùm perceptionem, eo tempore quo ab emphyteuta, vſufructuario, marito, vel ſimilibus ſunt percipiendi, concernunt) arbitrio Iudicis eſſe relinquendum (cum pluribus, quos referunt) tenent Aluar. Valaſc. Cald. Pereyr. & Pat. Ludouic. Molina *locis iam relatis*, alter quoque Molina *de Hiſpanor. primogen. libro* 1. *cap.* 27. *num.* 6. Menoch. *de arbitrar. libro* 2. *caſu* 215. *ad finem*, Ioann. Gart. *de expenſ. cap.* 11. *num.* 16. Arias Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. *numero* 70. *colum.* 3. & 4. *C. de bonis matern.* Petrus Barboſ. *in dict. l. Diuortio*, §. *fin. numero* 39. & *ſequenti*, Ioſeph. Ludouic. *dict. deciſ. Peruſin.* 53. *numero* 7. 8. & 9.

Igitur ex tam longè petitis à ſolutione ex-
51 penſarum neceſſariarum, vel vtilium paupertatem non excuſare, † ſed omninò pauperem ad earum ſolutionem teneri; venit dicendum. Confirmaturque ex eo, quòd non ſolùm prædictæ generales regulæ in perſonis non priuilegiatis; ſed etiam in priuilegiatis, quibuſque pauperes æquiparantur, procedunt. Vt in minoribus† (quorum ſæpè cum pauperibus com- 52
parationem fecimus) probat *text. in l. Intra vtile*, 40. §. *fin. D. de minorib.* qui non aliter minorem in integrum reſtitui aduerſus fundi venditionem à curatoribus factam deſiderantem, ad eam admittit, quàm expenſis, melioramentiſque omnibus priùs emptori ſolutis, vbi notat, & intelligit *gloſſa verb. Expenſas*, tam de vtilibus, quàm neceſſariis, *text.* etiam in *l. Si prædium*, 16. *in fin.* (ibi: *Doli exceptionis auxilio cum vſuris, quas præſtatura eſſes, & ſumptus meliorati prædy ſeruare tantummodo poteſt*) *C. de præd. & aliis reb. minor.*

Adhuc tamen indubitata ſententia eſt, pauperem, qui commodè prædictas expenſas ſoluere non poteſt, ad earum nequaquam ſolutionem† adſtringi. *text.* eſt formalis, & expreſ- 53
ſus *in dict. l. In fundo*, 37. §. *Finge pauperem*, *ff. de reiuendic. & in l.* 41. *dict. tit.* 28. *part.* 3. Non enim tunc neceſſariò, vtilitervè geſtum dicitur, vt eſt *text. ibi*, notantque Bart. & alij ibid. *text. in Sed an vltro*, 11. (aliàs 10.) §. 1. *verſic. Quid enim* (cuius ſunt verba: *Quid enim ſi eam inſulam fulſit, quam dominus quaſi impar ſumptui dereliquerit, vel quam ſibi neceſſariam non putauit? Onerauit*, *inquit*, *dominum*, *ſecundum Labeonis ſententiam*) *ff. de negot. geſt. l. Ex duobus*, 28. *ff. eodem*, *l. Si ſeruos*, 25. *ff. de pignor. action. l. Vtilium*, 8. *ff. de impenſ. in rebus dotal. fact. l.* 2, & *ibi notat Bart. C. de præd. & omnibus rebus nauicularior libro* 11. *l. Impenſa.* 29. §. *Vtiles*, *ff. de verbor. ſignificat. l.* 3. §. *Sed ſi mutua*, *ff. de in rem verſo. l.* 3. *ff. de contrar. tutel. & vtili action.* Et tenent prædictam ſentectiam Bald. *conſilio* 116. *n.* 4. *libro* 1. & *conſ.* 172. *libro* 3. Andr. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 7. *gloſ.* 1. *n.* 5. Aym. Crauet. *conſil.* 3. *num* 19. Arias Pinell. *in d. l.* 2. *par.* 2. *cap.* 3. *n.* 5. *C. de reſcind. vend.* Iacob. Menoch. *de recup. poſſeſſ. d. remed.* 15. *nu.* 523. & 553. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect. num.* 71. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 50. *nu.* 13. vbi falli eos dicit, qui magna fabricando ſuper fundis ædificia, auertere dominos à vendicatione eorum ſub prætextu melioramentorum maioris quantitatis exiſtimant; nam ſi dominus eſt pauper poteſt fundum (non etiam reſtitutis melioramentis) vendicare; & ita in ciuitate Patauij fuiſſe iudicatum, Corn. Beninc. *de pauper. quæſt.* 4. *princip. n.* 19. Hercul. Mareſcot. *variar. reſolut. d. lib.* 2. *cap.* 109. *num. fin. & c.* 110. *n.* 29. Vincent. *de* Franch. *deciſ.* 110. *n.* 4. Caualc. *deciſ.* 44. *n.* 71. *p.* Hier. Mag. *deciſ. Florent.* 9. *num.* 6. allegans Cagnol. *in l.* 1. *n.* 73. *C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt*, quem in actu practico hæc obſeruanda clamare dicit, *idem* Magon *deciſ. Lucenſ.* 33. *nu.* 27. 28. & 29. Franciſc. Marçar. *de fideicommiſ. q.* 66. *in fi. num.* 20. P. Molina *dict. diſput.* 463. *numero* 3. *verſ. Subiungit præterea*, & *numero* 10. *verſ. Ad hac tamen regula*, Ouid. *de Amicis de iure emphyt. quæſt.* 74. *numero* 10. Stephan. Gratian. *deciſ.* 225. *in addit. numero* 10. & *ſeqq.* ſic deciſum aſſerens, Roſental. *de feud. cap.* 10. *concl.* 43. Ioan Aloy.

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Ricci. *decis. Curiæ Archiep. Neapol. 229. num. 5. lib. 3.* Vincent. Carot. *de locat. tit. de expensis, n. 42.* Cald. Pereyr. *de empt. & vendit. cap. 27. numer. 65.* Petr. Barbos. *in l. diuortio, §. fin. part. 1. num. 75. D. solut. matrim.* Antonin. *de* Amat. *resolut. 14. numer. octauo* Marc. Anton. Genuens. *in practic. Ecclesiast. Tricennario 1. quæst. 69.*

54 Idem in Ecclesia paupere dicens, talesque magnas expensas animo Ecclesiam fraudandi † facientem, censuras etiam, & pœnas à *Sacro Concilio Tridentino sessione 22. cap. 11. de reform.* contra conuertentes in proprios vsus res emphyteuticas, & alia Ecclesiæ directè, vel indirectè iura laras, incurrere insuper *numero 4. addens.* Namquè si id liceret, alienandi res Ecclesiæ, non cum vtilitate, sed cum damno notabili, contra prohibitionem Summorum Pontificum in *capit. Nulli, de reb. Eccles. non alien. & in cap. 1. eod. tit. in 6.* nouus induceretur modus.

Quo fit, vt licèt consanguineus retrahens consanguinei rem ab emptore, teneatur illi ne-

55 cessarias, † vtilesque impensas reficere, secundum Alberic. *dict. l. Intra vtile, §. 1. ff. de minor. & in prima parte statut. quæst. 96.*

Non tamen tenebitur, si vt consanguineum

56 à retractu auerteret, nimium magnas, † onerosasque faceret emptor expensas, vt obseruant Nicol. Boer. *decisione 47. num. 10.* Andr. Tiraquel. *de retract. conuention. dict §. gloss. 1. num. 5.* Non enim commodum ex malitia sua debet expendens reportare, iuxta vulgaria iura, sibique debet imputare, quòd iniustè expendetit.

57 Onerosæ autem, vel magnæ expensæ, † ac melioramenta, ad quæ pauperes non adstringuntur, dicuntur, si ad *solutionem, satisfactionemque* necessarium si rem ipsam melioratam vendere, nec aliunde habeat dominus vnde ei, qui melioramenta fecit, soluere valeat, *dict. leg. Vtilium, 8. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* ibi: *Iniquum enim esset compelli mulierem rem vendere, vt impensas in ea factas soluat, aliunde solnere non potest.* Vel si laribus auitis carendum domino ad satisfaciendum foret, id est, rebus illis, quas verosimile non est dominum alienaturum, *dict. l. In fundo, 36. vers. finge pauperem, & ibi gloss. verb. Carendum sit,* probantque alia proximè relata iura.

Et licèt Petr. Barbos. *in dict. leg. diuortio, §. fin. num. 66. vers. Quartò amplia, part. 1. D. solut. matrim.* præfatam resolutionem quoad expen-

58 sas vtiles † tantùm procedere contendat; proque earum solutione rem melioratam vendi non debere: secùs pro expensis necessariis; quam differentiam colligit ex mente *text. in d. l. Impensa, 79. D. de verbor. signific.* vbi Iureconsult. de necessariis, & vtilibus expensis mentionem faciens: *in vtilibus tantùm*, deducendas non esse, si ob earum solutionem dominus rem melioratam vendere cogatur, decidit: quia tunc, respectu domini vtiliter expensum non dicitur, vt iam notauimus: de necessariis autem non agendo (inquit ipse *Barbos.*) etiam in hoc casu esse deducendas, & ad rei melioratæ venditionem (si opus est) perueniendum significare videtur; allegat pro hac parte Bart. *in d. l. in fundo, num 6.* Boer. *d. decis. 44. nu. 7.* Cœpol. *in d. l. Impensa, num. 4.* Petr. Royz. *decis. Lituanic. 5. nu. 367.*

Contrariam tamen sententiam indistinctè, nominatimque tam in expensis vtilibus; quàm necessariis, vt ob earum *solutionem res* meliorata vendi non debeat, tenet Bald. *d. consil. 116. numero 4. lib. 1.* per tex. in *d. l. si seruos, 25. D. de pignor. act. & ibid.* notat *idem* Bald. Tiraquell. *de retract. conuent. d. §. 7. gloss. 1. numer. 54.* Menoch. *de remed. 15. num. 553.* & alij plures ex iam relatis. Cauendum tamen dicit à *Baldo Barbosa*, & alios in vtilibus tantùm loqui expensis, in eisque esse intelligendos asserit. Verè tamen ferè omnes, quos cum *Baldo* pro prima opinione adduximus, indistinctè in vtrisque in vtilibus, & necessariis loquuntur expensis.

Qua tamen in re distingui posse arbitror, Quòd aut de expensis necessariis strictè, & rigorosè loquimur; quæ si non fierent res periret, indemnisque seruari non posset; & tales expensas (*quatenus necessitatem non excedunt*) præstandas esse, etiam per rei venditionem existimo, cum vtiliter, & necessariò impensum dicatur, neque in aliquo dominum grauauerit, imò ei profecerit, qui eas fecit; nè cum alterius iactura dominus locupletetur, cui necessarium eas facere expensas foret.

Aut de necessariis expensis lato modo, quæ omninò necessariæ ad rei conseruationem non sunt, licèt eam meliorem vtiliorem que reddant, agimus; de quibus loquitur *tex. in d. l. si seruos, 25. ff. de pignorat. act. & ibi* notat Paul. Castr. *numer. 4. & 5.* & adducti per Barbos. *vbi supra num. 97.*

Huiusmodique inter expensas necessarias 59
stricto, vel lato modo † differentiam constituit *Nicol. Boer. d. decis. 44. num. 5. & 7.* vbi, quòd licet strictè, & propriè *expensæ* necessariæ dicantur, quæ in reficiendo, non quæ in faciendo consistunt: latè tamen, & minùs propriè, etiam quæ in faciendo consistunt, necessarias dici, firmat ex *Alberic. Iaf.* & aliis, & *Nos* etiam diximus *sup. In his itaque expensis*, quæ etiam necessariæ dicuntur, lato tamen modo, quæque ad meliorandum rem, non ad eius necessariam reparationem tendunt; prior procedit opinio, nec eas deducet, qui fecit, si dominus eas commodè soluere non possit, iuxta suprà tradita. Imò & in omnino necessariis, si in refectione plus necessariò fuerit expensum, vt pro excessu saltem non teneatur dominus, si commodè satisfacere expendenti non possit, ex dictis rationibus dicendum erit.

Hæc autem pauperibus solum, non etiam di- 60
uitibus † *concessa sunt. Quantumcumque enim* excessiuæ necessariæ, vtilesvè factæ sint impensæ, si absque rei venditione, vel nouo credito solui possint; pro eis competit expendenti retentio; vt apertè colligitur ex *dict. l. In fundo, 39. D. de rei vend. vers. finge pauperem,* à contrario sensu, & *ibid.* notat Bart. *n. 7.* ex *tex.* etiam in *d. l. 41. tit. 28. p. 3.* ibi: *Mas si por auentura el sennor de la haredad que la vencieſſe en juyzio, fueſſe tan pobre*; notat quoque Ant. Gomez *in l. 46. Tauri, n. 2. vers. Tertiò, si dominus erat dines*, sequitur, & defendit Petr. Barb. *in d. l. diuortio, §. fin. num. 74. & seq. par. 1.*

Vt tamen inquantum fieri potest, bonæ fidei possessori, vtilivè domino necessariò, aut vtiliter expedenti consulatur; & ne cum alterius iactura dominus (quantumuis pauper) locupletatur;

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tatur ; præſtare patientiam † debet, ac permittere, vt qui ita expendit, melioramenta tollat ſi abſque prioris rei ſtatus detrimento fieri poteſt. Licentia tamen & in prędicto caſu domino conceditur, ea ſibi retinere melioramenta ſi tantundem, quantum alius pro eis ſoluiſſet, ſi ab ædificio ſeparata eſſent, ipſe rependat; *text.* eſt in *d. l. In fundo* 39. *& in d. l.* 41. *part.* docuitque Bald. *in d. l. In fundo*, 3. *notab. & in c.* 2. *§. vaſſallus, tit. hic finit lex, & in auth. recipitur. n.* 2. *verſ. Ego conſulni, C. de bon. quæ liber.* Iaſ. *in l.* 2. *n.* 29. *C. de iure emphyt.* Andr. Tiraq. *d. retract. connen. d. §.* 7. *gloſſ.* 1. *n.* 6. Marc. Ant. Pereg. *de fidei comm. d. art.* 50. *num.* 78. *verſ. Secundus caſus eſt.* & hanc communi calculo receptam ſententiam dicit Herc. Mareſc. *variar. reſol. d. lib.* 2. *cap.* 114 *num.* 1. Vincent. *de* Franch. *de c.* 110. *nu.* 1. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 16. *verſ. Illud autem prætermittendũ non erit*; alter Molina *de iuſtit. & iure d. tract.* 2. *diſput.* 463. *num.* 10.

61 Nec tamen deſtruendum erit ædificium, † ex iuribus, & authoritatibus ſuprà, ex *text.* etiam in *l. Prætor*, 20. *§. Hoc interdictum prohibitorium eſt, D. de noui oper. nunciat. l.* 2. *C. de ædific. priuat.* Dyn. Bart. Bal. *&* Angel. *in l. Senatus, §. Marcellus, D. de leg.* 1. & alij proximè relati.

Idque domini efficit paupertas. Si enim pauper non eſſet, melioramenta prout valent,
63 ædificio iuncta, † ſoluere debebit dominus. Vbicumque enim melioramenta ſoluere tenetur, prout ædificio iuncta valet, ſoluere dominum debere; tradit Bald. *in d. cap.* 1. *§. Si vaſſallus, num.* 3. vbi ita conſuetudine ſeruatum teſtatur, *& in d. auth. Excipitur, numero* 2. *C. de bon. quæ liber.* Iul. Clar. *in §. Fendum. q.* 88. *num.* 2. Riminal. Iun. *conſ.* 411. *num.* 2. *lib.* 4. Ioan. Gart. *de expenſ. cap. vlt. num.* 5. Herc. Mareſc. *d. cap* 114. *n.* 2.

Suprà dicta autem principalis concluſio (quæ pauperem à melioramentorum ſolutione excuſat, ſi aliundè abſque rei melioratæ venditione ſoluere non poteſt) limitanda aliquibus eſt modis.

64 Primò quando dominus pauper eadem, † ſimiliavè eſſet facturus, *text.* eſt in *d. l. In fundo*, 39. ibi: *Finge dominum eadem facturũ fuiſſe, reddat impenſam, & fundum recipiat, vſque eo duntaxat, qui pretioſior factus eſt d. l. Sed an vltro*, 11. §. 1. *ff. de negot. geſt. text.* etiam (à contrario ſenſu) *in l.* 3. *Sed ſi mutua, ff. de in rem verſo.* ibi: *Nec debere ex eo onerari dominum, quod ipſe facturus non eſſet.* docent And. Tiraq. *d. §.* 7. *gloſ.* 1. *n.* 5. Arias Pinell. *in l.* 2. *par.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. *C. de reſcind. vend.* Hercul. Mareſc. *lib.* 2. *var. cap.* 110. *num.* 30. Molina *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 17. Vinc. *de* Franch. *dec.* 110. *numer.* Anton. Gom. *in d. l.* 46. *Taur. n.* 2. *verſ. Primò ſi dominus alias eſſet facturus.*

65 Secũdò limita, † quando dominus rem in qua melioramenta facta ſunt, vendidit, vel mox venditurus ſit, *d. l. In fundo*, ibi *Finge eam perſonam eſſe domini quæ receptum fundum mox venditura ſit, niſi reddit quantum prima parte reddi oportere diximus, eo deducto, condemnandus eſt* text. in *l. Niſi venalem*, 30. *ff. eod. tit. de reiuend.*

Quo in caſu etiam voluptariæ † debent re- 66
fici expenſæ, inquantum res ob eas pretioſior facta eſt pluriſquè vendita, *d. l. In fundo* (quæ in his loquitur terminis) tenentque Petr. Barboſ. *in d. l. Diuortio, §. fin. num.* 104. *part.* 1. Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. tom.* 3. *cap.* 437. *num.* 4 *& ſeqq.* idem in domibus ſolitis locari, ſi ob id maiori locentur pretio dicens ex *Alciat. & Rebuff.* locis per eum relatis, *num.* 8.

Tertiò † ſuprà dicta limitatur cõcluſio, quan- 67
do melioramenta de mandato, vel conſenſu domini facta ſunt, vel ea poſtmodum approbauit: tunc enim vt expenſæ, melioramentaquè ſoluantur, etiam ad rei venditionem (ſi neceſſe eſt) deueniri poteſt, *text. in dict. l. vtilium*, 8. *ff. de impenſ. in reb. dotalib. fact.* vbi ſic ait Iureconſult. Paulus: *Vtilium nomine ita faciendam deductionem quidam dicunt, ſi voluntate mulieris facta ſint. Iniquum enim eſſet compelli mulierem vendere, vt impenſas in ea factas ſolnat, ſi aliundè ſoluere non poteſt. Quod ſummam habet æquitatis rationem.* text. in *l.* 3. *§. Sed ſi mutua ff. de rem verſo*, ibi: *Quia nec procurator hæc imputaret, niſi forte mandatum domini, aut voluntatem habuit.* text. in *dict. l. Si ſeruos*, 25. (ibi, *vel voluntate debitoris*) *ff. de pignorat. act.* docent Petr. Rebuff. *in l. Impenſæ*, 79. *§. Voluptariæ in princ. verſ. Primò vitiatur regula, ff. de verb. ſignific.* Petr. Barboſ. *in d. l. diuortio, §. fin. num.* 88. *verſ. His ſic explicatis*, Stephan. Gratian. *dict. diſceptat.* 437. *num.* 1. 2. *&* 3.

Circa hæc autem dubitabilis proponitur, quæſtio. Pone, tempore, quo bonæ fidei poſſeſſor, vtilisvè dominus melioramenta, expenſaſquè neceſſarias, aut vtiles fecit; directum, verumque dominum diuitem eſſe, † eaſquè 68
tunc abſque rei meliotatæ venditione ſoluere potuiſſe; poſtea tamen cum rem vendicauit, ad eumque peruenit, pauperem exiſtere, ita vt abſque rei venditione, vel nouo contracto ad id debito, tales nequeat expenſas, & melioramenta ſoluere; vtrùm adhuc res debeat meliorata vendi, vt de melioramentis, & expenſis dominus ſatisfaciat? Et in affirmatiuam ducor, ex ſuprà dictis proximis rationibus, quia veroſimile eſſet dominum tunc eas expenſas facturum, aut ratum habiturum: ac præcipuè, quia à principio vtiliter geſtum eſſe dicitur; nec exitus attendi debet: elegans, & formalis in terminis *text. in dict. l. Sed an vltro*, 11. §. 1. *ff. de negot. geſt.* diximuſque ſuprà *numero* 13. Et ita (poſt hæc ſcripta) tenentem reperij Petrum Barboſ. *vbi ſuprà, numero* 74 quam reſolutionem apertè ſenſiſſe teſtatur *gloſſ.* 2. *& ibi* Bart. *in dict. l. vtilium, D. de impenſ. in rebus dot. fact.* Angel. *in §. Propter, numero* 2. *& ibi* Iaſ. *numero* 7. *inſtit. de action.* Alciat. *in Impenſæ, numero* 9. *D. de verbor ſignific.* Cottſ. *in l. Quod dicitur in principio, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* Antoni. Gommez *in l.* 50. *Taur. numero* 51. Licèt in contrarium adhuc vrgere videatur generalis *d. l. In fundo*, & ſimilium ratio, domini paupertatem reſtitutionis faciendæ tempore inſpicientium.

In huiuſmodi autem expenſarum, melioramentorumque taxatione, æſtimatione ſolutioneque facienda, quod attendi tempus, † 69
variant,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

variant, torquenturque Doctores. Quidam enim tempus, quo expensæ factæ sunt inspiciendum, nec rationem valoris rei tempore restitutionis habendam; sed tantùm illius summæ, quæ verè à principio impensa fuit volunt; in qua fuerunt sententia Rimin. Iuni. *cons.* 411. *numero* 51. *& seqq. & consil.* 455. *numero* 77. *lib.* 4. *Negus. de pignor* 4. *memb.* 5. *par. numero* 11. Hieronym. Gabr. *consil.* 168. *quæst.* 8. *numero* 111. *lib.* 1. Andr. Tiraq. *de retract. conuen.* §. 7. *gloss.* 1. *numero.* 8. Anton. Capit. *decis.* 93. *num.* 9. Petr. Anton. Petra *de fideicommiss. quæst.* 15. *num.* 271. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 58. *num.* 15. & crebriori calculo receptam dicunt Paul. Castr. Cagnol. & alij, quos adducit Hercul. Marelc. *variar. resolutio. lib. cap.* 114. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 25. *numer.* 28. *colum.* 2. *propè med.* Mouentur per *textum in d. l. In fundo*, in illis verbis, *Solum quod impensum est.*

70 Diuersum alij (tempus scilicèt restitutionis, † non quo melioramenta facta fuerunt, inspiciendum, ita vt siuè minus, siuè ampliùs melioramenta valeant, quàm sit expensum, restitutionis tempus ad earum expensarum, melioramentorumquè taxationem attendatur) maximæ authoritatis asseruêre Doctores, per *text. in d. l. domos*, 61. *in verb. Extantibus*, D. *de legat.* 1. per quem ita tenent Bart. *ibi numero* 1. Bald. *numero* 1. Angel. *numero* 2. Paul. *numero.* 7. Ias. *numero* 4. Alexand. Cuman. Ruyn. & Corne. de quibus per Marescot. *suprà*, *numer.* 4. Negusan. *d.* 4. *memb.* 5. *par. numero* 16. Roland. *à* Valle *d. consil.* 28. *numero* 14. *lib.* 1. *& consil.* 30. *numero* 6. *eod. lib.* Ludouic. Molina *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 26. *numero* 13. Anton. Gomez *in d. l.* 46. *Taur. numero* 3. vbi communem dicit Aluar. Valasc. *dict. quæst.* 45. *numero* 28. *col.* 2. *in fin. versic. Caterum* Ioann. Gart. de expen. *cap.* 24. *numero* 3. Petr. Barbos. *in d. l. Dinortio*, §. *fin. numero* 92. *part.* 1. plurimos referens Melchior Pelaez *de maiorat. quarta part. quæst.* 32. *numero* 20. *&* 21. Ioann. Cephal. *consil.* 311. *numero* 93. *lib.* 4. communem dicunt Iacob. Monoch. de *recuperan. possess. d. remed.* 15. *numero* 557. Andr. Gail. *practic. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 121. *numero* 12. veriorem dicit Antonin. Thesaur. *decis.* 251. *numero* 4. Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. d. art.* 50. *numero* 72. communem quoque testatur. Hieronym. Magon. *decis. Lucens.* 33. *in addit. ad numero* 24. *lit. D.* ita per *Roman. in vna Bonoui. bonorum de Pipinis, coram R. P. D.* Aldrobandino, decisum asserens; idem Magon. *decis. Floren.* 49. *numero* 27. Vincent. *de* Franc. *decis.* 109. *numero* 2. Franc. Marcar. *de fideicommiss. q.* 65. *num.* 18 *versic. Sed circa, in princip.*

In aliam alij iuere sententiam, tenentes, huiusmodi expensarum taxationem semper ad
71 vtilitatem domini, † qui melioramentorum expensas restituere debet, faciendam; veluti, si tempore quo factæ sunt, centum fuerint expensa; restitutionis verò tempore, quinquaginta tantùm valeant, solùm quinquaginta deberi: Quòd si quinquaginta fuerint expensa: centum tamen restitutionis tempore melioramenta valeant: quinquaginta tantùm præstanda, *ex text. & gloss.* in sæpè *d. l. In fundo*, *ff. reiuendic.* quæ id apertè monstrare, constituereque videtur, ibi: *Reddat impensas, vt fundum recipiat, vsque eo duntaxat, quo pretiosior factus est. Etsi plus pretio fundi accesserit: solum quod impensum est*, & ibid notat *gloss. verb. Plus pretio*, Philipp. Corn. *consil.* 69. *n. fin. lib.* 1. Anton. Capit. *dec.* 93. *n.* 9. Roland. *à* Valle *d. cons.* 28. *num.* 11. And. Tiraq. *de retract. conuent. d.* §. 7. *gloss.* 1. *n.* 8. *& seq. Negus. d.* 4. *memb. par.* 3. *num.* 11. Iacob. Menoch. *consil.* 64. *n.* 5. *& seq. lib.* 1. Franc. Bursat. *cons.* 71. *num.* 21. *& seq. lib.* 1. *& consil.* 151. *num.* 140. *lib.* 2. Card. Tusc. *pract. concl. lit. M. concl.* 176. *per tot.* Anchatr. Regien. *q. familia q.* 40. *num.* 6. Bargn. Caualc. *dec.* 28. *num.* 4. *lib.* 1. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 24. *num.* 25. *& dec.* 58. *num.* 15. Vincent. *de* Franch. *d. dec.* 109. *num.* 5. *in fin.* vbi ita iudicatum in *Rota Florentina* refert Ioan. Gart. *de expens. d. cap.* 24. *numero* 1. *&* 2. Anton. Gamma *dec.* 137. *num.* 2. Cardin. Seraph *dec.* 547. *num.* 6. *& decis.* 898. *n.* 1. *& dec.* 1051. Hieron. Magon. *dec. Floren.* 46. *nu.* 25. *& dec. Lucen.* 81. *num.* 26. *& ibid.* Addit. Hieron. Gabriel. *consil.* 168. *quæst.* 8. *n.* 111. *& seq.* Rota. Roman. *apud. Farin. dec.* 650. *num.* 2. *part.* 2. *tom.* 4. Vincen. Carot. *de locat. tit. de meliorat. quæst.* 2. *num.* 20. Francis. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 73. *num.* 3. *& seqq.* Cald. Pereyr. *de empt. & vendit. cap.* 27. *num.* 10. *&* 11. Antonin. *de* Amat. (post hæc scripta visus) *resolut.* 14. *num.* 62. qui licèt *d. legis in fundo* dispositione inspecta, faciliorem disputationem hanc videri dicat: vix tamen ea se multis numeris, seqq. explicat: prædictam quoque opinionem tenent Francisc. Marzar. *in epitome fideicommiss. d. quæst.* 65. Petr. Barbos. *in d. l. Dinortio*, §. *fin. n.* 91. Vbi in *vers. Ex qua ratione* infert quòd si tempore solutionis tantùm valet melioratio, quantum impensum est, † in- 72
tegrum meliorationis pretium soluetur, quantuncũque dominus rei minori se impensa meliorationem fecisse alleget, ex *l. Si quis alicui*, 27. §. *penult. in fin. ff. mandat.* Quinimò in dubio expensum, & † melioratũ æquiualere cre- 73
dendum est, secundum Aym. Crauet. *cons.* 408. *n.* 2. *&* Caualca. *decis.* 44. *n.* 64. *par.* 1.

Suprà dictam tamen sententiam in simpli- 74
ci bonæ fidei possessore † nullum in re ius habente, multi procedere intelligunt, vt quoad eum quod, minimũ est hac in specie, melioramentorum solutione, æstimationeque attendatur. Ita (per *d. lege In fundo*, *iuncta gloss. verb. Plus pretio*) tradiderunt Carol. Ruyn. *cons.* 14. *numero* 5. *&* 4. *& cons.* 38. *numero* 25. *lib.* 1 *& consil.* 117. *numero* 1. *lib.* 2. *& cons.* 165. *numero* 6. *lib.* 4. Francisc. Zoanet. *in l.* 2. *numero* 126. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Aluar. Valasc. *de iure empyt. dicta quæstio* 25. *numero* 28. *in princip.* Roland. *à* Valle *d. cons.* 28. *numero* 181. *lib.* 1. & (post alios quos refert, in hoc tantùm casu *d. legem* intelligendo) tradit Hercul. Marescot. *d. lib.* 2. *variar. resolut. capit.* 114. *numero* 8. vbi sic tenuisse Rotam Roman. *Diuersor. decis.* 186. *n.* 5. *par.* 2. tradit.

In eo verò qui dominium † aliquod (etsi reuocabile) habet procedere *dict. l. domos*, 58. (aliàs 61. *D. de legat.* 1. valoremquè melioramento.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ramentorum respectu temporis restitutionis faciendæ debere consequi, docent, profitenturque Iacob. Menoch. *d. remed.* 15. *numer.* 565. *& seq. & cons.* 1032. *num.* 21. *lib.* 11. *& de præsumptio. libro tertio præsumpt.* 32. *num.* 5. & alij de quibus per Maresc. *sup. num.* 10. Anto. Gomez *in l.* 46. *Taur. numer.* 3. Andr. Gail. *libro* 2. *obseruat.* 121. *numer.* 12. plenissimè (dictæ legis *Domos* verba perpendens) Antonin. Thesaurus *decis.* 252. *numero* 2. *& seqq.* Ioan. Garc. *de expens. cap. fin. numero* 3. Ioan. Cephal. *cons.* 311. *numer.* 93. *libro* 3. *capit. d. decis.* 93. *in fin.* Cæsar Barzi. *decis.* 23. *num.* 15. Macerat. *variar. resolut. libro* 1. *resolut.* 23. *numer.* 9. *& seq.* Ponte. *cons.* 52. *numer.* 33. *libro* 1. Ioan. Anton. Mangil. *de imputation. quæst.* 136. *num.* 24. *&* 40. Mari. Mut. *decis.* 51. *numer.* 10. Anton. *de* Amat. *d. resolut.* 14. *numer.* 63. probantque prædictam distinctionem, iuriumque compositionem Borgnin. Caualc. *d. decis.* 44. *numer.* 63. *p.* 1. Petr. Anton. Petra *de fideicommis. quæst.* 15. *num.* 261. *&* 263. Petr. Barbos. *vbi suprà, num.* 92. 93. *&* 94. vbi hanc receptiorem opinionem, & ab ea non esse recedendum, totiusque Hispaniæ admissam vsu, profitetur.

Licèt differentiam hanc inter simplicem bonæ fidei possessorem, & dominium aliquod habentem, contemnat, improbetque Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommis. d. art.* 50. *numer.* 74. & Cardin. Tusch. (relato Paul. Castrens. *cons.* 270. *Viso puncto, circa fin. libro* 2. & Marzar. *consil.* 11. *numero* 9.) *practica. conclus. d. liter. M, conclus.* 176. *numero* 2. in vtroque enim quod minimum est (iuxta suprà dicta *num.* 71.) attendendum, absque distinctione firmat.

Ex quibus quàm diuersæ in materia hac sint sententiæ, patet. Duos tamen ingenuè fateor casus, in quibus, melioramentorum factorum tempus, ad eorum æstimationem persoluendam debet attendi. Primus, quando minor, † 76
vel Ecclesia in integrum aduersus contractum restituitur, quia si in re huiusmodi expensæ, ac melioramenta ab emptore, vel eo cum quo Ecclesia, aut minor contraxit, facta sint (si plus saltem restitutionis tempore melioramenta valeant, quàm sit impensum) id solùm quod impensum est, minor, vel Ecclesia soluet. Ita docent Abb. *per text. ibi in cap.* 1. *numero* 4. *de in integ. restit.* August. Bero. *nu.* 38. *& seqq.* Andre. Alciat. *responso* 23. *in fin. libro* 3. Rota Roman. *diuersor. d. decis.* 186. *numero* 3. *par.* 2. Hercul. Maresc. *d. libro* 2. *cap.* 114. *numer.* 9. vbi satis esse firmat, quòd ille contra quem conceditur restitutio, non sit in damno, tametsi minor, vel Ecclesia fiat locupletior, argument. *leg. Nam hoc natura, D. de condict. indeb.* cum similibus.

Si verò melioramenta attrita, deteriorataque ita essent; vt minùs valeant, quam in eis sit impensum, secundum præsens tempus solutionem expensarum à minore, vel Ecclesia esse faciendam, tradunt Abb. *sup. d. num.* 4. *& ibid.* Bero. *num.* 4. *vers. præterea*, per *leg. Quod si minor*, 25. §. *restitutio, D. de minorib.* ne Ecclesia, vel minor, quibus per in integrum restitutionem ad vtilitatem, commodumquè suum succurritur, damnum patiantur, plus soluendo, quàm ad eos peruenit, cum potiùs damnum aduersarij, quàm Ecclesiæ vel minoris toleretur. Sequitur post alios Maresc. *d. cap.* 114. *n.* 7. plures referens Marius Giurba *in consuetud. Senat. Messanens. capit.* 15. *glos.* 12. *numero* 4. Et quoad pauperes etiam ab eorum cum minoribus, & Ecclesiæ æquiparationem potest fieri illatio.

Secundus casus, † in quo factarum expensa- 77
rum tempus ad earum solutionem faciendam attenditur, & in quo nec incrementum, aut decrementum inspicitur, est quando aliquis non pro se, neque ad sui vtilitatem, sed domini cuius res est, expendit; casus in *dict. l. Sed an vltro*, 11. *D. de negot. gest. & in l. Si necessarias*, 8. *D. de pignorat. act. & in l.* 3. §. *sufficit D. de contrar. & vtili act. tutel.* docent Barth. Socin. *consil.* 26. *num.* 9. *lib.* 1. Maresc. *vbi sup. num.* 9. Marius Giurba *d. glos.* 12. *numer.* 6. Peregrin. *de fideicommis. d. art.* 50. *numer.* 76. *vers. In necessariis autem.* Vbi id in necessariis tantùm, non etiam in vtilibus firmat.

VTRVM AB INGRATITVdine paupertas excusetur?

SVMMARIVM.

1 *Ingratitudinis vitium grauissimum, & plura aduersus illud.*
2 *Ob ingratitudinem quandoque peccatum mortale incurritur, si contemptus beneficij accepti contingat.*
3 *Ingratus amissione beneficij accepti punitur.*
4 *Semel concessa à domino libertas nullo regulariter queit reuocari modo.*
5 *Nisi libertus ingratus domino extiterit. Et quæ sit ingratitudinis sufficiens causa?* ibid.
6 *Vassallus, aut feudatarius etiam à principe, nec de plenitudine potestatis feudo concesso priuari possunt.*
7 *Dominus sine causa desuetiens vassallum, directo dominio, & superioritate priuatur.*
8 *Vassallus ingratus domino existens, feudo priuari potest. Et quæ sufficiens ingratitudinis causa in præsenti sit?* ibid.
9 *Donatio semel facta reuocari non potest: propter ingratitudinem tamen reuocatur,* & nu. 10.
Et quæ sit sufficiens ingratitudinis causa? ibid. & num. 12.
11 *Beneficiatus si illius, qui contulit gratiam, efficiatur hostis, beneficio priuatur.*
13 *Filius qui patri indigenti alimenta negauit, exhæredari ob id poterit.*
14 *Libertus pauper non tenetur alere patronum, priúsque sibi, suisque necessaria detrahit.*
15 *Et idem in seruo quoad dominium, de iure Canonico saltem, & in terris Ecclesiæ.*
16 *Et in filio quoad patrem, & in patre quoad filios.*
17 *Et in vassallo, vel subdito quoad dominum.*
18 *Et in donatario quoad donantem.*
19 *Et in Ecclesia, quæ licèt patronum pauperem alere teneatur: excusatur si præter alimenta necessaria Curati, & familiæ, vel præter necessarios ad ipsius Ecclesiæ reparationem, vel ornatum sumptus, nil ei supersit.*

20 *Pauper alium pauperem alere non tenetur.*

Charitas benè ordinata incipit à se ipso, ibid.

21 *Victum suum arctare quisquam non debet, vt alium alat.*

22 *Nec capitale vendere, si redditus ad sui suorumque sustentationem, necnon alimentandi sufficiant.*

23 *Paupertas ab ingratitudine excusat, nec pauper ingratus dici potest, cum ob paupertatem gratum se ostendere nequeat.*

Limita & intellige, vt n. seq.

QVÆSTIO XLII.

1 INgratitudinis vitium adeò graue est, † vt alia facilè vincat, ac superet: de quo D. Bernardus *super Cantic.* inquit. *Ingratitudo est hostis gratiæ, inimica salutis, quoniam nihil ita displicet Deo, quemadmodum ingratitudo* & Seneca de beneficiis, lib. 4. *Prosè fugienda est res ingratum esse, quoniam nihil aque concordiam humani generis dissociat, ac distrahit, quàm hoc vitium.* Et eodemmet *Seneca* teste, in prouerbiis ipsius. *Ingratus vnus miseris omnib. nocet.* Fontemque misericordiæ ingratitudinem exhaurire, asserit Ioan. Aloys. Ricci. *in collectan. decis. decis.* 197. probatissimum dicens illud.

Nil magis auertit cœlum à telluris amore
Quàm scelus ingrata mentis, quæ corde maligno.
Muneris authorem nullo dignatur honore.

Quis denique non ingratum detestetur hominem, sibi ipsi inutilem? (vt cum Senec. *d. de benefic. lib. 4. c. 16.* loquar.) Qui & ingratis ipsis displicent, & de eis ingrati quoque ipsi queruntur. *Non referre beneficiis gratiam* (inquit Senec. cod. de benef. lib. 3. cap. 1.) *& est turpe, & apud omnes habetur, Ebuci Liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati queruntur.*

2 Peccatumque mortale † quandoque ob ingratitudinem incurri, si contemptus beneficij accepti contingat, docent D. Thom & Caietan. 2. 2. *quæst.* 107. *art.* 3. Didac. Couar *in cap. Cum in officiis, num.* 31. *de testam.* vbi de pluribus tradit nationibus, apud quas contra ingratos actio prodita erat: de quo & Senec *de benef. lib.* 3. *capit.* 6. sic: *Hoc tam inuisum vitium, an impunitum esse debeat, quæritur? & an hæc lex, quæ in scholis exercetur, etiam in ciuitate ponenda sit, qua ingrati datur actio? quæ videtur æqua omnibus. &c.* Plura etiam ad materiam Cardin. Dominic. Tusch. *practic. conclus. lit. I, conclus.* 131. & 132.

Et ne latiùs in his diuagemur, inter alias, quæ à iure contra ingratitudinis vitium constituta sunt, ea maximè viget pœna, vt ingratus
3 beneficij accepti amissione puniatur. † Vndè licèt semel à domino concessa libertas nullo
4 regulariter queat reuocari modo † *l. Si ab eo,* 7. *C. de liberal. caus. l. Sicut semel,* 20. *C. eod.*

5 Si tamen libertus ingratus † domino extiterit: poterit vtique dominus eum in seruitutem reuocare, *text.* est in *l.* 1. *C. de reuoc. donat. l. Alimenta,* 6. *D. de liber. agnosc. l.* 2. *C. de liber. & eor. liber. auth. Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo,* §. *Illud verò, collat.* 6. *l.* 2. §. *Sed quemadmodum, C. de bonis quæ liber. text. in l. Diuus Claudius,* 5. *& in l. Diuus Vespasianus,* 7. §. *fin. D. de iure patron. glos.* 1. *in l. Ingratus,* 20. *D. eod.* vbi *text.* ingratum dicit libertum, qui patrono obsequium non præstat, vel res eius, filiorumvè tutelam administrare recusat. ingratumque esse libertum, qui patrono in captiuitate, fame, vel paupertate existenti (si commodè poterat) non sit opitulatus; tradit (ex Ordinam. Lusitan.) P. Ferdin. Rebello *de obligat. iustit.* 2. *par. lib.* 10. *de donatione, & promissione, quæst.* 9. *numero* 4. Posseque in seruitutem reuocari, si egentem patronum non alat, iustamque ingratitudinis causam esse, est *text. in d. l. Alimenta,* 6. *D. de liber. agnos.*

Sic licèt nec vassallus, † aut feudatarius se- 6
mel concesso feudo, aliquo modo (nec per Principem (priuari possint, *cap.* 1. *de natur. feud.* notant *DD. in l. Digna vox, C. de legib. & in cap. Nouit. de iudic.* Bald. *in d. capit.* 1. *de nat. feud. & consil.* 326. *num.* 4. *vers. Pone quod ego, lib.* 1. *& cons.* 327. *num.* 8. *vers. videtur igitur, eod. lib.* Alexand. *cons.* 124. *in princi. lib.* 1. *& cons.* 203. *numer.* 9. *lib.* 6. Paul. Castrens. *cons.* 311. *num.* 2. *vers. Restat autem, lib.* 1. *& cons.* 142. *numero* 3. *lib.* 2. latissimè Cardinal. Tusch. *practic. conclus. lit. F, conclus.* 110. plurimas huic sententiæ ampliationes assignans, *per tot. & lit. V, conclus.* 50. *per tot.* Marc. Anto. Natta *cons.* 122. *numero* 4. *& seq.* Ioan. Cephal. *cons.* 12. *numero* 6. *& cons.* 302. *numero* 129. *& seq. lib.* 3. vbi quòd nec de plenitudine potestatis id Principi licet. Dominusque sine causa desuescens † vassallum, directo 7
dominio, & superioritate priuetur, secundum Angel. *cons.* 371. *num.* 2. *versiculo, Non autem licuisset.*

Si tamen ingratus † domino vassallus exi- 8
stat, feudo priuari poterit, vt colligere licet ex *text. in capit.* 1. *quib. mod. feud. ammitt. in vsib. feud.* traduntque Bart. *in d. l. Alimenta,* §. *Imperatores, num.* 2. *ff. de liber. agnoscend.* Ludouic. Roman. *in l. Si quis non quasi, numero* 1. *ff. de acquir. hæredit.* Syluest. Aldroband. *in* §. *Sciendum, in verb. Ex causis, instit. de donat.* latè Cardin. Tusch. *d. liter. F, conclus.* 115. *per tot & cons.* 116. Sufficientemque causam priuationis esse, si cum possit alimenta domino deneget, latè defendit Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 55. *numero* 16. *& seqq.* & suprà dictam sententiam fitmant hodiè iura Regia *in l.* 8. *&* 9. *tit.* 26. *par.* 4.

Ita etiam licèt donatio semel facta reuocari non possit, † *l. Cum profitearis,* 4. *C. de reuoc.* 9
donat. Nec virtute Imperialis rescripti, *l. Si donationem,* 5. *& l. Possessionem,* 3. *& l. Velles,* 6. *C. eod. tit.*

Propter ingratitudinem † tamen reuocatur, 10
text. in d. §. *Sciendum, infilit. de donat. auth. Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo,* §. *Illud verò; collat.* 6. *capit. fin.* extra *de donat. text.* de iure Reg. in *l.* 10. *titul.* 4. *par.* 5. latè (vt alios omittam) Cardinal. Tusch. *lit. D, conclus.* 711. *per tot. & litera I, conclus.* 132. Vbi, quòd si beneficiatus † 11
efficiatur hostis illius, qui contulit gratiam, & sic ingratus existat, huiusmodi ingrati-

tudo

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tudo amissionem, reuocationemque beneficij operabitur, tradente plenè Ludou. Roman. *cons.* 459. *per tot. & ibid. eius Addit. numer.* 1. *litera Addit. numer.* 1. *litera A, verb. Concludo quòd sit.*

12 Et in præsenti sufficientem ingratitudinis causam † esse, donationisque reuocationis, si donatarius alimenta donatori deneget, tenuit *glos. in leg. fin. verb. Voluerit, C. de reuoc. donat.* quam sequuti sunt Ripa *in l. si vnquam, numer.* 72. *C. eod. tit.* Ioan. *de* Platea *in rubric. C. de decurion. in fin. libro* 10. Hieronym. Cagnol. *in l. in condemnatione, numer.* 2. *D. de regul. iur.* Ioan. Lup. *in rubric. de donat. inter vir. & vxor* §. 70. *num.* 25. Anton. Gomez *de contract. cap.* 4. *numer.* 14. *in fin.* Iul. Clar. Anton. Cordub. Crauet. Roland. & alij, quos refert, & sequitur (hanc latè comprobans assertionem) Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst* 48. *à numero* 2. *& seqq.* Cardin. Dominic. Tusch. *lit. D. conclus.* 711. *nu.* 8. Quod saltem in donatore omnium bonorum, vel maioris partis, per quam donans pauper efficeretur, asserit Surd. *suprà numero* 7.

Sic filium qui patri indigenti alimenta ne-
13 gauit, exhæredari † ob id à patre posset, ingratitudinisque sufficientem causam esse (ex *auth. Vt cum de appellatione cognoscit*, §. *Causas*, & quod ibi determinant Doctores, vt non solùm ex ibi causis relatis, sed etiam similibus, exhæredari possit filius) pluribus aliis mediis, & argumentis firmat Philippus Paschal. *de virib. patriæ potestatis, part.* 2 *capit.* 5. *numero* 13. *& seqq.*

Licet autem in superioribus assignatis casibus ingratitudo priuationis beneficij accepti, eiusquè reuocationis sit causa, in eisdem tamen ab ingratitudine excusat paupertas, ab eaque
14 liberat. Pauper enim libertus † patronum alere non tenetur, *text.* est in *l. si quis à liberis*, §. *penult. D. de liber. agnosc.* Priùs namque quod sibi necessarium pro alimentis est, deducit libertus, nec ingratitudinis incurrit vitium, si cum ad se suosque alendos tantùm bona habeat; patrono de necessariis non prouideat, ab eaque tunc obligatione liberatus existit, *text. in d. leg. si quis à liberis*, 5. §. *penult. glos. in cap. Quicumque*, 16. *quæst.* 7. Panormit. *in cap. Nobis, numero* 9. *de iure patron.* Salycet. *in l. Dolo, numero* 2. *C. de liber. caus.* Paul. Citand. *in tr. de iure patron. art.* 4. *num.* 158. Marc. Ant. Natta *cons.* 380. *numer.* 6. latè firmat Pet. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 28. *numero* 4. *& seqq.* Idem comprobans
15 in seruo † quoad dominum (de iure saltem Canonico, & in terris Ecclesiæ) *eod. tit. quæst.* 29.
16 *per tot.* Et in filio † quod patrem, quem alere non tenetur filius pauper *ibid. num.* 10. *& seq.* Idemque in patre quoad filios, *text. in l. penult. in fin. D. de alendis liberis*; latè prosequitur comprobat, & exornat *ipsemet* Surd. *d. tit.* 7. *quæst.* 8. *per tot.* Hieronym. Buccaroni. *de differ. inter iudic. ciuil & crimin. differ.* 100 *numer.* 11. Et in vassallo, † vel subdito, quoad do-
17 minum, *idem* Surd. *quæst.* 30. *à numero secundo*
18 *cum seqq. & quæst.* 31. *per tot.* Et in donatario † (non reuocandam illi factam donationem eo quod donatori egenti non subueniat, cum ob suimet paupertatem non possit) docet *idem ipse* (vt alios omittam) *titul.* 1. *quæst.* 48. *num.* 34.
19 *cum trib. seqq.* Et in Ecclesia, † quæ (licèt patronum pauperem alere teneatur (vt diximus *quæst.* 4. *n.* 30.) *Si tamen* præter alimenta rectoris, & familiæ necessaria, vel præter necessarios ad ipsius Ecclesiæ reparationem, vel ornatum sumptus, nihil supereſt, excusari, docet *Petrus idem* Surd. *d. tit.* 7. *quæst.* 32. *per tot.* id latissimè comprobans, & post eum plurimos referens Stephan. Gratia. *disceptation. forens. tom.* 3. *cap.* 552. *numer.* 11. *&* 14.

Quorum euidens ratio est; quia pauper alium pauperem † alere non tenetur, ab obli- 20
gationeque alendi (aliàs subsistente) paupertas eximit, *text. in l. penult. in fin. & in l. si quis à liberis*, 5. §. *fin.* & ibi not. *glos. in* §. *si mater, verb. Necessariò, D. de liber. agnosc.* Charitas namque benè ordinata à se ipso incipit, vt in omnium ore versatur, & probat *l. Præses, C. de seruit. & aqua*, latè prosequitur Petr. Surd. locis proximè relatis, alioque referens Prosper. Farinac. *decis. nouissim. Rotæ Roman. tom.* 2. *decis.* 470. *num. fin.* firmat Senec. *de benefic. libro* 2. *Dabo egenti* (inquit) *sed vt ipse non egeam succurram perituro; sed vt ipse non peream.*

Nec victum suum arctare † quisquam vt 21
alium alat debet. Bald. *in leg.* 1. §. *Officio, in fin. D. de tutel. & ratio. distrah.* Anto. Cordub *in d. l. si quis à liberis* §. *si quis ex his, numero* 87. *& in paragrapho sed si filius, numer.* 134. Marc. Anton. Natta *cons.* 387. *numer.* 8. Petr. Surd. *de aliment. d. tit.* 7. *quæst.* 8. *numero* 9. *quæst.* 29. *in princip. ante numero primo & quæst.* 14. *numero* 9. *eod. tit.* Stephan. Gratian. *d. disput.* 352. *numero* 2.

Nec capitale vendere, † si eius redditus ad 22
sui, suorumque sustentationem, nec non alimentandi sufficiant, tradidimus ex pluribus *quæst.* 4. §. 4. *num.* 169.

Sat igitur ex his, ab ingratitudine paupertatem excusare † constat. Neque enim ingratum 23
dicet quisquam eum, qui ob impotentiam, vel paupertatem gratum se ostendere nequit, ex *in l. Eius est nolle*, 3. *D. de reg. iur. & in l. Nolle adire*, 4. *D. de acquir. hæredit.* & aliis à *nobis* adductis *quæst.* 17. *numer.* 31. *& seqq.* firmaturque ex Ouidio *lib.* 4. *de Ponto Eleg.* 8.

Sed qui quàm potuit dat maxima, gratus abundè est,
Et finem pietas contingit illa suum.

Et amorum lib. 1. Eleg. 10.

Nec tamen indignum est à diuite munera posci:
Munera poscenti, quæ dare possit, habet.
Carpite de plenis pendentes vitibus vuas.
Prabeat Alcinoi poma benignus ager.
Officium pauper numeret, studiumque, fidemque.

Et Senec. *libro* 4. *de benefic. Pauperi viro bono dabo* (inquit) *Sat enim in summa inopia gratus, & cum omnia illi dederunt; supererit animus.* & iterum ibi. *Dicitur gratus, qui bono animo accepit beneficium, atque hic etiam si vltra facere nil potest; gratus est.* & ibi *Gratus est etiam, qui vult tantùm, nec habet huius voluntatis suæ vllum alium, quàm se testem.* dixeratquè, & lib. 2. cap. 31. *Vt gratus sim, ad fortunam mittor. Si illa inuita respondere non possum: sufficit animus animo.*

Benè tamen hæc monstrant, & animo gratum † esse pauperem debere. Non enim sicut 24
à mutuo officio, realique (vt sic dicam) præstatione pauperem immunem paupertas redditita

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& gratuito, sumptuquè carente. In hoc namque pauper ingrati, vitium, sicut in alio diues conthahit Præbet in id (præter iam relata) irrefragabile testimonium (sæpè nominatus, numquam omittendus, & cum auiditate, admirationeque semper legendus) Senec. *de benefic. lib. 2. c. 30. Non est (inquit) quòd quisquam excusationem mentis ingratæ ab infirmitate, atque inopia petat, & dicat; Quid enim faciam, & quomodò? quando superioribus, dominisque rerum omnium gratiam referam? Referre facile est, si auarus es, sine impendio; si iners, sine opera. Eodem quidem momento, quo obligatus es. Si vis, cum quolibet paria feciſti: quoniam qui libenter beneficium accipit, reddit*; idque ipsum cap. seq. prosequitur, & *lib. 3. c. 2.* Cui initium his verbis (nostram assertionem probantibus) fecit *Denique ad reddendam gratiam, & virtute opus est, & tempore, & facultate, & aspirante fortuna. Qui meminit, sine impendio gratus est. Hoc quod non operam oxigit, non opes, non fœlicitatem, qui non præstat: nullum habet, quo lateat, patrocinium.* Conducuntque adducta à *Nobis suprà quæst. 33. num. 2.*

VTRVM CREDITOR pauper possit ante diem debitorem suum conuenire?

SVMMARIVM.

1 *Debitor in diem, cogi non potest, vt ante diem soluat. Limitatur*, numero. 8. & seqq.

2 *Creditor ante diem debitorem conueniens, olim causam amittebat.*

3 *Idemque & in Fisco ante diem exigente. Limitatur* numero. 12. *ob Fisci paupertatem.*

4 *Hodiè duplicantur inducia.*

5 *Et non solùm (secundum magis communem opinionem) duplicantur inducia temporis quod supereſt: sed totius quo gaudere debitor ante exactionem debebat.*

6 *Nec etiam ante diei, vel conditionis euentum, cautio à debitore de soluendo post temporis, vel conditionis implementum (nisi nouus superuenerit casus) exigenda est.*

7 *Etsi cautio ante tempus exigatur, inducia etiam (secundum vnam opinionem) duplicantur.*

9 *Mariti hæredibus ad restitutionem dotis rerum mobilium, se mouentium, aut incorporalium annus datur.*

10 *Mulier egestate laborans poterit mariti hæredes intra annum conuenire, vt eam alant, vel vt totam hæreditatem, aut partem saltem sufficientem ad mulieris paupertatem leuandam restituant, &* num. 11.

13 *Respublica potest conductores gabellarum ob eius paupertatem, vt ante diem soluant, compellere.*

14 *Hæres pendente confectione inuentarij, non potest personalibus, aut hæreditariis actionibus conueniri: à paupere tamen potest,* num. 15. remissiuè.

QVÆSTIO XLIII.

DEbitor in diem, non solùm cogi non potest à creditore, vt ante eum † soluat, *l. Si mandauero, la 1. 22. in ordine, D. mandat. l.* 1
Eum qui Kalendis, 41. D. de verbor. obligat. l. Cedere diem, 213. D. de verbor. signific.

Sed si ante diem debitorem creditor conuenerit, olim quidem † causam, omninòque ius amittebat, *text. in §. Temporales* (aliàs *§. Appellantur, vers. temporales*) *instit. de except. §. Si quis agens, instit. de actionib. & ibi glos. verb. Plus, text. in l. Non solùm, la 1. 8. in ordine, §. fin. verb. Actionem, & in l. Non solùm, la 2. 9. in ordin. §. Tale, verb. Commissum, D. de liber. legat.* Ias. *in d. §. Si quis agens, num. 10.* & latè hac de re Farinac. *in fragm. crimin. lit. C, à num. 744.* 2

Idque in Fisco † locum habere; est *ext. in l. Iustas, 6. C. de iure Fisci, lib. 10.* 3

Hodiè verò † inducia) quas vel creditor ipse sponte indulserat; quasvè actionis natura continet) duplicantur, *text. in §. Plus autem, instit. de action. §. Hodi autem, instit. de except.* 4

Et secundum magis communem Doctorum sententiam, non solùm inducia temporis, quod supereſt; † sed totius, quo gaudere debitor ante exactionem deberet, duplicantur, vt (post Aretin. *in d. §. Si quis agens, num. 7. instit. de action.* & Ias. ibi relatos) tradit Prosper Farina. *d. lit. C. num. 748.* 5

Nec solùm debitum ante diem exigi à creditore nequit, † cautiovè de soluendo post temporis, vel conditionis implementum (nisi nouus superueniat casus (postulari, *ex text. in l. In omnibus, 41. ff. de iudic. & ex l. Inter omnes, 12. in fin. ff. qui satisd. cog.* Aretin. *in l. 2. numero 6. ff. solut. matrim.* Antoni. Gomez 2. *tomo, variar. cap. 3. num. 6. vers. Confirmatur,* Petr. Barb. *in d. l. In omnibus, numero 2.* Qua tamen de re latè per *eundem ibi à num. 11. cum seqq.* vide. 6

Imò (secundum vnam opinionem, quam ipse refert *ibi Barbos. num. 7.*) si creditor in prædicta specie cautionem, † ad quam debitor non tenetur, petat; tanquam contra plus tempore petentem duplicabuntur inducia, ex iuribus proximè relatis. 7

Fauore tamen paupertatis, † licet quandoque creditor ante diem debitum petere. Quamuis enim mariti hæredibus ad dotis restitutionem in rebus mobilibus, vel se mouentibus, aut in corporalibus, annus detur; † neque anteà super huiusmodi rebus dotalibus à superstite vxore, vel eius hæredibus cõueniri queant: *text. in l. vnic. §. Exactio autem, C. de rei vxor. act.* Si tamen mulier egestate † laboret, etiam intra annum mariti hæredes poterit conuenire, vt vel eam alant, (*glos. in dict. l. vni. §. Exactio, verb. Resituendis, glos. fin. in l. penult. D. vt in posses. legat. glos. 1. in l. Diuortio, in princip. ff. solut. matrim.* quam sequuntur ibi *Bart. num. 1.* Alberic. *num. 6.* Roman. *numero 13.* Castrens. *numero 5.* vbi glossæ opinionem communem testatur, *Cuman. numero 1.* Alex. *numero 16.* Socin. *numero 17.* vbi etiam de communi, & magis communem dicit Ias. *ibi.* 8 9 10

num.

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

num. 18. Salycet. *in d.l.vnic.§.ſin autem,numer.* 6. *C. de rei vxor.act.* Petr. Surd. *de aliment.tit.*1. *queſt.* 44. *nu.*11. *& ſeqq.* vbi latiſſimè rationes reddit, ad contrariaque reſponder.)

11 Vel integram dotem, † aui partem ſaltem ad vxoris paupertatem leuandam ſufficientem reſtituant. Hanc tenuerunt ſententiam Iaſ. *in d. l. Diuortio, in princ.numer.*18. *D.ſolut.matrim. fulgoſ. in leg.*2. *C.de bon.matern.* Anto. Cordub. *in l.ſi quis à liberis,§.ſi quis ex his,num.*123. *D. de liber.agnoſ.* Petr. Surd. *vbi ſup. numer.*1. Antonin. *de* Amat. *reſolut.*49. *numer.*46. vbi ſolùm Marium Mut. *in conſuetud.* Panorm. *conſuet.*47. *nnm.* 47. in id allegat, ad eumque qualiter intelligatur, ſe remittit.

Item licèt fiſcus ante diem petens cauſam
12 (vt diximus) perdat : ſi tamen paupertate , † neceſſitateque ſit adſtrictus , ante diem poterit debitorem ſuum conuenire , ex *text.in l.*1. *Cod. de condict. ex lege, vbi* notant Bart. *&* Bald. Iaſ. *in l. Diem, numer.*4. *D.de condict.indebit.* Hippolyt. *de* Marſil. *ſingul.* 355. *incip. debitor in diem, num.*1. Petr. Surd. *ſup. numer.*25. Marc. Anton. Peregrin. *de iure fiſci , libro ſexto titul.* 7. *num.*21.

13 Et idem in Republica, † quam per *text.illum* dicit ibi *Bald.* poſſe conductores gabellarum propter eius neceſſitatem , vt ante diem ſoluant, compellere, quod quotidiè fieri, ac practicari proximè citati teſtantur.

Item quamuis pendente confectione inuen-
14 tarij non poſſit hæres † perſonalibus hæreditariis actionibus conueniri, *text.in l.fin.§. Donec,*
15 *C. de iure deliber.* à paupere † tamen etiam intra tempora conficiendi inuentarij poſſe; firmabimus latè *par.*2. vbi de hac materia latiùs.

VTRVM DEBITOR EX PROpria confeſſione , ſententia , quæ in rem iudicatam tranſiuit, inſtrumento guarentigio, ſimilivè cauſa, ad ſolutionem ſtatim poſt condemnationem, vel terminum , ſit compellendus , ſi pauper ſit ? vel poſſit , debeatquè illi (ſi petatur) concedi dilatio ? Et quæ?

SVMMARIVM.

1 *Contra debitorem ex propria confeſſione in iure facta iureiurando , ſententia , quæ in rem iudicatam tranſiuit , vel inſtrumento guarentigio, executio competit,* & num. 3.

2 *De iure ciuili inſtrumenta quantumuis publica , executionem paratam non habebant.*

4 *De iure duodecim tabularum triginta dies debitoribus ad ſoluendum dabantur , poſt quem terminum facultas creditoribus debitores ſuos propria authoritate diſtrahendi, erat.*

5 *De iure ciũili antiquo, iſte terminus condemnatis ad duos menſes in actione perſonali fuit prorogatus.*

6 *Qui poſtmodum de iure Codicis ad quatuor menſes fuit extenſus.*

7 *Et idem de iure Canonico.*

8 *Idemque ſpatium confeſſo in cauſa ciuili (cum pro indicato habeatur) concoditur.*

Et quid hodie ? Et an in ſponte confeſſis , vel in aliis procedat? ibid.

9 *Idem etiam tempus condemnato per ſententiam arbitri conceditur.*

10 *Et condemnato ex iuramento deſciſſorio.*

11 *Et fideiuſſori condemnati.*

12 *Et an huiuſmodi dilatio debitori ex publico, guarentigioquè inſtrumento ſit concedenda?*

13 *Tempus quatuor menſium condemnatis ad ſoluendum conceſſum , paupertatis fauore inductum fuit, dinitibuſque denegatur, ſaltem quando debitum eſt leue, commodèque, & facilè poſſet debitor illud ſoluere ,* & numer. 14.

15 *Hodiè ex iure noſtro Regio quantum tempus condemnatis ad ſoluendum detur?*

16 *Poſt incœptam executionem, intra quod tempus hodiè ſit facienda ſolutio , vt debitor à decima ſolutione excuſetur?*

17 *Condemnatus in actione reali, etiam de iure communi ſtatim (iudicis tamen arbitrio) reſtituere tenebatur.*

18 *Et idem in actione perſonali ad certam rem tradendam.*

Dolo verſari videtur , qui ſoluere, vel reſtituere tenetur, nec cum poteſt reſtituit, dilationibuſquè etiam legalibus vtitur. ibid.

Æquiſſima vox eſt hac, Redde quod debes, ibid.

19 *Ægyptij ad as contrahendum faciles erant. Et qua lege mutuam pecuniam accipere deberent? Quaquè punirentur pœna ſi debitum non ſoluerent?*

20 *Lex duodecim tabularum debitores non ſoluentes creditoribus ſuis dilaniandos tradi permiſit.*

21 *Lege Petilia cautum fuit , ne quis ob pecuniam in vinculis detineretur, ſed eius bona eſſent creditoribus obnoxia , cuius poſtmodum conſtitutio à iure Pontificio , Cæſareoque approbata fuit.*

22 *Lege diuina debitores, eorumque filij creditoribus addicebantur, & ad ſeptimum vſque annum eis pro debito ſeruiebant.*

23 *De iure noſtro Regio etiam debitores creditoribus ſuis ſoluere non valentes addicuntur.*

24 *Et an id (etiam pradicta Regia conſtitutione ſtante) ſi à principio, debitique contracti tempore in eadem egeſtate debitor erat, locum habeat?* remiſſiuè.

25 *Princeps frequenter moratorias literas indulgere aſſolet , apud omneſque ferè nationes conceduntur. Et an etiam decoctis mercatoribus?* & nu. 26.

Ampliatur num. 38. 39. 40. 41. 43. 44. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 55. 59. & ſeqq. *vſque ad* num. 69. incluſiuè, & n. 76. & ſeqq. vſque ad 83. excluſiuè.

Limitatur etiam & intelligitur, vt n. 70. 72. 73. 74. 75. 83. 94. 95. 96. 98. 101. 103. 104. *&* 105.

27 *Minus ſoluere dicitur , qui poſt tempus ſoluit.*

28 *Princeps in tertij præiudicium reſcripta concedere non ſolet , nec huiuſmodi reſcripta tenent , niſi leue contineant detrimentum, modiceque præiudicent, &* numero 29.

30 *Exceptio dilatoria eſt modici præiudicij.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

31 *Restitutio denegatur ei, qui alias restituendus foret, si omisit opponere, vel probare exceptionem dilatoriam, quia pro modica læsione restitutio concedi non solet.*

32 *Ad principem spectat cura qualiter pauperibus debitoribus prouideatur.*

33 *Solon id primum in sua republica statuit, vt debitoribus pauperibus aliqua debiti pars remitteretur.*

34 *Et quid circa hoc* Iulius Cæsar, *dum dictatoris officio fungeretur, statuerit?*

35 *Et quid* Caius Licinius, & Lucius Sextus *Tribuni?*

36. *Creditor non debet se acerbum exactorem aduersus debitorẽ ostendere.* Exactor, *quis propriè dicatur?* ibid.
Absque periculo non est, repetere, siue exigere pauperem, qui soluendo non est, ibidem.

37 *Moratoriæ literæ summa cum ratione, de iustitia honestate, ex præsumptaque creditoris mente, vel quæ saltem in tali casu esse debebat, conceduntur.*

42 *Creditores minoris summæ non tenentur concurrere, nec consentire maioris summæ creditoribus, ad quinquennalem dilationem concedendam, si debitor pro debitorum solutione bona habebat.*

43 *Ad quod vsque tempus moratoria dilatio à Principe concedi possit?*

45 *Moratoriæ literæ an post sententiã vel conclusionem in casu debitori concedi possint?* & num. 46. 47. & 48.

46 *Debitor ex instrumento guarentigio potest moratoria literas obtinere, etiam post incœptam executionem, & licèt debitor sit in carcerem detrusus, pignoraque ei capta, quæ interim illi restituenda sunt. Et quæsit discriminis ratio indebitorem ex sententia, vel instrumento?* ibid.

49. *Literæ moratoriæ an etiam pro debito ex delicto descendenti concedi possint?*
Debitor ratione delicti, debitor propriè dici non potest. Idemque quoad creditorem delicti ratione, ibid.

50 *Et an etiam pro debito iurato concedi possint dilatoriæ literæ? ad illudque extendantur, tam à seculari, quam ab Ecclesiastico Principe concessæ?* & num. 51. & seqq. vsque ad num. 65.
Princeps potest tollere iuramentum, ibid. d. num. 50. & num. 59. 60. 61. & 63.
Contra, num. 57. & 58.

51 *Creditorum minor pars concurrere tenetur cum maiori quinquennalẽ dilationem concedenti. etiam in debito iurato.*

53 *Dispositio Principis generaliter loquens, ad casum iuratum non extenditur.*

54 *Summus Pontifex moratoriam dilationem super debito iurato concedendo simpliciter, si de iuramento mentio facta non sit, non videtur voluisse iuramento derogare. Secus si de iuramento mentio facta sit, & certioratus,* & num. 55.

56 *Et an id in Episcopo procedat?*

59. *Consuetudo facit licitum aliàs illicitum, quando præsertim Euangelicæ doctrinæ non repugnat.*

60 *Princeps super iuramento vim Apostolicam*

61 *Iuramentum semper* salua authoritate Superioris *præstitutum intelligitur.*

64 *Debitor qui literas moratorias in debito iurato vult consequi, vt tutus sit, absolutionem iuramenti priùs debet ab Ecclesiastico iudice obtinere.*

65. *Etsi Ecclesiasticus Iudex absolutionem deneget, an possit creditor, indulto Principis non obstante) coram Iudice Ecclesiastico ad obseruantiam iuramenti cogere debitorem.*

66 *Debitor, qui debitum inficiatus est, an dilatione moratoria gaudeat?* & num. seq. *Qui dolo, vel lata culpa negat, vel inficiatus est caret impetratis, in mendacii què pœnam punitur, secùs si aliqua iusta causa negauit,* ibid. *in fin.*

67 *Intellectus ad* text. in cap. Super literis, 20. de rescript. ibid. d. num. 66.

67 *Intellect. ad* text. in l. pen. D. de cess. bonor.

68 *Ad cessionis beneficium admittitur, qui debitum inficiatus est, si iustam habuit negandi causam.*

71 *Minoris summæ creditores, etiam dotales, concurrere & consentire debent cum maioris summæ creditoribus dilationem quinquennalem debitori concedentibus.*

75 *Moratoria concessa principali, an & in quibus casibus fideiussoribus prosit?* & num seqq. *vsque* ad 83. *exclusiuè.*

77. *Debitor principalis fideiussorem defendere debet, & exceptiones, quæ fideiussoribus non communicantur (ratione sui interesse) opponere.*

83 *Debitor, vt concessa dilatione moratoria gaudeat, satisdare idoneè debet. Limita,* vt num 89. *si creditor petat.*

74 *Et etiam si talis cautio in moratoria remittatur, præstanda est.*

85 *Nisi in moratoria clausula* Non obstante, *adsit.*

86 *Debitor dives, & valdè idoneus (cui etiam moratoriæ concedi solent ob incommoditatem, grauamenquè in solutione faciendæ) adhùc cautionem præstare debet.*

87 *Debitor dives, & soluendo satisdare non tenetur, etiam non casu quo satisdatio requiritur.*

88 *Cautio præstanda est à debitore, etiam in annali dilatione.*

89 *Satisdatio in moratoria dilatione, non nisi à parte petatur, necessariò requiritur.*

90 *Satisdatio in quinquennali dilatione à maiori creditorum parte concessa, non requiritur.*

91 *In moratoria quinquaginta dierum non requiritur satisdatio, nisi debitor suspectus sit de fuga.*

92 *Debitor qui ob paupertatem fideiussorem inuenire non potest, an à satisdatione cautionem iuratoriam præstando, vel cum generali hypoteca bonorum, excusetur?*
Debitoris iuramento probatur, fideiussorem inuenire non posse.

94 *Debitor quinquennalem pretendens dilationem, paupertatem suam probare debet, secùs in annali, in qua huiusmodi non exigitur probatio, sufficitque per debitoris iuramentum paupertatem probari.*

95 *Dispensationis causa cessante, cessare debet dispensatio.*

96 De-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

96 *Debitor secunda non debet gaudere dilatione, licèt ad pinguiorem fortunam non deuenerit.*

97 *Nec ad cessionis beneficium admittitur, si post dilationis terminum non solverit, sed in carcerem detruditur.*

98 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum priuilegio non gaudet.*
Non est discooperiendum vnum, vt aliud cooperiatur altare, ibid.

99 *Beneficium*, Ne quis conueniatur vltra quàm facere potest, *contra existentem in pari. vel maiori necessitate non conceditur.*

100 *Debitor ad cessionis bonorum beneficium non admittitur, quando creditor in eadem, vel maiori egestate existit.*

101 *Moratoria concessa debitori, eius haeredibus non prodest, nec ad eos extenditur.*

102 *Nec beneficium*, Ne quis conueniatur vltra quam facere potest.

106 *Moratoria dilatione concessa, an currant vsura?*

107 *Vsurae etiam in casibus in quibus dilatione durante currunt, exigendae non sunt, vsquequo finiatur dilatio, nec interim peti possunt, sicut nec principale exigitur.*

108 *Debitor pendente dilatione sibi concessa, an exigere debitores suos possit?*

109 *Tempus moratoriae dilationis à die concessi beneficij, & datae, non à die praesentationis. vel notificationis currere incipit.*

110 *Referentur plures agentes de moratoria dilatione iustitiae, à maiori parte creditorum concessa. Et an, & quando decoctis dilatio à creditoribus concessa prosit, pactaquè inter eos celebrata teneant, & obligent?* remissiuè.

111 *Maior creditorum pars potest debiti partem in totum remittere, minorisquè summa creditores cum eis tenentur concurrere.*

112 *Creditores aequalium summarum possunt quinquennalem dilationem debitoribus concedere, eisque tenenter caeteri assentiri creditores.*

QVÆSTIO XLIV.

COntra debitorem ex propria confessione in iure facta, iureiurando, sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, vel instrumento guarentigio, executionem competere; haud dubia sunt demonstrantia iura. In prioribus † tribus est *text. in l. Post rem iudicatam 56. ff. de re indic. text. in l. Minor annis, 25. 41. in ordine* (& ibi not. Bart. *in princ. ff. de minor. l. 2.* (& ibi communiter Doctores *C. de execut. rei indic.* de iure Reg. *l. 15. tit. 11. par. 3. l. 19. tit. 22. l. 2. titul. 13. ead. part. l. 1. & seqq. titul. 21. lib. 4. nouae Reg. collect.* latè Roderic. Xaur. *in d. l. Post. rem iudicatam, notab. 1. n. 1.* Petr. Rebuff. *1. tom ad constit Gallic. tit. de execut. sentent.* Anton. Gabri. *commun. conclus. libi 2. titul. de execut. rei indic.* Paz. *in praxi, 1. part. 1. tom. 12. tempore n. 1.* Octauian. *Vester. in praxi lib. 8. capit. vlt.* Castillo *in l. 36. Taur. n. 2. & ibid.* Anton. Gommez *n. 3.* Anton. Sola *ad constit. Sabaud. tit. de sentent. execut.* Robert. Lancellot *de attentat. 2. par. cap. 12. ampliat. 1 numero 8.* Iacob. Menoch. *de arbit. quæst. 98.* Carol. *de* Gras. *in tractat. de except. in prælud num. 4.* vbi de communi, & *num. 21. 22. & 23.* vbi latè de confessione iura facta, de qua etiam plenè Roderic. Xuar. *suprà notabili 3. per tot. & eius addit litera A, num. 1.* vbi quæ requisita debeat habere confessio, vt executionem mereatur? Et in confessione est hodiè *text. in l. 5. d. titul. 21. lib. 4. nouæ Reg. collect.* concinitquè *Ouidij* sententia *lib. 1. de Ponto Eleg. 7.*

1

Non est confessi causa tuenda rei.

Idem & in debitore ex instrumento dicendum est. Licèt enim de iure ciuili, instrumenta quamtumuis publica executionem † paratam 2
non haberent: *text. in d. l. 2. C. de execut. rei iudic & in d. l. Minor, 41. ff. de minor. & in l. 4. §. Si ex conuentione, ff. de re iudic.* Alex. *in l. Si Prator, §. Si index, numero 3. ff. de re iudic.* Socin. *in l. Si se non obtulit, §. Si ex venditione, numero 7. ff. eod.* Ias. *in l. Tale pactum, §. Qui prouocauit, numero 9. & 10. C. de pact. & in l. Cunctos populos, 2. lectura, numero 58. C. de summa Trinitat. & fide Cathol. & in l. fin. numero 6. C. de edict. diui* Adrian. *tollend.* Didac. Couarruu. *variar. resolud. lib. 2. capit. 11. numero 4.* Caballin. *in 2. part.* Milleloq. 655. Ioann. Baldes. *in addit. ad* Roderic. Xuar. *in d. l. Post rem iudicatam, vers. Alius casus potest hodiè assignari, litera A*, Paz. *in praxi, 4. part. tom. 1. in summario, numero 5.* Benedict. de Barz. *in tract. de guarentig. part. 1. princ. quæst. 8, vers. Aliquando autem*, Nicol. Boer. *decis. 295. numero 5.* Octauian. Osac. *decis. Pedemont. 129 numero 2.* Catell. Cotta *in memorabil. verb. instrumenta publica*, Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 77. numero 1.* Anton. Pauill. *in rubric. de iuris & fact. ignor. n. 21.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu 17. numero* Antonin. Thesaur. *decis. 26. num. 1.* Francisc. Becci. *consil. 17. numero. 2. lib. 1.* Emmanuel Suarez *in thesaur. recept. sententiar. verbo, Instrumentum, Cumia super ritib. Regni Siciliæ, capite 16. num. 22.* communem dicit, idquè vbique affirmare Doctores Carolus *de* Grassis *in dicto tractat. de exceptionibus in prælud. numero 1.*

Hodiè tamen, idem quod in sententia, & aliis casibus executionem paratam habentibus, & instrumentis † constitutum est, per 3
leg. 1. 2. 3. 4. & 5. d. tit. 21. lib. 4. nouæ Reg. Collect. & ibid. Azeued. Paz *in praxi 1. tom. 4. part. in summario, numero 4. & cap. 1. numero 23.* Didac. Couar. *d. cap. 11. numero 4.* plures referens Ioan. Baldes. *in addit. ad* Roderic. Xuar. *in d. l. Post rem iudicatam. in declaratione legis Regni, d. versiculo, Alius casus potest hodie assignari, litera A*, vbi ex Rebuff. & aliis, idem quoque in *Gallia* obseruari testatur.

Intra quod verò tempus executio facienda sit, dissentiunt iura. Primò enim duodecim tabularum iure † triginta die- 4
rum spatium debitoribus ad soluendum erogabatur, post quod facultas creditoribus debitores suos propria authoritate distrahendi

dabatur

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dabatur: verba legis sunt: *Æris confessi, rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatum facito, aut quipseudo eo iure vim dicito; secum ducito, vincito, aut nervo, aut compedibus 15. pondo, ne minore, aut si voles maiore, vincito si voles, suo viuito, ni suo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato, si voles plus dato, in vinculis 60. dies habeto, inter eos dies trinis nundinis continuis ad Praetorem in comitiis perducito, quantaeque pecuniae iudicatus erit praedicato. Tertiis autem nundinis (si inter pactus non sit) capitis poenas dato, aut trans Tiberim peregrè vanumito, & si plures forent, quibus reus esset iudicatus, tertiis nundinis partes secanto, si plus, minusvè secuerunt, sine fraude esto,* quam refert *Marchesanus, de commissionib. 3. part. de commissione super dilatione moratoria, capit. 1. §. 1. numero 2.* Annæus Robert. *rer. iudicatar. lib. 2. cap. 5. pagin. mihi 376.* De qua lege, & eius seueritate meminerunt *glos. in l. 1. verbo, In eo, in fin. C. qui bonis ceder. possunt,* Alciat. *lib. 1. pareg. cap. 32.* Couar. *variar. resolut. libro 2. cap. 1. numer. 1.* Alexand. *ab* Alexand. *geniali. lib. sexto capite decimo* Budæus *in addition. ad Pandectas, tit. de in diem adictione,* Hieronym. Magius *miscel. 1. cap. 8.* Aulus Gelius *noctium Atticar. cap. 10. col. pen.* Carol. Sigon. *lib. 1. de antiquit. iuris ciuil. Romanor. cap. 6.* Petr. Barbos. *ad l. si debitori, 21. num. 174. D. de iudic.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro 2. casu 183. numer. 4.* Octauian. *Vester in praxi, lib. 8. cap. 6. num. 5. & 28.* Antonin. Thesaur. *decis. 153. numer. 1.* latè Philip. Paschal *de virib. patris potestat. 2. par. capit. 9. numero 84. & sequent.*

5 Huiusmodi autem 30. dietum spatium ad duos menses † in actione personali fuit de iure ciuili antiquo digestorum debitoribus sententia damnatis prorogatum per *text. in l. Debitoribus, 31. D. de re iudicat. glos. fin. in l. si debitori, 21. D. de iudic. vbi* Petr. Barbos. *num. 168. 172. & seq.*

Postmodumquè de iure Codicis ad quatuor
6 † menses extensum, ex *text. in l. 2. & 3. & fin. §. fin. C. de vsur. rei iudic. glos. fin. in l. 1. D. de iudicat. solui,* notaruntque Didac. Perez *in l. 1. tit. 4. libro 3. Ordina. pag. 538. col. fin.* Vincent. Carot. *de remed. contra praeindicat. sentent. vel damnosas executiones, except. 53. numer. 1.* Gregor. Lopez *in leg. 5. tit. 27. part. 3. glos. 1.* Alex. Trentacinq. *variar. resol. libro tertio tit. de solutionib. resolut. 1. numer. 2. vers.* Marcus Antonius, Dionys. Gothofred. *in d. l. si debitori meo, 21. liter. S, D. de iudic. & ibid.* Petr. Barbos. *numer. 169. & numer. 172. & 176.* vbi etiam in id adducit *Hermonopolum in promptuario iuris, libro 1. cap. 4. pag. 31. ad fin.* obseruareque *Duarenum in eadem leg. si debitori, &* Cuiac. *lib. 3. obseruat. cap. 39.* tradit.

7 Idemque de iure Canonico † tempus concessum est, *text. in cap. Quoad consultationem 15. de sentent. & re iudic. & in cap. Querenti, 26. de offic. & potest. iudic. deleg.* estquè receptissimum, vt asserit. Nicola. Boerius *decis. 45. numero 1. &* cum eo Petr. Barbos. *vbi suprà, numero 177.*

8 Et id ipsum tempus quatuor mensium, etiam in iure confesso † in causa ciuili (cum pro iudicato habeatur, *l. 1. D. de confes.*) obseruandum erit, probaturque in *l. Certum, 6. §. fin. D. eod. tit.* cuius sunt verba: *Confessi vtique post confessionem, tempora quasi ex causa iudicati habebunt,* per quem ita tenent Felin. *in d. cap. querenti, num. 7.* extra *de offic. & potest. iud. deleg.* Vincent. Carot. *d. except. 53. num. 3.* Petr. Barbos. *ad d. l. si debitori, num. 163. & sequenti,* Licèt de generali consuetudine *idem ipse ibi, numero 189. & sequenti,* pluribus relatis, hodiè confessis in iure decem tantum dierum spatium, non verò, quod condemnatis datur, concedi testatur, probari tamen in eo loco vbi lis vertitur huiusmodi consuetudinem debere, aliter concedi dilationem, quæ iudicatis datur, & *numero 191.* Quod an in sponte confessis, aliisvè procedat? per. *eum ibi numer. seqq.* videre licebit.

Condemnatus autem non solùm per sententiam Iudicis Ordinarij, sed etiam arbitri, † 9
prædicti temporis dilatione gaudet, suspendique interim sententiæ executionem debere, docent Bart. *in l. 3. quæst. 1. D. de legat. 1.* Bald. *in d. c. querenti (vbi* etiam Felin. *limit. 3.) de offic. delegat.* Iaf. *in d. l. debitoribus, num. 7. D. de re iudic.* Vincent. Carot. *d. excepr. 53. num. 5.* Cùm arbitraria adinstar iudiciorum redacta sint, *Iulio Paulo* authore in *leg. 1. D. de recept. arbitr.*

Et in condemnato ex iuramento † desciſſo- 10
rio obseruant Asini. *de execut. §. 9. cap. 101. numer. 8.* Bellon. *in §. Omnis, numer. 4. instit. de verb. oblig.* Carot. *vbi sup. numer. 3. vers. Idem in condemnato ex iuramento desciſſorio.*

Nec solùm huiusmodi dilationem principali concedi debitori, sed & eius fideiussori, † est 11
text. in dict. l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iudic. glos. fin. in d. l. 1. D. indicatum solui, Vincent. Carot. *d. loco, numero 2.*

Ex quibus & *indebitore ex publico,* † gua- 12
rentigioque instrumento idem (imò à fortiori) videbatur asserendum; cum potentiòr sit res iudicata, quippè, quæ de iure communi executionem merebatur, non verò publicum instrumentum: ideoque non minori spatio ad solutionem debet arctari debitor ex instrumento, quàm ex sententia, quæ in rem iudicatam transiuit. Qua tamen de re videndus Carot. *d. except. 53. num. 4.* Seraphin. *de priui leg. iuram. priuileg. 77. num. 5.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu 17. num. 5.* Borgnin. Caualc. *decis. 48. numero quadragesimo-quinto par. 2.* & aliis adducti per Carot. *suprà.*

Quod quidem tempus, dilatioque speciali paupertatis † fauore concessa fuit, vt ex dictis 13
iuribus huiusmodi tempus concedentibus colligitur; *glos. in dict. leg. si debitori, vigesima-prima, Verbo, dandum, Digestis de iudiciis, & in dict. leg. debitoribus, trigesima prima, verb. Contumaciam, D. de re iudic.* Diuitibus namque huiusmodi denegatur spatium, vt monstrant iura, & glossæ relatæ, notantque Cyn. *in leg. vnic. paragrapho Exactio, Cod. de rei vxor. actio.* Ripa *in leg. Ita stipulatus, numero octuagesimo-primo, Digestis de verbor. obligat.* Alexand. *in dict. leg. debitoribus, numero vigesimo primo, ad fin.* Felin. *in d. capit. quoad consultationem, numero 9. ad fin.* extra *de offic. & potest. iudic. deleg.* veriorem & æquiorem sententiam dicit *Addit. ad Roman.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Roman. ſingul. 365. Vincent. Carot. *vbi ſuprà, n.* 17. Petr. Barboſ. *ad d. l. Si debitori*, 21. *nu.* 180. *D. de iudic.*

14 Quod tamen verum credit *Carot. ſupra*, ac procedere, quando debitum eſt leue, † commodeque & facilè poſſet debitor illud ſoluere: cum quo ſentit *Barboſa vbi ſuprà.* quem ſuper hoc plenè agentem conſule, *num.* 183. *ad*

15 *num.* 188. incluſiuè.

De iure verò Regio Partiatum quadrimeſtre à iure communi nouiori debitoribus pauperibus conceſſum, ad decem † tantùm dierum ſpatium redactum fuit, per *leg.* 5. *titulo* 27. *&* *l.* 7. *titulo* 3. *partit.* 3.

Quod & de recentiori Ordinamenti, Regiæque nouæ Collectionis iure in debitore pecuniarum confirmatum eſt; coarctatum tamen, ſi ſententia, & condemnatio ſuper aliis rebus mobilibus, ſiue immobilibus ſit: in quibus vſque ad tertium tantum diem executionem differri; exinde verò executioni ſententiam mandari; diſponit *text. in l.* 13. *titul.* 16. *lib.* 3. *Ordinam. & l.* 3. *tit.* 27. *libro quarto nouæ Reg. Collect.*

Quidque circa hoc obſeruetur, conſtitutumque ſit in Portugallię Regno, tradit Petr. Barboſ. *d. loco, num.* 179. *& ſequentib.*

16 Poſt tranſactum verò huiuſmodi tempus, incœptamque executionem, intra vnum † naturalem diem debitor (etiam pecuniæ) ſoluere debet, poſt quem (licèt in continenti ſoluat) ad decimam, & expenſas tenetur, ex diſpoſitione *tex. in l.* 21. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Reg. Collect.* Quod hodiè ad tres naturales dies (ſeptuaginta ſcilicèt & duas horas, ex hora incœptæ executionis) per *Pragmaticam ſanctionem latam in Curiis Matriti, ac promulgatam anno* 1619. *die* 21. *Iulij*, porrectum eſt.

17 Condemnatus verò in actione reali, † etiam de iure communi ſtatim reſtituere tenebatur dilatio, arbitrio tamen Iudicis; *text. in* §. 1. *inſtitut. de offic. Iudic. gloſ. in dict. l. Si debitori*, 21. *verb. Dandum*, *D. de indic. gloſ.* 1. *in fin. in l.* 3. *D. de vſur. gloſ. in d. c. Quærenti, verb. Quadrimeſtre*, extra *de offic. deleg. gloſ. in l. Si cum exceptione*, §. *Quod ſi homo*, *& ibi* Bart. *& in* § *Quatenus*, *D. de eo*, *quod met. cauſa*, *text.* de iure Regio in *d. l.* 5. *titul.* 27. *&* *l.* 7. *titul.* 3. *part.* 3. Bart. *in l. fin. C. de execut. rei iudic. & in l. Cum res*, §. *Si Stichus*, *notab.* 3. *D. de legatis* 1. *Iaſ.* (receptam ſententiam dicens) *in dict. l. Debitoribus*, *num.* 13. *D. de re iudic. & in l. Si arrogator*, *numero* 60. *D. de exceptio.* Nicola. Boer. *quæſt.* 45. *numero* 9. Aſini. *in praxi de execut.* §. 9. *capit.* 101. *numero* 8. & alij, cum quibus tenet Vincentius Carot. *de except. contra præind. ſentent. vel damnoſas execut. d. except.* 53. *text.* ad id etiam allegans *in d. l. vnic.* §. *Exactio*, *C. de rei vxor. action.* vbi exactio dotis in rebus immobilibus fit in continenti, Petr. Barboſ. *dict. l. Si debitori*, *n.* 179. *D. de indic.*

Idemque & in obligatione perſonali ad cer-

18 tam rem † tradendam, quam ſtatim tenetur reſtituere condemnatus, ceſſatque in eo caſu dilatio, Vincent. Carot. *dict. except.* 53. *numero* 12. *verſiculo, Ampliatur ſecundo* allegat *gloſſam mag. in fin. in dict. l. In fideicommiſſi*, 3. *D. de vſur.* quæ tamen id non dicit, probat autem *dict. Regia l.* 5. *titulo* 27. *part.* 3. videndusque circa hoc Petr. Barboſ. *in dicta l. Si debitori*, *n.* 178. *&* 199.

Dolo enim verſari videtur, qui ſoluere, vel reſtituere tenetur, nec cum poteſt, reſtitui, dilationibuſque (etiam legalibus) vtitur; argument. *l.* 1. §. *Eſt autem*, *& ibi notat* Paulus Caſtrenſis, *D. de poſiti.*

Vndè æquiſſimam dicebat Seneca *libro* 3. *de benefic.* hanc vocem, *Redde quod debes*, Indeque factum eſt, vt contra debitores creditum ſoluere differentes, apud plures nationes grauiſſimę, ac diuerſæ conſtitutæ fuerint pœnæ,

Egyptij † cum olim ad æs alienum contra- 19
hendum faciles eſſent, ad ſolutionem verò tardi, fallaciiſque ad creditores circumueniendos vterentur; ne liceret eis corpora, quæ libera ſunt, obligare; *Aſychis Agypti* Rex hanc promulgauit legem: Ne alites pecuniam mutuam accipere liceret, quàm ſi debitores patrum cadauera pignori obligaſſent. Eademque lege cautum eſt, vt ſi debitor æri alieno non ſatisfaceret, neque in paterno, neque in alieno quouis ſepulcro ſepelliri fas eſſet, vt teſtatur Horodot. & Diodon. Siculus adducti per Annæum Robert. *rerum iudicatar. libro* 2. *capit.* 5. *folio* 373.

Ex duodecimque tabularum † iure tantus 20
fuit contra debitores non ſoluentes rigor; vt eos creditoribus dilaniandos tradi permiſerit, vt ex d. iam relata lege conſtat, ſcripſerunrque Aul. Gelli. Carol. Sigon. Couar. Menochi. Theſaur. & alij *n.* 4 adducti.

Cuius tamen legis immanitas (quaſi magis ad terrorem, quam ad vſum tenderet (è media iuriſprudentia penitùs fuit eiecta, eique lex ſucceſſit *Petilia*, † qua ne quis ob pecu- 21
niam in vinculis detineretur, ſed eius bona eſſent creditoribus obnoxia, fuit cautum, vt affirmat *Liuius* 1. *decad. lib.* 8. Quæ poſtmodum lex à Cæſareo, Pontificioque iure fuit approbata in *l. Ob æs*, 12. *cum auth. ſeq. C. de action. & oblig. & in cap.* 2. extra *de pignor.* latè tradit Philipp. Paſchal. *de virib. patr. poteſtat.* 2. *part. capit.* 9. *numero* 84. *& ſequenti.*

Lege etiam Diuina † debitores, eorumque 22
filij creditoribus addicebantur, & ad ſeptimum vſque annum eis pro debito ſeruiebant, *Deuteron. cap.* 15. *& Regium lib.* 4. *cap.* 4.

Cui ſimiles ſunt leges Regiæ † in *l.* 2. *titul.* 23
8. *lib.* 3. *Fori leg. & in l.* 13. ibi: *Eotroſi ſean entregados del cuerpo del debdor.* & in *l. fin. in fin. tit.* 20. *cod. lib.* 3. *Fori leg. text. in l.* 4. *titul.* 16. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect.* fueratque etiam *lex Styli*, quam longiſſimo teſtatur vſu receptam Gaſpar Baeça *de inope debitore*, *capit.* 1. *numero* 56.

Vtrùm autem hæc eadem Regia diſpoſitio, 24
ſi à principio, † debitique contracti tempore, in eadem egeſtate debitor conſtitutus erat, locum habeat? videbimus *quæſt. ſeq.*

Ex quibus omnibus (de iure præſertim Regio) debitorem quantumuis pauperem ſtatim à creditoribus in prædictis caſibus, ex præfatiſque obligationibus conueniri poſſe, executionique nulla, vel minima data

dilatione, locum fortè, elicitur. Circa quod tamẽ aduertanda, quę sequenti notamus quæst.

Licèt autem pauperum debitorum iure Regio deterior sit facta conditio, quàm anteà iure fuerant communi, adhùc tamen patens eis faciliſquè aditus relictus est; quo ab instantibus creditoribus, eorumque acerbitatibus liberentur, sufficientiquè temporis spatio solutionem commodè facere valeant, seque possint tueri, an interim executionis fulgur euadant, Principem adeundo, eique offerendo preces, quatenus eorum paupertate & impotentia attenta, moratorias dignetur literas concedere: quas frequenter assolet Prin-
25 ceps † indulgere, *text.* est in *l. 2. & in l. Vniuersa 4. C. de precib. Imperat. offerend.* & ibi Scribent. bonus de iure Regio *text. in l. 33. tit. 18. part. 3. & in l. 4. titul. 24. ead. par.* Et sic quotidie has moratorias Regias literas pauperibus, rusticisque laboratoribus concedi testantur Azened. *in l. 2. tit. 14. numero 53. & seqq. lib. 4, noua Reg. Collect.* Castillo *de* Bouadilla *in Politica, lib. 2. cap. 16. numero 125. & lib. 3. capite 13. numero 20.* Gaspar Rodrig. *de annuis reddit cap. 9. numero 16. & 26. lib. 3.* Marc. Anton. Cucch. *in tractat. de morator. præscript. numero 14.* vbi tales dilationes vbique ferè apud Italos Principes, Romæ, Venetiis, Mediolani, atque aliis Principium Curiis in vsu esse, dicit, Rebuff. *in tract. de liter. dilator. & annalib. & quinquennal.* Antonin. Thesaur. *decis. Pedemont. 186. per tot.* Vincent. Carot. *de remed. contra præiudic. sentent. vel damnosas execution. except. 168. numero 1.* Carol. de Gras. *in tract. de except. ad mater. statut. excludent. omnes exceptiones accept. 32. numero 3.* Lucas Matthæ. *de* Apicella *in tutamine pauper. tit. 2. de moratoria Principis, numero 2. vers. Alij verò* vbi, quòd tota die Principes has literas concedunt, Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. numero. 1.* Pyrth Maur. *in tract. de fideiussor 1. par. princip. in pralud. 3. particula, & sectionis, c. 2.* aliàs 11. *per tot.* Nicol. Genua *de scriptura priuat. lib. 3. tit. de literis iudicialibus, seu dilatoriis, vel moratoriis, n. 1. & seqq.*

26 Sic & decoctis † mercatoribus quotidiè Principes, eiusque Ministros saluiconductus literas concedere solere, ne intra certum tempus molestentur, testatatur Ioann. Baptista Marchesan. *de commission. 3. par. cap. 1. de commissione super dilatione moratoria, numero* 49. nisi malitiosè decoctis, ex Verallo *decis. 273. p. 1.* Bald. Coccia. & aliis, *& numero 69.* ita etiam Matth. Luc. *de* Apicella *vbi suprà numero 33.* pulchrè Anton. Hering. *de fideiussorib. cap. 5. numero 104.* Osuald. Hilliger. *in* Donel. *enucle. lib. 22. capite 9. lit. H,* Meland. Moll. aliosque in id allegans, qui decoctoribus, & abusoribus, qui bona sua obligurierunt dilationem moratoriam denegandam asserunt, eis tamen concedendam, qui fortunæ iniuria ad egestatem deuenere: quos in fœlices debitores appellat. Et quid in dilatione iustitiæ? infrà notabimus.

Nec obstat per huiusmodi concessionem ius tertij lædi, minusquè videri solui credi-
27 tori, cum minus soluere dicatur, qui † post tempus soluit, *l. Si cui, 12. §. fin. ff. de verb. signific.* vbi hæc. *Iure consul.* Caius adiicit, *Minus soluit, qui tardiùs soluit: nam & tempore minus soluitur l. 1. §. Editiones, vers. Nam dies solutiones,* & ibidem notat *gloss. verb. Summa, ff. de edend. §. Tempore, instit. de actionibus.*

Ideoque tales dilationes, moratoriasque literas concedi non posse, cum in tertij vertan-
28 tur præiudicium † huiusmodique rescripta, nec solete Principes concedere, nec valere, probat *text. in l.* Rescripta, 7. (ibi: *Nisi fortè sit aliquid, quod non lædat alium, & prosit petenti*) *de precip. Imper. offerend. text. in l. Authoritatem 3. & ibi gloss. verb. Postulatis, C. vnde vi, text. in l. 2. §. Merito ait prator. D. ne quid in loco publico, text. in l. Nec anus 4.* (ibi: *Nec in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere, moris est nostri*) *C. de emancipat. l. Impuberi, 41. ff. de administrat. tutor. l. Sciendum, 18. ff. ex quib. caus. maior. capit. Rescripta 25. quæstione 2.*

Cui respondetur obiectioni rescripta, quę ius tertij aliquantulum, non tamen grauiter
29 † lædunt, iustæ concedi posse, *text.* (sic intelligendus) *in d. l. 2. §. Si quis à Principe ff. ne quid in loco publico,* & ibi notat *glos. fin. in secunda solutione, text. in l. 1. §. Sunt autem qui putant, ff. ne quid in flumine publico, text. in l. Si quis sepulchrum, 12. D. de religios. & sumptib. funer.* Et in terminis, & casu nostro) in quo tertius leuiter læditur principaleque ius integrum conseruatur) est *text. in l. Quoties 2. C. de precib. Imperat. offerend. glos. in d. l. Rescripta, 7. verb. Non lædat, C. eod. & in d. l. Nec anus, 4. verb. Iniuriam, C. de emancipat* & expressior de iure Regio *text.* in terminis *in d. l. 33. tit. 18. part. 3.* ibi: *Et tal carta como quier que reciba por ella algun agraniamento aquel a quien deuen el debdo, por todo esso en saluo finca lo suyo.* Præponderat enim damnum, quod pauper debito ex accelerata, & in tempestiua solutione patetetur: ei, quod ex dilatione creditori sequi posset, cum tantùm differatur aliquandiù, non ex toto debitum extinguatur, aliquidvè de ipsa principali sorte, nec vsuris (si debebantur, vt latiùs infrà) detrahatur sed saluũ creditoris remaneat ius. *Neque enim* (vt inquit Vlpian. in l. Debitori meo, 21. D. de indic.) *magnum damnũ est in mora medici temporis.* Etiamque si tempus nimis breue non sit: ex eo enim quod huiusmodi moratoriæ dila-
30 tionis exceptio, dilatoria est; modici † etiam est preiudicij, vt argumentum præstat (præter *text. in d. l. Quoties, 2. C. de precib. Imper. offer. & d. l. Part.*) text. in *l. Si fideiussor, 29 §. Quadam D. mand.*

Quo fit, vt restitutio † denegetur ei, qui
31 aliàs restituendus foret, si opponere, vel probare exceptionem omisit dilatoriam, cum pro modica læsione restitutio concedi non soleat, *text. in l. Scio, 4. ff. de in integ. restit.* vbi id in specie notat Bald. *& in l. Peremptorias, numero 18. C. sentent. rescind. non posse,* Felin. *in capit. Fraternitatis numero 6. vers. Fallit secundò,* extra *de testibus* Marc. Anton. Cucchu. (latè hanc comprobans sententiam (*de morator. præscript. numero 157. & tribus sequentibus.* Quanto autem tem-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tempore dilationes hæ concedi poſſint; videbimus infrà.

32 In his igitur poſſunt, & ſolent facilè Principes reſcripta, moratoriaſque literas concedere. Quinimò ad Principes † qualiter pauperibus debitoribus prouideatur, ſubleuamenque præſtetur, cura ſpectat, *text. in auth. De non eligend. ſecundo nubent. in princip. & in auth. Vt determinat. ſit numer. §. Cum verò, auth. De fideiuſſorib. §. Agnoſcant*; ibi: *In fœlicibus debitoribus auxiliamur.* Inde Ouid. de Pont. lib. 2. Eleg. 11.

Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis.

Quæ aliquibus Principibus, Legislatoribuſque adeo cordi fuit; vt non ſolùm pauperibus debitoribus dilationem concederent; ſed aliquã debiti partem (creditoribus quantumuis inuitis (remitterent. Inter quos *Solon* † (Athenienſium ſapientiſſimus Legislator) id primum in ſua Republica ſtatuit, vt debitoribus pauperibus aliqua remitteretur debiti pars; vt in eius vita *Plutarc.* tradit, cuius meminit *Cona. lib. 4. c. 24. num. 7.* eius referens verba, quæ ſunt: *Hoc primum in Republica conſtitutum, cum debita decreto reſcidiſſet, & debitorum remiſſione fœnoris mediocritate leuatos pauperes, ſatis ſibi factum putaſſet. Et hanc humanitatem, & benignitatem Syſachthiam vocaſſe*, Quod verbum *debitorum leuamen* ſignificat. Mentionem quoque de his faciunt Petr. Gregor. *lib. 22.* Syntagm. *cap. 14.* Renatus Chopin *lib. 3. de morib.* Patiſ. *tit. 2. n. 9.* Anneus Rober. *lib. 2. rer. iudic. c. 5. & lib. 4. c. 18.*

34 *Iulius Cæſar* † dum Dictatura fungeretur, non ſolùm creditores in ſortem principalem, & ad eius ſolutionem quidquid intereſſe nomine à debitoribus accepiſſent, computare edicto iuſſit, ſed etiam quoad debiti principalis reſiduum, teneri creditores in ſolutum bona ſoli recipere, habita conſideratione, factaque taxa valoris, quem ante bella ciuilia habebant, decreuit. In quo quarta ferè valoris pars creditoribus minuebatur.

35 *Caius* item *Licinius*, † & *Lutius Sextus* Tribuni, legibus ſanxerunt, vt computatis à creditoribus in ſortem ad debiti ſolutionem vſuris, reliquum quod ſupereſſet, tribus annis æquis portionibus ſolueretur, referunt Petr. Greg. & Renat. Chop. *vbi ſuprà.*

36 Nec creditor ipſe acerbum ſe exactorem † aduerſus pauperem debitorem oſtendere debet. vt inquit *Vlpian. in l. Si benè, §. 3. D. dummodò non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum.* & magis in terminis probat *Imperatoris Valentiani* reſponſum *in nouella poſt Codic. Theodoſianum, tit. 7. de indulgentiis. Debita* (inquit) *non oportet exactione. finiri, ſed humanitate, & miſeratione.* Hancque erga debitores pauperes creditorum humanitatem, diuinæ quoque literæ ſuadent: *Exodi cap. 22. Si pecuniam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum tanquam exactor.* vbi *Abulenſ. quæſt. 15. fol. 240. Exactorem* creditorem intelligit, qui cum magna duritia, & auſterè debita petit, impotentemque debitorem opprimit. De quo per *Iſaiam* conqueritur Dominus, *cap. 58. Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis.* vbi ex *D. Hieronym.* interpretatur *Nicol. de Lyra* verbum illud *Repetitis*, id eſt, *Exigitis.* Additque *ibi. D.* idem *Hieron. col. 2.* non eſſe abſque periculo repetere, ſiue exigere pauperem, qui ſoluendo non ſit; ita etiam expendit Michael *Solon 1. par. de iuſtit. quæſt. 62. art. 8. controuerſ. 3. col. 959.* Diciturque *Deuteronom. capit. 24. Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet, quod habuerit. Sin autem pauper eſt, non pernoctabit apud te pignus ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt dormiens in veſtimento ſuo benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram Domino Deo tuo.*

Ex quibus ſumma cum æquitate, ſummaque cum ratione, ac de iuſtitiæ honeſtate 37
† moratorias literas pauperibus debitoribus per Principem concedi conſtat. Idque etiam ex præſumpta creditoris mente, vel quæ ſaltem in tali caſu eſſe debebat, ſecundum benè ordinatam charitatem, vt tenent, lateque firmant (contra riis reſpondendo) Marc. Anton. Cucch. *d. tract. de morat. præſcript. num. 7. & ſequentib.* Antoni. Theſaur. *deciſ. 186. numero 3.* Oſuald. Hilliger. *in* Donel. *enuclet. lib. 22. capite 9. lit. E, & lit. N, pag. 272. col. 2. in princip.* Cuiuslibet appendicis loco verba referre. *Ex quibus omnibus* (inquit) *iam liquet, hoc ius non ita odioſum eſſe, aut æquitati adnerſari, ſed (modò abuſus abſit qui frequens eſt) iuxta requiſita relata, ſummam rationem habere, etiam naturalem, ac legi Diuinæ, charitatique Chriſtianæ conuenientem. Vide* Theſaur. *deciſ. 186. numero 3.* Meland. Com. Camer. *part. 2. titul. 102. Nam nec graue inde diſpendium creditori. l. 21. de iudic. neque auferetur ei, quod differtur. Coler. part. 1. capit. 4. num. 14. Siquidem ſaluum ei ſeruatur ius crediti, vt & interim impediatur præſcriptio. Vide* Trentacinq. *d. reſolut. 1. numero 28. & vſura currant, &c.* Firmant pariter Lucas Matthæ. *de* Apicella *in tutamine pauper. titul. 2. de moratoria Principis, n. 4. & ibid.* Maurit. Apicell. *in additi. ad eundem, lit. B,* Nicola. Genua *de ſcript. priuat. d. lib. 3. tit. de liter. iudicialib. ſeu monitoriis, num. 4.* & alij ex ſuprà relatis.

Quæ concluſio multipliciter ampliatur, ac 38
reſtringitur. Ampliatur primò, non ſolùm ſi à Rege ſuperiorem non recognoſcente; ſed etiam ab eius Senatoribus, † ſiue Auditoribus moratoriæ literæ concedatur, Antonin.. Theſaur. *d. deciſ. 186. num. fin.* Oſual. Hilliger. *in Donel. enucle. à libro 22. capit. 9. litera G.* ſupponuntque alij relati in princip. Ab his tamen cum cauſæ cognitione dari, nec aliter debere, determinat *Regia lex 15. titulo 5. lib. 2. nouæ Reg. Collect.*

Ampliatur ſecundò, & in dominis † 39
recognoſcentibus Superiorem, quibus etiam huiuſmodi poteſtatem conceſſam eſſe, probat Marcus Antonius Cucch. *dicto tractatu numero trigeſimo-ſexto* adducit *text.* pro hac parte *in leg. In fraudem, paragrapho Fiſcalibus, Digeſtis de iure fiſci*, à contrario ſenſu, & Bart. *in l. Quidam cum filium, Digeſtis de verborum obligation.* vbi ſtatuere

UAB Biblioteca de Ciències Socials

posse Ciuitatem ne creditores intra tres annos debitores suos molestent, firmat; idque supponere dicit omnes Doctores *in d. l. Quoties, C. de precib. Imper. offer.*

Contrarium tamen in Domini recognoscentibus superiorem de iure, vel de facto, tenuerunt Paulus Castrensis *in l. 1. §. Qui Magistratum, numero 9. D. quod quisque iur. per text. & glos. ibi,* Lucas Matthæ. Apicel. *in tutam. pauper. dict. titulo 2. numero 2.* Caravit. *super ritib. Regni Sicilie, ritu 287. numero 3.* Bobadilla *in Politica libro 2 capite 16. numero 125.* Carol. *de* Gras. *in tractat. de except. ad Statutum, excludens omnes exceptiones, exception. 32. numero 45.* Nicola. Genu. *dicto titulo de liter. iudicialib. quæstio. 2.* Anton. Thesaur. *decisione 298. in fin.* Vincent. Carot. *de remed. contra præiud. sentent. vel damnos. execus. exceptio. 168. num. 6.*

Paul. tamen Castrens. *& glos. in dicta l. 1. §. Qui Magistratum, verbo, Noui iuris* (quorum authoritate cæteri in hanc sententiam trahuntur) in Iudice, vel in Potestate, non in ipsomet Domino potestatem tribuente, loquuntur. Quare *Antonij Cucchi* argumentum stare videtur, cui & sequens patrocinatur ampliatio.

40 Amplia tertiò in Prælatis † Ecclesiasticis, etiam Superiorem in Ecclesiasticis recognoscentibus, vt in Episcopo, qui Princeps Ecclesiæ suæ dicitur, *text. in capite Quorum vices, 6. distinction. 86. capit. Duo sunt, 10. distinctio. 96.* latè hanc firmans sententiam Ioann. Aloys. Ricci. *in decis. praxis Episcop. 97. numero 1. & seqq.*

Amplia quartò, dictam procedere conclusionem non solùm quoad pauperes debitores nihil, vel parum habentes, sed etiam si plura
41 bona habeant, † indigeant tamen secundum eorum conditionem, vel si solutis tunc debitis, grauis immineat egestas, detrimentum, vel damnum, vt apertè demonstrant *dict. l. 33. tit. 18. part. 3.* & alia iura dilationem huiusmodi permittentia, & latiùs infrà. Vidimusque anno præterito 1623. generalem incolis ciuitatis *Hispalensis* ob tardum nauium ex Indis aduentum, quousque Hispaniam appellerent, dilationem concessam: multos etiam ditissimos debitores in Curia Regia, aliisque locis ob commodæ solutionis difficultatem tunc obtinuisse dilationem: aduersùsque Fiscum, proque pecuniis ipsi debitis Regio Indiarum Senatu concedendam iudicatum.

42 Aliter autem in quinquennali dilatione, † quæ à maiori parte creditorum conceditur, in qua, nec concurrere, nec consentire minoris summæ creditores, si bona sufficientia debitor pro omnibus habeat, teneri; sed necessariò soluere debitorem debere, ex *l. fin. C. qui bonis cedere possunt*, & aliis iuribus defendit Lucas Matthæ. *de* Apicella *in tutamin. pauper. titul. 1. de quinquennali dilatione, numero 153.*

43 Amplia quintò principalem conclusionem, vt non solùm ad quinquennium prædicta dilatio, moratoriæque literæ concedi possint; sed etiam citra, † infra tamen decennium, ne grauiter creditores lædantur. Ita tenet Gregor. Lopez *in d. l. 33. tit. 18. part. 3. gloss. 1.* post Alber. *in d. l. Quoties, C. de precib. Imperat. offerend.* Anton. Cucch. *in d. tract. de morat. præscrip. numero 192.* Azeued. *in l. 2. tit. 14. lib. 4. noua Rec. Collect. numero 41.* Etsi non defuerint, qui & vsque ad triginta annos arbitrium suum in dilatione concedenda Principem extendere posse, scripserint: dixitque nominatim Ægid. Bellam. *in cap. Quia in Ecclesiarum, de constit. numero 16.* ibi: *Vnde quia personalis actio durat vsque ad triginta annos; vsque ad illud tempus potest Princeps dare dilationem; non vltra.* Alberic. *in d. l. Quoties, numero 22. & ibid.* Odofred. & Salicet. *num. 3.*

Licèt talem dilationem concedi nec posse, nec extendi vltra quinquennium, voluerint (per *d. l. fin.* ibi: *Quinquennale spatium, C. qui bon. cedere poss.*) Paul. Castrens. *in d. l. 2. C. de precib. Imperat. offerend. in fin.* Thoma Zerol. *in praxi Episcop. verb. Literæ quinquennales, vers. Quartò istæ literæ,* Ioann. Baptist. Marchesan. *in tract. de commission. 3. parte, cap. 1. de commissione super dilat. morator. num. 21.* Carol. *de* Graffis *d. excep. 32. num. 95.* & in practica obseruari dilationem dari quinquennalem, dicit Alexan. Trentac. *variar. resolut. lib. 3. tit. de solutionib. resolut. 1. numero 2. in fin.* Nicol. Genua *de script. priuat. lib. 3. tit. de Annalib. & quinquennal. dilation. numero 4.* vbi, quòd si vltra concedantur; nec quoad quinqennium tenebunt. ex Thom. Zenol. *d. loco*; eandem etiam firmat cum Genua sententiam Anton. Faber *in suo Codice lib. 1. tit. 9. de precib. Imperat. offend. definitione 17.* pto ea allegans Petrum Rebuff. *in tract. de liter. dilator. artic. 1. gloss. 1. num. 6.* argument. *cap. Cui de non Sacerdotali, & in cap. Si eo tempore, de præsen. in 6. & in l. Si sponsus, §. Generaliter, D. de donat inter vir. & vxor.*

Primam tamen sententiam tenent etiam *Alexan. cons. 216. lib. 2.* Marc. Anton. Natta *cons. 591. num. 1. & seqq.* Pyrrh. Maur. *in tract. de fideiussorib. 1. parte, princip. in prælud. sect. 3. cap. 2. (aliàs 11.) in fine*, sensitque Anton. Cucch. *supra n. 544. & seq.*

Amplia sextò, vt etiam lite pendente † possint huiusmodi literæ impetrari, *Ioan. de Amic. consil. 150. num. 7.* 44
Ante sententiam † tamen, vel 45
conclusionem in causa, secundum Guidon. Pap. *decis. 97. & 330.* Marc. Anton. Natta *cons. 233. num. 45.* Anton. Thesaur. *decis. 186. num. 7.* Alphons. Modit. *variar. resolut. libro 2. §. Principum placita, dubitat. 3. num. 3.* Maurit. Apicella *in addit. ad* Lucam Matthæ. Apicell *in tutam. pauper. d. tit. 2. num. 16.* & in numeris ipsius, ex *num. 518. ad num. 522.* In debito namque, quod ex sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, descendit, & à qua non possit appellari, moratoriis rescriptis locum non esse; tenet Anton. Faber *in suo Codice decis. d. libro primo titul. nono de precib. Imperat. offerend. definit. decima tertia & definit. 20.* Idem dicens siue iam à Supremo Magistratu, siue ab inferiore Iudice condemnatus quis sit; Nicola. Genua *de script. priuata dict. libro tertio tit. de literis iudicialibus, seu dilatoriis, vel moratoriis, n. 30. & seq. n. tregesimo-quinto & tregesimo-sexto.* Vel si sententia sit de proximo ferenda; cum paria sint, condé-

natum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

natum quem iam, vel de proximo condemnandum eſſe, vt latè *quæſtione* 4. §. 2. *num.* 124. *antecedentibus*, & ſequentibus diximus.

Diſſimile enim conſtituit ius Anton. Faber. *d. lib.* 1. *tit.* 9. *definit.* 5. inter condemnatum debitoremque per ſententiam; vel per inſtru-
46 mentum † guarentigium. Quia licèt vtrumque pariter executionem paratam habeat: Inſtrumentum, ex vi ſtatuti, priuatoquè iure; Sententia verò, quæ in rem iudicatum tranſiuit, ex iuris communis diſpoſitione (vt iam ſuprà notauimus;) In materia tamen de qua agimus, non eodem gaudere priuilegio; quia debitor ex inſtrumento guarentigio poteſt moratorias literas obtinere, non ſolùm ſi executio nondum facta ſit; ſed etiam cum iam ſequuta eſt, detruſuſquè debitor in carcerem; adhùc enim ſuſpendi debere executionem, & à carceribus relaxandum, captaque pignora debitori per literarum impetrationem reſtituenda; nec interim currere dilationis tempus; iudicatum teſtatur *idem ipſe Faber ſuprà, definit.* 2. *in fin. definit.* 5. *& definit.* 14. rationem reddens, quòd ius illud ſtatutarium executionem inſtrumentis guarentigiis concedens ad priuatam creditorum tantum vtilitatem pertineat: non etiam ad publicam, ad quã è contrario maximè ſpectat rerum iudicaturum authoritas. Fortiorem autem in hanc eandem ſententiam, diſcriminiſquè confirmationem rationem pariter reddit Nicol. Gen. *vbi ſuprà num.* 37. *&* 38. Quia ſcilicet creditor ex inſtrumento, vel patris confeſſione, litibus, ac ſumptibus vexatus non eſt, ſicut creditor ex ſententia. Quas omnes rationes non geſſit *Oſuald. Hillig. in Donel. enucl. d. lib.* 22. *cap* 9. *lit. H. & lit. L. verſic. Nec iudicio conuicto & verſ. Vt & vis inſtrumentis*, vbi rationem quoquè addit, quia reſcriptum contra rem iudicatam non valet, *l. vltim. C. ſentent. reſcind. non poſſ.*

Quorum tamen intelligi poterit procedere opinio, ſi de huiuſmodi qualitate in literarum impetratione mentio facta non ſit: ſecùs ſi facta, iuxta infra proximè dicenda.

Et ex iam facta ſententiæ, inſtrumentiquè guarentigij æquiparatione, vt ſicuti ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, executionem meretur: & inſtrumentum quoquè guarentigium: ſic in vtroque pariter caſu mo-
47 ratoriæ literæ concedi poſſint, † defendit Anton. Cucch. *de morat. præſcript. numero* 112. *aliiſque ſeqq. &* Vincent. Carot. *de remed. contra praiudiciales ſententias vel damnoſ. execut. except.* 168. *num.* 12. Durum videri dicens contrarium, cum tales moratoriæ literæ non impugnet ſententiam: ſed ſolutionem differant bonum tamen eſſe, vt difficultas ceſſet, ſtatum cauſæ narrare, ex Roland. *à* Valle *conſil.* 31. *num.* 17. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 220. *nume.* 13. *&* Natta *conſil. vltim. num.* 5. *lib.* 1. Et in iſto caſu pluries vidiſſe impetrari à debitoribus moratorias poſt latam ſententiam, factamquè adiudicationẽ pro creditoris ſatiſfactione, teſtatur Carolus *de* Graſſis *dicto tract. de except. ad ſtatut. exclud. omnes except.* 32. *num.* 44. Poſſeque Principem hoc in caſu moratorias literas concedere, ex pluribus concludit Maurit. Apicell. *in addit ad partem titulo* 2. *ad num.* 17. *num.* 523. *&* 524. ex numeris ipſius. Debet tamen (vt dicebamus) fieri de hoc mentio, vt difficultas ceſſet.

Nequè narrare ſententiam ſufficit, ſed rem etiam iudicatam † (ſi adeſt (Alexand. *conſil.* 48
94. *num.* 3. *lib.* 2. Iacob. Menoch *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 202 *num.* 47. Vincent. Carot. *vbi ſup. d. num.* 12. Alias ſubreptitia gratia redderetur Carol. *de* Graſſ. *dict. except.* 32. *n.* 44. *in fin.* Nicol. Genu. *tit. de liter. iudicialib. num.* 40.

Amplia ſeptimò, vt etiam in debito ex delicto † deſcendente moratoria dilatio proſſit, 49
ſecundum Roman. *&* Decium contra Alex. *ibi in l.* 1. *num.* 93. *ff. ſi cert. pet.* latè proſequitur, & defendit Marc. Anton. Cucch. *de tract. nu.* 28. *&* 29, Matth. Brun. *de ceſſione bonor. quæſt.* 26. *num.* 13. *& ſeq.* plenè (contrariis reſpondendo) Alexan. *de* Trentac. *var. reſolut. d. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſolut.* 1. *num.* 13. Licèt tandem contrariam vti communem tenere velle; primam tamen veriorem de iure videri dicat, & cum eo tenet etiam Matthæ. Apicell. *d. tit.* 2. *num.* 24. *& ibid. eius Addit.* plures (licèt mendosè aliquos) huius referens opinionis, alios quoque pro ea adducit Proſper Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 29. *num.* 23. à qua tamen ipſe diſſentit, & cum eo Nicola. Gen. *vbi ſuprà, num.* 45. *& ſeqq. &* Bouadill. *in politica, lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 125. Anton. Faber *d. tit.* 19. *definit.* 20.

Qui tamen (contra primam ſententiam tenentes) quando delicti mentio facta non eſt, loquuntur, ſuntque intelligendi: quia tunc in generali moratoria dilatione debitor ex delicto non includitur. Debitor enim ratione delicti, non eſt propriè debitor, nec creditor ea ratione propriè creditor dicitur, ex Bart. *in l.* 1. *D. ſi cert. pet.* Ideòque talem generalem dilationem) ſi delicto facta mentio non ſit) debitorem ex delicto non comprehendere, meratoriaſquè literas ad eũ non extendi, notat *Geuna ſuprà, & nu.* 56. vbi hanc veriſſimam ſententiam dicit, quam etiam ante eum tenuerant Ludouic. Roman. *ſingular.* 182. Bartholomæ. Cœpol. *in l. Creditores, num.* 3. *ff. de verb. ſignif.* Franc. Ripa *in d. l.* 1. *num.* 96. *ff. ſi cert. pet.* Anton. Theſaur. *deciſ.* 182. *nu.* 2. Boui. *in tract. de ſtatut. vrb. præſcript gloſſ.* 21. *num.* 71. Marc. Anton. Peregrin. *in tract. de iure Fiſci, lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 22. Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro* 2. *cent.* 3. *caſu* 337. *n.* 17. alios referens Carol. *de* Graſſ. *d. except.* 32. *num.* 23. *&* 24. Oſuard. Helliger. *in Donel. enucl. d. lib.* 22. *cap.* 9. *lit. H. verſic. Quarè nec debitores*; qui tamen modò in hanc modò in illam inclinat, nec pedem figit.

Amplia octauò principalem procedere cõcluſionem, locumquè etiam in debito iurato habere, † ſecundum Guidon. Pap. *quæſt.* 194. 50
Iaſ. *in l. fin. num.* 22. *ff. qui ſatisd. cog.* & poſt multos ita concludit Franciſc. Burſat. *conſil.* 364. *num.* 30. *lib.* 4. relatus per Addit. Anhonini Theſauri *d. deciſ.* 186. Tapia *ſuper.* 4. *lib. iur. Regal. rubric.* 19. *de morator. & ſaluo conduct. numero* 7. *verſic. Sexto*, Mauri. Apicel. *in addit ad tutam. pauper. tit.* 2. *de morator.. Principis, ad num.* 18. *in numeris ipſius num.* 526. vbi in principem poſſe tollere iuramentum affirmat, ex Afflict. *deciſ.* 111. *num.* 14. *& in conſtit. Reg. conſtit. Diuæ memoriæ,*

cum aliis adductis per eundem Mari. Apicell. *in tractat. de donat. 2. part. cap. 5. quæst. 50.* Petr. Surd. *consil. 299. num. 9. vers. His verò, & num. seqq. libro 2.* Qui etiam non facta iuramenti mentione, ad contractum iuratum hanc Principis concessionem extendi, si eius qualitatis sit, vt ea etiam expressa dilationem non negaret Princeps, contendit.

51 Et in moratoria à maiori creditorum parte † concessa (vt etiam minor debeat maiori parti in debito iurato assentiri) tenet Francis. Viui. *decis. 268. num. 2.* vbi sic variis vicibus, & causis, in facto Concilio practicari vidisse testatur.

Verum tamen est, requiri debitorum in huiusmodi literarum supplicatione, in concessione vè Principem mentionem de iuramento fa-

52 cere; † alias ad debitum iuratum concessam à Principe dilationem non extendi, obseruant Ludouic. Roman. *singul. 7.* vbi latè *eius Addit.* Ias. *in dicta l. quoties, num. 2. C. de precib. Imp. offerend.* Afflict. *decis. 5. num. 2. &* 3. Boër. *decis. 5. numer. 2. &* 3. Boër. *decis. 296. numero 5.* Annan. *singul. 463.* Thom. Grammat. *decis. 12. numero 1. & seqq.* Alexan. *consil. 27. num. 5. lib. 1. & consil. 38. nu. 5. & 6. lib. 3.* Marc. Ant. Cucch. *d. tract. num. 57. vsquè ad num. 70.* Carolus *de* Grassis *d. except. ad materi. statut. excluden. omnes except. except. 32. num. 37.* Franc. Anton. *de Iudice in tract. de liquid. instrum. in 4. consid.* Ioan. Gutierr. *de iuramen. confirmat. part. 1. cap. 65. num. 2.* Osuald. *in Donel. d. cap. 9. lit. L. vers. Quarè nec generales inducia*, Azeued. *in leg. 2. titul. 14. lib. 4. nou. Reg. Coll. n. 37. &* 38. Gregor. Lopez *in l. 33. tit. 18. p. 3.* Roland. à Valle *consil. 31. num. 10. & seqq. libro 2.* Luc. Matthæ. Apicella *in tutam. paup. d. tit. 2. de moratoria Principis, num. 17. vers. Aduerte tamen, & ibid.* Maurit. Apicell. *in addit. ad numero 18. ex num. ipsius, num. 525.* Petr. Surd. *d. consil. 299. numero 1. & seqq.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. casu 203. n. 14. & casu 337. num. 19.* Prosper. Farinac. *dict. qu. 29. num. 22.*

Dispositio enim Principis generaliter lo-

53 quens, ad casum iuratum † non extenditur, *gloss. fin. in auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. gloss. fin. in capit. Cùm non deceat, de elect. in 6.* Alexand. *consil. 27. num. 5. lib. 1.* Ias. *in d. l. quoties, num. 2. C. de precib. Imper. offer.* Afflict. *decis. 5. nu. 2.* Feder. *de* Sen. *cons. 272.* Brun. à Sole *in compend. resol. propos. iur. in verb. Princeps licet,* Natta *consil. 233. num. 1.* Gram. *d. dec. 12. numero primo* Carol. *de* Grass. *dict. except. 32. numer. 6.* Thom. Ferat. *cautel. 55. numero 2. & seqq.*

Id quod & in dilatione à Summo Pontifice

54 concessa, † si de iuramento mentio facta non sit, procedit: quia simpliciter dilationem concedendo, iuramento voluisse derogare non videtur, *text. in cap. Constitutus, 19. de rescrip. d. cap. Cum non deceat (vbi gloss. verb. Effectus) de elect. in 6.* Abb. *in cap. 1. num. 7. de his, quæ fiunt à maiori part. cap.* Ias. *in d. l. Quoties, numer. 2. C. de precib. Imper. offer.* plures alios allegans sequitur Carol. *de* Graf. *d. except. 32. numer. 7.* Antonin. Thesaur. *d. decis. 186. numer. 5.* Luc. Matthæ. *de* Apicell. *d. tit. 2. nu. 17.* Nicol. Genu. *de script. priuat. d. lib. 3. tit. de liter. iudicialib. numer. 17.* Thom. Ferrat. *d. cautel. 55. nu. 3. & seqq.* Osuald. *in Donel. enucl. dict. lib. 22. capit. 9. litera L. vers. Planè nec ipse Pontifex,* Petr. Surd. *d. cons. 299. n. 3.*

Licèt si de iuramento facta fuisset à debitore mentio, † dilationem concedendo à iura- 55
mento quoquè absoluere videatur, profiteatur Marc. Anton. Cucch. *d. tract. num. 60.* allegat Anton. Gaium *in rubric. de excep. numer. 13.* sequitur Anton. Thesaur. *vbi sup. &* Luc. Matthæ. Apicell. *d. num. 17. col. 2. in princip.* Nicol. Genu. *dict. loco, numero 15.* Alexan. Trentac. *variar. resolut. libro tertio titulo de solut, resolut. 1. numer. 12.*

Quod in Episcopo † procedere negant 56
Thesaur. & Apicella *d. locis, &* Genua *vbi sup. num. 16.*

Per Principes tamen seculares dilationes 57
concessas, ad debita iurata neque extendi, † neque super eis posse concedi, tenuerunt Curti. Iun. *consil. 98. num. 7.* Alexand. *consil. 38. num. 7. libro 3.* Felin. *in cap. Constitutus, num. 20. de rescript.* Bauer. *de virib. iuram. priuileg. 21.* Seraphin. *eod. tract. de iuram. priuileg. 22. num. 4.* Anton. Gabr. *commun. conclus. tit. de iureiur. conclus. 5. numer. 21.* Marc. Anton. Cucch. *d. tract. numer. 62.* Marc. Anton. Natta *cons. 591. num. 17.* Fusc. *in suis singular. lit. D. nu. 11. circa med.* Iacob. Menoch. *d. casu 203. num. 14. in fin. & casu 337. numer. 20.* Surd. *d. consil. 299. numero 2.* Carauit. *in ritib. Regni Siciliæ, ritu 287. num. 6.* vbi etiam Troisi. *num. 11.* Anton. Thesaur. *d. decis. 186. n. 4.* dicens cum hac sententia transiuisse Senatum, Farin. *dict. quæst. 29. num. 22.* Roland. *à* Valle *dict. consil. 31. numero 13. & seqq. libro 2.* Francis. Bursat. *consil. 345. numer. 30. lib. 4.* Nicol. Gen. *d. tit. de liter. iudicialib. nu. 10. & seqq.* veriorem, & communiorem hanc dicens *num. 11.* nec ab ea recedendum, Bonif. *de statut. præscrip. gloss. 21. num. 70.* Thom. Ferret. *cautel. 55. num. 2.* Carol. *de* Graff. *d. except. 32. num. 4. 5. & 6.* Vincent. Carot. *de remed. contra preiud. sent. vel damnos. execut. except. 168. numero 14.* Ioan. Bapt. Marchesan. *in tract. de commiss. seu rescript. 3. part. cap. 1. de commiss. super dilat. morat. num. 50. & seqq.* Luc. Matthæ. Apicell. *dict. tit. 2. num. 17.* Alexan. Trentac. *d. libro 3. tit. de solut. resolut. 1. num. 11. &* 12. Anton. Faber *in suo* Codice, *libro 1. tit. 6. de precib. Imperat. offeren. definit. 20.* Camill. Borrell. *super pragm.* Odia *lit. §. 1. gloss. 3. numero 26.* omnium latissimè (quem post hæc scripta vidi) Anton. Corneus *de absolutione forensi, part. 3. quæstione 5. per tot.*

Rationem reddunt, quia Princeps secularis iuramentum remittere † non potest, neque cir- 58
ca contractus iuratos dispensare, idque ac Romanum Pontificem expectare, ex *text. in cap. Venerabilem, de elect. cap. Nouit, de iud. cap. Cum contingat, cap. Debitores, de inreiurand.* Felin. *in cap. 1. num. 21. eod. tit. & in cap. 2. numer. 3. de sponsalib.* Alexand. *consil. 27. num. 7. &* 8. *lib. 1. & consilio 37. numer. 27. lib. 2. & consil. 38. num. 7. libro 3.* Ias. *in l. fin. numero 23. D. qui satisd. cog. Doct. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public.* Hostiens. *in cap. Quantò,* extra *de iureiur.* Curt. Senior *consil. 43. num. 15.* Thom. Gramm. *dict. decis. 12. num. 4.* Marcus Anton. Natta *dicto consilio 233. numero 1. & consil. 368. num. 7. libro 2.* Carol. *de* Graff. *d. except. 32. numero 5.* Petr. Surd. *d. consil. 299. num. 2.* Couar. *in cap. Quamuis pactum, 1. part. §. 3. num. 22. vers. Contrarium,*

Barbos.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Barboſ. *in l.* 1. *part.* 1. *num.* 77. *D. ſolut. matrim.* Gutier. *in auth. Sacramenta puberum, numero* 46. *C. ſi aduerſ. vendit.* Azeued. *in l.* 11. *nu.* 3. *tit.* 1. *libro* 4. *nouæ Reg. Collect.* Ledeſm. Azor. & Emman. relati à Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 13.

59 Quod ſi de conſuetudine † huiuſmodi moratoriæ literæ etiam pro debito iurato à Principe ſeculari concedi ſoleant, limitari conſueuit. Cùm conſuetudo illicitum aliàs, licitum efficiat, quando præſertim Euangelicæ doctrinæ non repugnat. Cùm nec in iſto caſu de tollendo, vel reſcindendo iuramento agatur: ſed de ſolutione (cuius gratia appoſitum eſt) ob debitoris neceſſitatem, & indigentiam aliquantulum differenda, ex *Modern. Pariſi.* iudicio *in additio. ad Alex. conſil.* 205. *libro* 2. & ita per *Senat. Pedemon. anno* 1586. 28. *April.* deciſum refert Anton. Theſaur. *d. deciſ.* 186. *num.* 6. non ſolùm in dilationibus annalibus, ſeu biennalibus; ſed etiam quinquennalibus. Cuius quidem in omnibus ferè partibus conſuetudinis exiſtentiæ teſtantur *idemmet* Theſaur. *ſuprà*, Nicol. Boër. *deciſ.* 296. *nn.* 5. de conſuetudine Aquitaniæ, Ant. Caius *in addit. ad* Angel. Aret. *in rubric. de except. num.* 13. de conſuetudine Galliæ, Carauit. 287. *Magn. Curiæ Vicariæ*, de conſuet. Regni Neapolitani, Nicola. Gen. *d. tit. de liter. indicialib. num.* 18. & *ſeqq.* vbi apud omnes conſuetudine peræque obſeruari. Vincent. Carot. *d. except.* 168. *num.* 17. Carol. *de* Graſſ. *d. except.* 32. *nn.* 8. vbi ſemper ita in Regno *Siciliæ* practicari vidiſſe, & ſic quotidiè ſeculares Principes, vel eorum Miniſtros prædictas literas præſtare aſſerit, iuramento non obſtante, Ioann. Bapt. Marcheſ. *de commiſſ. d.* 4. *part. cap.* 1. *de commiſſione, ſuper dilat. morat. num.* 56. Luc. Matthæ. Apicell. *d. tract. tit.* 2. *num.* 17. *col.* 2. *in princip.* Alex. Trentac. *variar. reſolut. d. reſolut.* 1. *tit. de ſolut. num.* 12. *verſic. Carauita.* Idquè in controuerſiam, diſputationemque in terris iſtas literas concedentium trahendum non eſſe, firmant Deci. *conſil.* 352. *in fin.* Petr. Surd. *d. conſil.* 299. *num.* 15. Vincent. Carot. *d. except.* 168. *numer.* 17. Carol. *de* Graſſ. *d. loco*, & Nicol. Gen. *ſuprà, num.* 22.

Principem enim legem vè ciuilem Apoſto-
60 licam † ſuper iuramento habere; probat *tex. in l. fin. in princip. D. ad municip. gloſſ.* & Bart. *in l. Adigere, §. Quamnis, D. de iure patronat.* Iaſ. *in l. Non dubium, n.* 26. *C. de legib.* Gramm. *d. deciſ.* 12. *num.* 15. Petr. Surd. *vbi ſup. n.* 14. Nicol. Intriglio. *conſil.* 19. *n.* 13. *lib.* 1. Carauit. *d. ritu* 287. *numero decimo* Carol. *de* Graſſ. *dict. except.* 32. *numero nono* Couarr. *in dict. cap. Quamuis pactum, 1. part. paragrapho* 3. *num. vigeſimo-ſexto*, Et poſt hæc ſcripta ſic intrepidè, optimiſque rationibus firmantem vidi *P. Ludouicum Molin. de iuſtit. & iur. tom.* 1. *diſp.* 149. *num.* 12. & 13. *tract.* 2. poſſeque ex rationabili, & legitima cauſa, quandoquè id ciuile, & politicum bonum poſtulat, ſecularem poteſtatem iuramentum relaxare; cuius probat ſententiam (intelligendo vt ibi per eum) Pat. Sanchez *in præcept. Decalog. d. libro* 3. *cap.* 22. *numero* 15. Oſuald. Hilliger. *in Donel. enucl. dict. libro* 22. *cap.* 9. *litera L. verſic. Verius tamen puto*, qui nec conſuetudinem ad id requiri, nec ab ea quidquam Principem emendicare, nec appoſitum iuramentum ordinariam Principis poteſtatem tollere, putat.

Iuramentumque ſemper ſalua authoritate ſuperioris † intelligi præſtitum, probat *text. in* 61
l. fin. (vbi id notat Alexan. *num.* 2. Iaſ. *num.* 6. & *ſeqq.* Paul. Caſtr. *n.* 2.) *D. qui ſatiſd. cog. cap. venientes, de iureiuran. cap. Conſtitutus, de reſcriptis, dict. l. fin. in princip. vbi* Bartol. *D. ad municip. Decius* (in terminos noſtris) *dict. conſ.* 352. *numero octauo*, Gram. *vbi ſup. numero decimo-ſexto*, Petr. Surd. *dict. conſil.* 299. *numero quinto lib.* 2. Franc. Burſat. *conſil.* 334. *numer.* 14. *lib.* 3. Nicol. Bander. *ſingul.* 1. *numer.* 17. & *ſequentibus.*

Hanc deinde inter aſſerentes poſſe Principem ſecularem debitoribus moratorias literas etiam in debito iurato concedere, & huiuſmodi in eo poteſtatem denegantes, componere intendunt controuerſiam multi: vt priorum ſententia vbi ſimpliciter eſſet iuratum: † Secunda, 62
quando in ſpecie non prætendere, aut opponere moratoriam, procedat. Ita Paul. Fuſc. *in ſuis ſingular. d. tit. D. nu.* 11. Carauit. *d. ritu* 287. *num.* 11. Vincent. Carot. *dict. except.* 168. *num.* 17. *in fin.* Carol. *de* Graſſ. *d. except.* 32. *nu.* 11. licèt ibid. in illo Regno Siciliæ huiuſmodi moratorias literas vtroque caſu concedi dicat, Alex. Trentac. *variar. reſol. d. lib.* 3. *reſol.* 1. *tit. de ſolut. numer.* 24. Nicol. Gen. *de ſcript. priuat. dict. titul. de liter. indicial. ſeu dilator. numer.* 45. & *ſequent.*

Adhùc tameu in vtroque caſu † poſſe ſe- 63
cularem Principem has literas debitori concedere, ſi de iuramento certior in ſupplicatione factus ſit; & ſuperiùs dicta firmant, & tenent in ſpecie Cyn. Salycet. & Iacob. *in d. l. fin. C. ſi contra ius vel vtilat. public.* Caſtrenſ. *in d. l. fin. numer.* 3. & Iaſ. *num.* 22. *D. qui ſatiſd. cog.* Franc. Anton. *de Iudic. in tract. de liquid. inſtrum. conſ.* 4. *numer.* 65. Cenſerique cum iuramento diſpenſare Principem, & ſic ſeruari quotidiè, refert Carau. *vbi ſupra*, ſequitur Luc. Matthæ Apicella *d. tit.* 2. *de morator. Princip. numero* 18. *verſic. Ego tamen limito, vbi eius* Addit. Maurit. Apicell. *num.* 531. & 532. hanc defendit, & quòd nec tunc contraueniens dicatur periurus, ſecundum Frecciam *de præſent. inſtrum.* 9. *part. quæſtione* 15. *à numero centeſimo quinquageſimo-primo, cum ſeqq.*

Vt autem ceſſet difficultas ſibi debent proſpicere debitores, abſolutionem iuramenti † 64
priùs à iudice Eccleſiaſtico obtinendo, quod facere poſſunt, Salycet. *in d. l. fin. numer.* 37. *C. ſi contrà ius, vel vtilit. public.* Oldrad. *dict. conſil. nonageſimo-ſecundo, poſt med.* tradit (ex Rebuff. & aliis) Antonin. Theſaur. *d. deciſ.* 186. *num.* 6. *propè fin.* ſic paſſim in *Gallia* ſeruari referens Vincent. Carot. *dict. except.* 168. *numero* 20. hanc (vt ſecuri ſint) debitoribus præſtans cautellam, de eadem conſuetudine teſtatur Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut.* 1. *numero duodecimo verſic. Ego in puncto iuris*, Iacob Menoch. *de arbitrar. dict. caſu ducenteſimo tertio, numer decimo-quinto*, Nicol. Genua *dict. libro tertio titul. de liter. iudicial. ſeu dilator. numero* 47. Carol. *de* Graſſ. *d. except.* 32. *numero decimo-ſexto*, Luc. Matthæ. Apicell. *dict. tit.* 2. *numero* 17. *col.* 2. *verſic. Aduerte tamen, in verb. Tertiò limitatur.*

Circa

Circa hæc autem notandum, quod vbi absolutio iuramenti postulata fuit; non tamen
65 obtenta, † poterit creditor (secularis Principiis indulto non obstante) coram iudice Ecclesiastico ad obseruantiam iuramenti cogere debitorem & sic per indirectum saluum conductum impedire, secundum Anton. Corne. *de absolut. d. iurament. part.* 3. *quæst.* 5. *num.* 53. & Marchesa. quos refert, & sequitur (satis notabile in practica id dicens) Vincent. Carot. *d. except.* 52. *num.* 19. Quòd si *Molina*, sequaciumque sententiam suprà proximè *num.* 60. relatam probemus, non hæc probanda, nec vtilis, aut necessaria, imò superflua, inutilisque cautela videtur.

Amplia nonò has moratorias literas etiam
66 ei, qui debitum inficiatus est, † posse concedi secundam Petr. Paul. Paris. *consil.* 100. *lib.* 3. vbi nulla lege reperiri expressum, per negationem tale beneficium amitti profitetur, vt eum referunt Anton. Guech. *d. tract. de morat. præscrip.* Thesaur. infrà proximè referendus, & Nicol. Genua *d. tit. de liter. iudic. seu dilator numero* 43.

Quod tamen ego in eo verum iudico, qui aliqua, etiam leui causa, absque dolo tamen vel lata culpa negauit. Et ita sententia eorum qui per inficiationem huiusmodi beneficium amitti dicunt, intelligi, limitarique potest. Quam tenuerunt Cucch. *vbi suprà*, Thesaur. *d. dec.* 186. *num.* 7. *vers. Quintò declaratur*, Luc. Matthæ. Apicel. *d. tit.* 2. *numer.* 18. *vbi eius Addit. num.* 530. Nicol. Gen. *vbi suprà num.* 41. 42. & 43. Alexand. Trentac. *d. tit. de solut. resolut.* 1. *num.* 8. *vers. Animaduertendum.* Aliter enim post litem contestatam etiã ante sententiam, vel conclusionem in causa, non posse debitorem huiusmodi literas post inficiationem obtinere sequeretur. Cuius contrarium tradidimus *suprà amplitione* 6. vbi etiã post sententiam concedi posse ostendimus. Facitque *text. in l. Alia*, 8. *C. de his quibus vt indign.*

Neque fundamenta contrariam sententiam tenentium multum vrgent; *Thesaur.* enim, & sequaces ea ratione mouentur: Quòd sicut mẽdax precator caret impetratis (*cap. Super literis*, 20. *de rescript.*) sic & in isto casu in mendacij pœnam dilationis fauore careat. Cui responderi potest, *textum* ibi loqui quando supplicatio ipsa principi porrecta mendacium continet cuius ratione rescriptum impetratum fuit. Iustum est enim, vt qui Principem fefellit, eius fauore careat, & ne ex malitia sua cõmodum reportet. Secùs autem forè dicendum quando à Principe non per mendacium moratorias literas obtinuit debitor licèt in iudicio debitum inficiatus fuisset, si iustam præsertim negandi causam habuit, quo casu nec rescriptum, in quo ignorantiæ causa aliquid falsum fuisset expressum, vel suppressum, inualidaretur, vt probat ipsemet *text. in d. cap. Super literis*, firmantque latè deductat per Ioan. Aloys. Ricci *decis. Curiæ Archiep. Neapol.* 9. *num.* 6. & *seqq. par* 4.

Vndè meritò Bald. *in cap.* 1. §. *Si vassallus, si de feud. fuer. contron. inter dom. & agnat.* (quem citat Alex. *in l. Etiam* §. *Licèt ff. solut. matrim.*) limitat omnes leges quæ volunt, negãtes, vel inficiantes puniri: *Si dolo, vel culpa negassent*, secùs si ex aliqua iusta causa. Sequitur (eos referendo) Vtil. *in addit ad* Matthæ. *de* Afflict. *decis.* 379. *numero* 3. Et in emphyteuta absque dolo, vel lata culpa negante, vt ab emphyteusi non cadat, licèt aliàs caderet, tradit (ex multis) Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 1. *num.* 12.

Nequè *text. in l. pen. ff. de cessione bonor.* (quem pro suprà dicta contraria sententia adducit Alexand. Trentacinq. præcitato loco, *variar. resolut. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 1. *num.* 8. *vers. Animaduertendum*) eam aliquo modo probat, † Tantummodò enim Vlpian. 67
ibi ad cessionis bonorum beneficium admittendum debitorem non esse, antequam debitum agnoscat, condemnetur, vel in iure confiteatur, asserit. Vnde etiam post negationem vel inficiationem, si debitum agnoscatur, ad cessionis beneficium debitorem admittendum supponit *Consultus*: non verò ante debiti agnitionem, rationibus adductis per *gloss. ibi verbo non debet.*

Quodquè ad cessionis beneficium, qui debitũ inficiatus est, † si iustam habuit negandi 68
causam, admittatur: latè ostendit Matthæ. *de* Afflict. *dict. decis.* 379. *per tot.* vbi *numer.* 4. Sacrum Consilium etiam post sententiam contra debitorem ex iusta causa negantem latam, admittendum ad cessionis beneficium, tenuisse dicit.

Amplia decimò huiusmodi moratorias literas posse principem ad instantiam dabitorũ creditoribus etiam ignorantibus, † vel inuitis 69
concedere, vt concludit Francisc. Viuius *decis.* 38. *num.* 2. & *seqq.* ita iudicatum non semel asserens, refert. & sequitur Nicol. Genua *de scrip. priuat. tit. de Annalib. & quinquennal. dilation. num.* 43.

Multis pariter aliis limitari potest principalis conclusio modis, qui tamen ampliationum (si Principis scientiam, eiusque in eisdem concessionem addamus) vices tenerent.

Limitari primò igitur poterit in causa dotis † vel alimentorum, in qua moratoria dilatio 70
(nisi nominatim & in isto casu fuerit concessa non prodest, locumvè habet, vt latè tradit Marc. Anton. Cucch. *de morator. præscript. num.* 87. *vsque ad numero.* 65. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 7. *num.* 2. Vincent. Carot. *de remed. contra præiudic. sentent. numero* 35. Bapt. *de Sancto* Blas. *de priuileg. dot. priuileg.* 2. 9. Carauit. *d. ritu* 287. *numero* 19. *vbi* Troil. *numero* 12. Thom. Zerol. *in praxi Episcopo verbo literas quinquennales, vers.* 5. Carol. *de* Grass. *d. except.* 32. *numero* 29. Nicol. Genua *vbi suprà, tit. de literis indicialibus siuè moratoriis, num.* 62. & 64. Alex. Trentacinq. *variar. resolut. d. lib.* 3. *tit. de solution. resolut.* 1. *numero* 22. Pyrrh. Maur. *de fideiuss. for.* 1. *part.* . *princ. in prælud.* 3. *p.* & *section. cap.* 2. (aliàs 11.) *numero* 4. Lucas Matthæ. Apicell. *in tutam. pauperum, tit.* 2. *de moratoria Principis numero* 19. *vbi eius Addition nu.* 533. & *tribus seqq.* Philipp. Paschal. *de virib. patriæ potestat.* 2. *part. cap.* 9. *numero* 68. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 222. *num.* 32. & *seqq.* Anton. Faber. *d. tit.* 19. *definit.* 20. Vincent. *de* Franc. statim reuetendus *num.* 2. Et pluries per Viceregem, & eius Collaterale Consilium istas dilatorias per annum,

etiam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

etiam aduerſus dotes, dummodò certum quid interim creditori ſoluatur, concedi profitetur *Carauit.d.ritu 287. num.19.*

In dilatione autem moratoria ex iuſtitia, à
71 maioti creditorum parte conceſſa, conſentire,† concurrereque minoris ſummæ creditores etiam dotales teneri, obſeruant Alexand. *in l. ſi conſtante, §. Quoties, num.11. D.ſolut.matrimon.* Vincent. *de* Franch. *deciſ.219. per totam*, præcipuè *n.5.* Carol. *de* Graſſ. *d.except.32.num.27.* Ioan. Baptiſt. *de* Sancto Blaſ. Carauit. Apicell. Alexan. Trentac. Vincent. Carot. & Genua locis proximè relatis.

Item & ſecundò, ſicut Principis debitori
72 conceſſa dilatio ad debitum ex cauſa dotis non extenditur; ſic nec ad debita minorum, † penſionum domorum, comeſtibiliumque pretium. Quos ſimul congeſſit caſus Nicol. Boër. *deciſ.196. num. 6.* eoſque ſigillatim fuit proſequutus Marc. Anton. Cucch. *d.tract.de morat. præſcrip. ex nu. 95. cum ſeqq. num.110.* & 104. Vincent. Carot. *in tract.de locato, & conducto, part. 5. tit.de verb.ſignific. quæſt. 16.nu.2.* vbi idem in ſalariis, penſionibus, vecturis equorum, & ſimilibus dicit, & *in tractat. de remed. contra præiudic.ſentent. vel damnoſ.execut.d.excep.168.nu. 34. & 35.* Carol. *de* Graſſ. *d.except. 32.numer.25.* Iacob. Menoch *de arbitrar.d.caſu 203.num.18.* Alex. Trentac. *variar.reſolut.d.lib. 3.tit.de ſolut.reſolut.1.num.15. & 16.* Ludouic. Mexia *in pragm.panis, concl.1.num. 165.* Nicol. Genua *de ſcript. priuat. d. lib.3.tit.de literis iudicialibus, à nu.67. vſquè ad 71.* Azeued. *in d.l. 2. titul. 14. libro 4. nouæ Reg. Collect. num.39.* Auendann. *de cenſib. cap.110.numer.1.& 3.* Lucas Matthæ. Apicell. *in tutam.pauper.d.tit.2.de morat. Princip.num.20. vbi eius Addit.numer. 542. & tit.1.de quinquennali dilatione, numer. 121. verſ. Idemquè iudicandum eſt*, Oſual. Hilliger. *in Donel. enucl. d. lib. 22.cap.9.lit.M.fol. 272. col. 1. circa med. verſic. Vnde idem puto*, Bouadill. *dicto libro 2.cap.16 nu. 125.* Antoni. Faber. *d.tit.19.defin.20. & definit. 11.* vbi idem
73 dicit, teſtaturque deciſum indebito pretij rei venditæ, † etiam non comeſtibilium, ne detur iniquitas, vt venditor & rem, & pretium retineat, contra *leg. Bona fides, 50. D.de act.empt.*

Hæc tamen (quantum ad penſiones do-
74 morum attinet) intelligenda ſententia eſt, vt conductionis tempore durante, † quo conductores in tenuta bonorum conductorum exiſtunt, procedat, ſecùs eo finito; quia ordinarium tunc reputatur debitum, ſecundum Menoch. *d. caſu 203.num.18.* & 19. Vincent. Carot. *dict. tract. de loc. & conduc.tit.de beneplacito, qu.16.* Garſ. Maſtrill. *in commen. ad indul.gen.cap.46. n.15.* Vrſil. *ad* Afflict. *dec.288.numer.1.* & alij, quos refert, & ſequitur Maurit. Apicella *in addit.ad patrem d.tit.2.ad num.20.ex num.ipſius, nu.540.* idem pro mercibus, & vecturis tenere ſuprà dicto addens.

Limitatur tertiò principalis concluſio, vt
75 non quoad fideiuſſores † (niſi in ſupplicatione de eis nominatim ſit facta mentio, pro eiſque moratoria conceſſa) locum habeat, ſecundum Bald. Cyn. & Salycet. *in d.l. Quoties, C.de precib.Imp. offer.* Aret. *in rubric.inſtit.de except.numer.13.* Bart. *in l. Cùm filiusfam. §. ſi ſtipulatus ſum, n. 2. D.de verb.ſignific.* Ias. *in d.l. Quoties, num.fin.* Marc. Anton. Cucch. *d. tract.num. 122. & ſeqq.* Lancell. Conrad. *in templo iudic. libro 1. cap.1.§.4.tit.de Imperatore, ver. Debitori dilatio indulgetur, num. 10.* Fab. *de* Anna. *conſil.82.n.7. lib.1.* Azeued. *in d.l.2.tit.14. libro 4. nouæ Reg. Collect.nu.42.* Iacob. Menoch. *de arbitra. lib.2. cent.3.d. caſu 103. n.26. & caſu 337.nu.22.* Carauit. *d.ritu 287.n.16.* Proſper. Farinac. (communem dicens) *d.quæſt.29.numer. 25.* Nicol. Gen. *de ſcript.priuat.d.lib.3.tit.de literis indicialibus, vel moratoriis, per tot.* Vincent. Carot. *d.except. 168.numer.23.* Ioan. Bapt. *Marcheſan. in tract. de commiſſ. 3. part. cap.1.§.1. de commiſſione ſuper moratoria dilatione, num.25. & 27.* Carol. *de* Graſſ. *d.except. 32.num.37.* Lucas Matth. Apicella *in tutam. paup.tit. 1. de quinquennali dilatione, num. 81.* & Maurit. Apicel. *in Addit. ad eundem in tit.2.de moratoria Principis, ad n.22. ex num.ipſius, n.573.* Tapia *ſuper lib.4.iu.noui. tit.de moratoria, rubric.19. verſ.21.* Rouit. *ſuper prag.3. de ceſſione bonor. n.30.* Garſ. Maſtril. *dict. comment. ad indul.gen. cap.46.num.5. & 6.* Alexand. Trentac. *variar.reſolut. dict. lib. 3. tit.de ſolut. reſolut.1.numero 25.* Ioann. Bernard. Muſcatel. *in prax fideiuſſ. 2. part. quæſt. 9.* Matthæ. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt. 8.nu.6.* Boui. *de ſtatutar. vrbis præſcriptione, gloſſ. 21. nu. 64. & 65.* Petr. Surd. *conſ.327.num.23. lib.3.* Pyrth. Maur. *de fideiuſſor. ſecund. par. princip. ſect.9.§.10. per tot.* Cæſar. Barz. *deciſ.78. à num. 15. cum ſeqq.*

Ratio eſt, quia cum huiuſmodi fauor principalem debitorẽ reſpiciat; eius perſonam egredi non debet, *l. Exceptiones, 7. D.de except.leg. Quia tale, 13.* cum ibi notatis, *D.ſolut.matrim. l. Etſi fideiuſſor, 24. D.de re iudic.* aduertunt omnes proximè citati, alias etiam rationes adducentes.

Multis tamen ſublimitationibus hæc ſubiacet limitatio. Primò, vt fideiuſſor etiam comprehendatur, ſi aliàs moratoria inutilis † debi- 76
tori redderetur, ſecundum Bart. *in l. Stichum, §. Quod vulgò, D.ſolut.matrim.* Alex. & Socin. *in l. Cùm filiusfam. §. 1. D.de verb.ſignif.* Vincent. Carot. *d.except.168.n.24. & except.25. nu.142.* Carol. *de* Graſſ. *vbi ſup. num. 41.* Nicol. Gen. *d.titul.de literis indic. ſeu morat. quæſtio. 1. nnmer.16.*

Ideòque vt fideiuſſor dilatione principali conceſſa fruatur, præſtari cautela fideiuſſori ſolet, vt principali debitori litem denunciet, vtque in iudicio compareat, & in ſe iudicium ſuſcipiat, inſtet, idque debitor opponat, ſua intereſſe dicendo. Aliàs enim fideiuſſori contra principalem daretur regreſſus, in effectuque de nihilo moratoria ſeruiret, & quod vna via prohibetur creditori, ad id alia admitteretur, vt aduertit Anton. Heringi. *de fideiuſſor, 4. part. c.27.num.52.* Petrus Surd. *deciſ. 301. num.16.* latè proſequitur (alios) adducens) Pyrth. Maurit. *ſuprà, num. 12.15.16. & 17.* Vbi id ex eo etiam firmat, quia principalis debitor fideiuſſores conuentos defendere, † ac exceptiones, quæ 77
fideiuſſoribus non communicantur, ratione ſui intereſſe opponere poteſt, ex Bart. *in l. Idemquè, paragrapho Generaliter, Digeſtis mandat.* Fabro, & Aret. *in §.1. inſtit.eod.* Arias Pinel. *in lege ſecundo part. 2. capite 33. numero quadrageſimo quarto, C.de reſcind.vend. Hering.* ſuprà dicto loco, & aliis.

Sublimitatur ſecundò, quando moratoria ex motu proprio † Principis conceſſa eſſet, 78
quia

quia tunc etiam fideiussoribus prodest, ex sententia Salycet. *in d. Quoties num.* 4. *vers. Secundo verò casu. C. de precib. Imper. offer.* Marc. Anton. Cucch. *de morat. præscript. num.* 137. Petr. Rebuff. *super constit. Gall. tit. de lit. art.* 1. *gloss.* 1. *num.* 42. *&* 43. Fab. Anna. *d. consil.* 82. *numero* 5. Carol. *de* Grass. *dict. except.* 32. *num.* 41. Ioann. Baptist. Marchesan. *d.* 3. *capite* 1. §. 1. *de commissione super moratoria, num.* 41. *&* 42. Pyrrh. Maur. *vbi suprà num.* 13. Nicol. Gen. *d. quæst.* 1. *num.* 8. 9. *&* 10.

Sublimatur tertiò, quando fideiussor beneficio † cedendarum non renunciauit. Cucch. 79
vbi suprà, numero 136. Fabius Anna. *dict. consil.* 82. *numero.* 10. Valent. Franc. *de fideiussor. cap.* 3. *numero* 154. *& sequentib.* Carolus *de* Grassis sæpè repetito loco *nnmer.* 43. Bernard. Moscatell. *in fideiussor. d.* 2. *parte, quæst.* 9. Anguis. *consil.* 142. *num.* 2. *lib.* 3. Anton. Hering. *d. c.* 27. *num.* 76. *cum seqq.* Pyrrh. Maur. *dict.* 2. *part. princip. sect.* 9. §. 10. *numero* 14. Vincent. Carot. *d. except.* 168. *num.* 26. Nicol. Genua *d. quæst.* 1. *numero* 12. *&* 13. vbi explicat, quòd si creditores ad solutionẽ fideiussorem vrgeant, poterit. se offerre paratum solutioni, modò per ipsos creditores sibi contra principalem debitorem actiones cedantur, quas cum illi (efficaciter saltem dilatione debitori concessa durante) cedere non possint, ab egendo contra fideiussorem, qui huic cedendarum actionem beneficio non renunciauit, arcedendos, satis manifestè deducit.

Et idem quando fideiussor beneficio fideiussorum, † non renunciauit (de quo in *auth.* 80
Præsente, C. defideiussor.) obseruant Anton. Cucch. *suprà num.* 138. Carot. *d. loco, num.* 28. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. d lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 1. *num.* 25. *versic. Secunda est.*

Sublimitatur quartò in obligationibus faciendi, † in quibus dilatio principali concessa 81
fideiussor prodest Bald. *in d. l. Quoties, num.* 4. *vers. Finaliter, C. de precib. Imperat. offerend.* Ioan. Baptist. Marchesan. *vbi supr. num.* 24. *Grassis d. num.* 43. *vers. Quartò intelligas,* Carot. *d. except.* 168. *num.* 27. Genua *vbi suprà numero.* 15.

Sublimatur quintò in moratoria debitori 82
per maiorem creditorum, † partem concessa, quæ fideiussori etiam suffragatur. Felin. *in c.* 2. *numero* 34. *de Sponsalib.* Vrsil. *ad* Afflict. *dict. decis.* 228. *nnmero* 1. Bursat. *consil.* 214. *num.* 29. *lib.* 2. Bard. *in tractat. de tempore vtili, & continuo, numero* 8. *versic. Sic in suprà dictis,* Anton. Heringi. *de fideiussor. d.* 4. *part. cap.* 27. *numero* 69. Nicol. Genua *d. quæst.* 1. *num.* 11. Pyrrh. Maur. *d.* §. 10. *numero* 11. Valent. Franch. *de fideiussorib. c.* 3. *num.* 172. *& seqq.* Pluresque alias sublimationes videri per suprà dictos poterunt.

Limita quartò principalem conclusionem, vt debitor dilatione cõcessa gaudere non possit, nisi de restituendo debitum post eam ido-
83 neam cautionem † præstet. *d. l. Vniuersa, 6. C. de precib. Imper. offerend. d. c. Vniuersa* 25. *quæstione* 2. Abb. *in. c. Quoad consultationem, numero* 23. *de re indic.* Guid. Pap. *quæstione* 109. Marc. Anton. Cucch. *d. tract. num.* 53. Marc Anton. Natta. *consilio* 591. *num.* 1. *libro* 3. Annan. *singul.* 463. Vital. *d. clausul. clausul. Nihil nouari appellatione pendente, nu.* 3. Hieronym. Cagnol. *in dicta l.* 2. *num,* 146. *C. de precib. Imperator. offerend.* Afflict. *decisione* 378. *numero* 1. *vbi* Vrsil. *num.* 3. *& dicta decis.* 288. *numero* 1. Prosper. Farinac. (communem dicens) *quæst.* 29. *num.* 27. Vincent. Carot. *d. except.* 168. *num.* 42. Ioan. Baptist. Marchesan. *de commissione* 3. *parte capite* 1. §. 1. *de commissione super dilatione moratoria, numero* 31. Alexand. Trentacinq. *dicto libro* 3. *titulo de solut. resolut.* 1. *num.* 6. Paul. Fusch. *singul. litera D. numero* 11. Lancellot. Conrad. *in templo iudic. lib.* 1. *capite* 1. §. 4. *de Imperatore. in verbo debitoribus dilationem indulgere, num.* 8. Thom. Zerol. *in praxi Episc. in verb Quinquennalis, versiculo* 2. Cumia *super ritibus Regni* Siciliæ *capite* 80. *num.* 18. *& capite* 95. *n.* 27. Lucas Matth. Apicella *in tutam in pauper. titulo* 2. *de moratoria Principis, numero* 3. *& 6. vbi* Maurit. Apicella *in addit. numero.* 466. Nicol. Genua *de priuata script. dicto libro* 3. *titulo de Annal. & quinquennal. dilat. numero* 15. communem dicens Petr. Barbos. *ad leg. in omnibus num.* 9. *&* 10. *& ad leg. Si debitori,* 21. *num.* 153. *D. de iudic.* Antonin. Faber. *in suo Codice titulo* 9. *de precibus Imperator. offerend. definitione* 6. *& definit.* 20. *propè finem, versicul. Si cauere* Osualdus Hilliger. *in* Donel. *dicto l.* 22. *c.* 9. *litera N.*

Amplia istam limitationem, etiamsi talis 84
cautio in moratoria remitatur. † Remissione namque non obstante, prædictam cautionem præstare debitor tenetur, ob magnam, quæ inde creditori insurgeret, læsionem, *gloss. fin. in fin. & ibid. Doct. in d. l. Vniuersa, C. de precib. Imperat. offer.* Carauit *d. ritu* 287. *num.* 5. Carol. *de* Grass. *de except. ad mater. statuti exclud. omnes except. d. except.* 32. *num.* 98. Vincent. Carot. *de remed. contra præiudic. sentent. vel damnosas execut. d. except.* 168. *num.* 43. Alexand. Trentacinq. *d. resolut. 1. n.* 7. Lucas Matthæ. Apicell. *vbi suprà, d. n.* 6. Nicol. Genu. *d. loco, n.* 15. *&* 16. vbi eum veriſſimam sententiam dicit.

Omnes tamen prædicti hanc eandem limitant ampliationem, si in moratoria inesset clausula *Non obstante*, † quia tunc non desi- 85
deraretur cautio, & absque ea dilatione debitor frui posset, & sic (præter eos) tenent etiam Ias. (intelligendus ita) *in d. l. Quoties num.* 15. *C. de precib. Imperat. offerend.* Ioan. Bapt. Marches. *d.* 3. *par. cap.* 1. §. 1. *de commiss. super dilat. morat. n.* 32. *& seq. &* Gen. *vbi sup. n.* 17.

Hanc præterea quartam limitationem se- 87
cundò amplia, vt etiamsi debitor. sit diues, † valdeque idoneus, procedat. Adhuc enim prædictam cautionem præstare debet, Alex. *in l. Diuortio,* §. *Interdum, n.* 11. *D. solut. matrim. & in l.* 1. *n.* 12. *D. qui satisd. cog.* sequitur Vincent. Carot. *d. except.* 168. *n.* 48. Luc. Matthæ. Apicell. *d. tit.* 2. *n.* 12. Carauit. *super ritu* 173. *n.* 9. Carol. *de* Grass *d. except.* 32. *n.* 118. Quibus etiam tales moratorias literas concedi posse, ac solere: & suprà diximus, & frequenter in hisce Regnis maioratum Dominis, Marchionibus, Comitibus, aliisque magnatibus ære alieno grauatis, nec non mercatoribus, & banchariis, ob instantem aliquam necessitatem, cuius ratione tunc commodè soluere non possunt,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sunt, videmus concedi. Aliàs enim nisi iusta inesset causa, diuiti (vt iam notauimus) huiusmodi non foret concedenda dilatio.

87 Ideòque omninò requiritur satisdatio, quia aliquo modo suspecti sunt. Cùm aliàs debitor diues, & soluendo (etiam vbi satisdatio requiritur) satisdare † non teneatur, *l. Quicumque, la 2. 7. in ordine*, vbi notat Bart. *C. de fund. patrim. lib. 11.* Ludouic. Roman. *cons. 67. num. 4. & ibi* Mand. *in verb. Possidere*, Marc. Anton. Natta *cons. 267. n. 3. & 4. lib. 2.* Bergnin. Caualc. *decis. 8. num. 19. part. 2.* Ferret. *de præsent. instrum. part. 7. qu. 6. nu. 7.* Petr. Surd. *cons. 36. num. 14. & decis. 283. n. 10.* Toro *in compend. decis. Reg. ver. Cautio, an sit præstanda, etiamsi statuto caueretur*, Maurit. Apicell. *in addit. ad patrem, in tutam. pauper. d. tit. 2. de moratoria Principis, ad nu. 12. in num. ipsius n. 493. & 495.* Petr. Barbos. *ad d. leg. si debitori, n. 156. D. de iudic.*

Ampliatur 3. prædicta 4. limitatio, vt etiamsi
88 moratoria annalis † sit, debeat cautio præstari, ex *d. l. Vniuersa, C. de precib. Imperat. offer.* Nicol. Boër. *dict. decis. 296. numer. 2.* Anton. Thesaur. *decis. 91. nu. 2.* Nisi in contrarium suaderet stylus, Luc. Matthæ. Apicell. *in dict. tit. 2. de morat. Principis, num. 8.* Nicol. Genua *d. lib. 3. titulo de Annali & quinquennal. n. 11. & 12.*

Sublimita tamen eandem quartam limitationem (quæ satisdare debitorem debere, vt moratoria sibi concessa frui possit, habet) &
89 intelligè si à creditore oppositum, † sitque satisdatio petita: secùs si non contradicat, nec petat: tunc enim etiam non data satisdatione moratoria gaudebit debitor, ex *text. in l. si quis filium, 5. Stipulatio, D. de collat. bonor. l. 2. §. Quod ait Prætor, D. quod legat.* ibi: *Non ergo offerre debet satisdationem, sed petenti moram non facere, gloss. & Doct. in d. l. Vniuersa*, Ripa *in l. Ita stipulatus, num. 8. ver. Quintò dubitatur, D. de verb. & sig. & in l. 4. §. Hoc autem iudicium, numer. 4. D. de damno infect.* Decius *cons. 607. n. 3.* Marc. Anton. Cucch. *de morat. præscript. num. 53.* Hippol. *de* Marsil. *in rubric. de fideiussor. numer. 145.* Abb. *cons. 96. n. 4.* Vrsil. *in addit. ad* Afflict. *dec. 378. n. 3.* Matthæ. Brun. *de cess. bonor. quæst. 21. num. 2.* Lancellot. Corrad. *in templo iudic. lib. 1. c. 1. §. 4. de Imperatore, in verb. Debitoribus dilationem indulgere, n. 11.* Carol. Ruyn. *cons. 26. numer. 33. lib. 4* Petr. Surd. *cons. 124. numero 1. & 2.* Lucas Matthæ. Apicell *in tutam. pauper. d. tit. 2. de morat. Principis, num. 6. versic. Quam conclusionem, & num. 7. vbi eius Addit. numero 466.* Carauit. *ritu 189. numero 5. & dict. ritu 287. num. 5.* Vincent. Carot. *d. except. 168. num. 44.* Carol. *de* Gras. *d. except. 32. numer. 100.* pluribus mediis hanc comprobans sententiam ex *numero 103. ad num. 117.* Francisc. Marc. *decis. 33. numero 2. in prima parte*, latè etiam comprobat, & defendit Marchesan. *d. 3. part. capit. 1. §. 1. de commissione super dilat. morat. nu. 14. & sequent. vsque ad 21.* Nicol. Genua. *d. tit. de Annal. & quinquennal. nu. 18. & seqq.* vbi plurib. ad *n. 21.* firmat, Pyrrh. Maur. *in tract. de fideiussor. 1. part. princip. in prælud. 3. particulæ, & sectionis, cap. 2. (aliàs 11.) nu. 1.* Alexan. Trentacinq. *variar. resolut. d. libro 3. tit. de solutionib. resolut. 1. numer. 8.* Petr. Barbos. *in d. l. si debitori, num. 155. D. de iudic.* Andr. Gaill. *practic. obseruat. libro 2. obseru. 46. n. 14.* Osuald. *d. lib. 22. cap. 9. litera N, versic. Sed ita si creditores petant.*

Sublimita secundò, in quinquennali delatione à creditoribus † concessa, in qua non requi- 90
ritur satisdatio, secundum Vrsil. *in addit. ad* Afflict. *decisione 288. num. 2.* vbi sic multoties vidisse in praxi seruari dicit, contra Roman. *cons. 439. in fin.* tenetque cum Vrsillo; Luc. Matthæ. Apicella *dict. tit. 2. numero 8. & ibidem eius Addit.* Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 15. part. 5. gloss. fin.* Paz *in praxi, 4 parte, 1. tom. cap. 6. num. 5.* Quidque hodiè in mercatoribus fallitis obseruetur, vide *text. in l. fin. ad fin. tit. 19. lib. 5. nouæ Reg. Collect.*

Sublimita tertiò, in moratoria quinquaginta dierum, † in qua satisdatio non debitor suspe- 91
ctus sit de fuga, desideratur. Bonus *text.* (ita ab Antonin. Thesauri *Additionatore* intellectus *decis. 186. col. fin.*) *in d. l. si debitori, 21. D. de iudic.* quem sequitur Maurit. Apicell. *in addit. ad Patrem d. tit. 2. ad numer. 8. ex numer. ipsius, nu. 466. in fine.*

Sublimita quartò, vbi debitor fideiussorem ob paupertatem inuenire † non potest, quia 92
præstita iuratoria cautione, dilatione (remissa satisdatione) fruetur: cum aliter illusorium huiusmodi redderetur beneficium, sic tradente Cornel. Beninca. *de paupertate, speciali 8. in iudiciis, nu. 34.* per notata in *auth. Generaliter, C. de Episcop. & Cleric. & in leg. 1. D. qui satisd. cog.* Greg. Lopez (omninò videndus) *in dict. leg. 33. tit. 18. part. 3. gloss. verb. Fiadores*; sentit Anton. Faber. *in suo Codice, libro 1. titul. 9. de precib. Imperat. offer. definit. 20. circa fin. versic. si cauere nullo modo velit, nec iurato quidem*, Farinac. *dict. quæst. 29. num. 30.* Nicol. Genu. *dict. tit. de Annal. & quinquenn. dilat. numero 31. vsque ad nu. 38.* Petr. Barbos. *in l. Diuortio, 8. §. Interdum, n. 27. D. solut. matr.*

Vel fortè cautionem cum generali hypotheca bonorum sufficere dicunt idem ipsi Gregor. Lopez, & Beninc. *vbi suprà, num. 35.* Huiusmodiquè iuratoriam cautionem cum generali hypotheca bonorum præstandam fore, asseruit Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin. 63. nu. 9. part. 2.* eumque referens Prosper. Farinac. *vbi sup.* Hæc simul congessit Osuald. *in* Donel. *enucleat. dict. lib. 22. cap. 9. lit. N.*

Et licèt hoc in casu iuratoriam cautionem non sufficere tenuerint aliqui, inter quos Roland. *à* Valle *consilio 43. numero 6. libro 2.* Anton. Heringi. *de fideiussor. cap. 5. n. 132.* Pyrrh. Maur. *de fideiussor. dicta 1. parte princip. in prælud. 3. particulæ, & sectionis, c. 2. (aliàs 11.) numero secundo & cap. 25. (aliàs 34.) numero 22.*

Intelligi tamen debent, vbi moratoria ob aliquam aliam quàm paupertatis causam concessa est, quia tunc satisdatio omninò requiritur; secùs si paupertatis ratione, ob quam fideiussorem inuenire non potest debitor, quia iuratoria sufficiet cautio. Hanc tradiderunt distinctionem, tenueruntque sententiam Cornel. Beninc. iam citato loco, Gregor. Lopez *vbi supra*, Bald. Nouell. *in tract. de dote, part. 8. priuileg. 12.* Staphil. *de liter. institit. cap. Vlteriùs pro declaratione, numero duodecimo* latè Ioann. Baptista Marchesan. *de commission. dict. 3. part. capite primo paragrapho primo de commissione super dilatione moratoria, numero vigesimo-primo, & sequentibus* Ioseph. Ludouic. *dict. decisione sexagesima-tertia, numero 9.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Carolus *de* Graſſis *d. excepti.* 32. *num.* 119. Farinac. *dicto numero* 30. Vincent. Carot. *dict. excepti.* 168. *num. fin.* Pyrth Maur. *dict. c.* 25. (*aliàs* 34.) *numer.* 13. Lucas Matthæ Apicella *dicto titulo* 2. *numero* 11. *& ibi eius Addit. num.* 492. *& in tractatu de donat.* 1. *parte, cap.* 2. *quæſtione* 8. Garſ. Marſtrill. *in commento ad indult. gen. cap.* 46. *numero* 20. Alexand. Trentacinq. *vbi ſupra, numero* 9. Hodieque in partibus illis poſt ordinationem quamdam ibi allegatam, teſtatur (cum Zang. quem refert) obtinere Oſuald *cap.* 9. *litera N.* quouiſque caſu iuratoriam ſufficere cautionem Galliæ pragmaticos aſſerere, tradit Anton. Faber. *dicto libro primo titulo nono definit. vigeſima prima, num.* 4. & eo Oſuald. vbi proximè.

93 Quod autem fideiuſſorem debitor non inueniat, per ipſius debitoris iuramentum † (cui ſtatur) probare ſufficit, ſecundum Accurſ. *in l.* 1. *in verb. fideiuſſoribus, propè med. D. qui ſatisd. cog.* Cattel. Cott. *in memorab. verb. Iuramentum probat,* Iuli. Clar. *in pract. crimin. quæſt.* 46. *numer.* 15. Anton. Scap. *de iure non ſcripto, libro* 5. *cap.* 74. *numer.* 5. Maurit. Apicell. *in addit. ad patrem in tutamin. pauper. dict. tit.* 2. *de morat. Princip. n.* 492. *ex num. ipſius* Camill. Borrell. *in ſumma deciſ. tit.* 60. *de iuramento, n.* 219 *&* 220.

Limita quintò principalem concluſionem, ſi debitor dilationem prætendens paupertatem
94 ſuam non probauerit, † ad quinquennalem ſaltem dilationem impetrandam; in annalibus namque nulla exigitur probatio, debitoriſque iuramento pauperem ſe dicentis ſtatur. Firmant vtrumquè Boëri. *d. dec.* 296. *num.* 1. 2. *&* 3. Quintillian. Mandoſ. *in regul.* 10. Cancell. *q.* 4. *caſu* 62. Marc. Anton. Cucch. *de morat. præſcript. n.* 32. *& ſeqq.* Anton. Theſaur. *dicta deciſ.* 186. *numero* 6.

95 Limita ſextò *in debitore diuite,* † & ſoluere ſtatim commodè valente, licèt creditor locupletiſſimus ſit, cum huiuſmodi dilationes miſerationis cauſa conceſſæ ſint, *l. ſi cum mulier,* 16. §. *Cùm intra, D. de compenſat.* Cucch. *vbi ſupra, numer.* 106. *&* 149. Imò cum ob paupertatem concedantur; aduenientè pingiori fortuna, dilatio ceſſabit, ſtatimquè tenebitur debitor creditori ſuo ſatisfacere; cum diſpenſationis cauſa ceſſante, ceſſare debeat diſpenſatio, ex iuribus vulgat. notat Andreas Tiraquell. *de cauſa ceſſante,* 1. *parte, numero* 91. 92. *&* 93. Azeued. *conſil.* 34. *numer.* 32. & in terminis Lucas Matthæ. Apicell. *d. tractat. & tit.* 2. *numer.* 15. Marc. Anton. Cucch. *vbi ſuprà, num.* 154. Et in quinquennali dilatione à maiori creditorum parte conceſſa idem dixit, latè proſequutus *ipſemet* Apic *ſuprà tit.* 1. *num.* 155. 156. *&* 157. Oſuald. Hilliger. *in* Donel. *enucl. d. lib.* 22. *cap.* 9. *litera N. pag.* 272. *col.* 2. *verſic. Sed ſi interim,* allegat *l.* 4. §. 1. *de mun. & l.* 8. *de vac. muner.*

Licèt autem debitor meliorem fortunam non deuenerit, & poſt dilationis conceſſæ terminum
96 aliam impetrauerit, † ea gaudere non debet, iuxta *text. in cap. Caterum, 3. de reſcript.* obſeruat (poſt Petr. Rebuff. ibi relatum) Anton. Faber *in ſuo Codice, lib.* 1. *d. tit.* 9. *defin.* 1. *&* 20. *verſic. Aut ſi iam ſemel antea idem beneficium impetrauerit.*

Nec, ſi poſt conceſſæ *dilationis terminum* non ſoluerit, ad ceſſionis beneficium admitte-
97 tur, † ſed in carcerem detrudendum, dicunt Marcheſa. *de commiſſion. ſuper dilatione morat. commiſ.* 4. *cap.* 1. *numero* 11. *& ſeq.* quem refert, & ſequitur Nicola. Genua *dicto titulo de Annalib. & quinquennalib. dilationib. n.* 34. *&* 40. Cæſar Barzi. *deciſ.* 78. *nu.* 3. *in fin.* Alexand. Trentacinq. *d. reſolut.* 1. *num.* 10. Anton. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 5. *num.* 227. Oſuald. *vbi ſupra, verſic. Denique hoc beneficio.* Et ſi contradicentes referat Afflictum *deciſione* 378. *octaua,* Ranchin. & Ferrer. *ad* Guidon. Pap. *quæſtio.* 97.

Limita ſeptimò principalem concluſionem, ſi creditor pauper eſt, † quia priuilegiatus, con- 98
tra pariter priuilegiatum priuilegio non gaudet; vt in terminis tradit Antonin. Theſaur. *dict. deciſ.* 186. *num.* 7. vbi hanc clauſulam in hiſce dilatoriis literis inſeri, hiſque verbis in eis Senatum vti, teſtatur: *Si creditor in eadem, vel maiori egeſtate non ſit, &c.* Matth. *de* Afflict. *deciſ.* 377. Antonin. Faber. *d. definit.* 20. *verſic. ſi contra pauperiorem beneficium hoc impetretur,* Oſuald. Hillig. *in* Donel. *enucleat. d. lib.* 22. *cap.* 9. *litera M. col.* 272. *in princ.* Neque enim vt vnum altare cooperiatur, aliud erit diſcooperiendum, iuxta *text. in cap. Cùm cauſam, de prabend. & dignit.*

Inde fit, beneficium *Ne quis conueniatur vltra quàm facere poteſt,* contra exiſtentem in pa- 99
ri, † vel maiori egeſtate non concedi, Bart. (communiter receptus) *in l. Maritum, numero* 4. *D. ſoluto matrimonio,* Alexand. *&* Zaſi. *numero* 20. Baldus *in leg.* 2. *numero* 5. *C. quod cum eo,* Bar-Bat. *in capit. Oduardus, numero* 2. extra *de ſolut.* Anton. *à* Padill. *in l. ſi Præſes, numero* 8. *C. de ſeruitut. & aqua.* Didacus Couarr. *in regula Poſſeſſor,* 2. *parte,* §. 2. *numero* 4. *verſic. Hinc etiam deducitur,* Auileſ. *in cap.* 18. *Prator. gloſſa, verb. Qual conuenga, numero* 7. *poſt verſicul. His & aliis,* Ioannes Gutierr. *de iuramen. confirmat.* 3. *parte, cap.* 15. *numer.* 4. Matthæ. Brun. *deciſion. bonor.* 4. *part. princip. quæſt.* 20. *numero trigeſimo* Marius Giurba *deciſione quadrageſima-ſecunda, numero tertio* Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiſcop. cap.* 3. *numero decimo-quarto,* Petr. Barboſ. *in dicta l. Maritum, numero quadrageſimo-ſexto, verſic. Quartò principaliter,* Matthæ. Apicella *in tutam. pauper. tit.* 4. *de ceſſione bonor. numero decimo-nono, verſicul. Idem dicimus, & numero vigeſimo-nono,* Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæſtione ſeptuageſima-octaua nnmero* 34. 35. *&* 36. magis communem dicens, Ioann. Bapt. Coſta *de remed. ſubſidia. remed.* 28. *numero* 7. Ladetch. *conſil.* 30. *numero ſeptuageſimo* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 799. *numer.* 7. & 8. Oſuald. *in* Donell. *enucleat, libro* 27. *cap.* 9. *lit. OO. in annot.*

Sic & in beneficio ceſſionis bonorum, † ad 100
quod contra creditorem in pari, ſeu maiori egeſtate exiſtentem debitor non admittitur, ſecundum *Brunum dict. tract. de ceſſ. bonor.* 4. *part. princip. quæſtione decima-tertia,* latè (contrariis reſpondendo) Mattæ. Apicell. *vbi ſuprà, titulo primo de quinquennali dilatione, numero ſexageſimo & titulo* 4. *de ceſſione bonorum, numer.* 69.

Limita octauò principalem concluſionem, vt moratoria conceſſa debitori, eius: hæ- 101
redibus † non poſſit, neque ad eos extendatur, ſic tradentibus Vincent. Carot. *d. excepti.* 168. *numero* 38. Carol. *de* Graſſ. *dict. excepti.* 32. *numero* 47. & ab eo relatis *Troi-*

ſi,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſi. d. ritu 287. *numero* 15. *& Fuſc. d. ſingul. lit. D. numero.* 11. Alexand. Trentacinq. *variar reſolut. d. lib. 3. tit. de ſolut. reſol.* 1. *numero* 29. Nicol. Gen. *d. lib. 3. tit. de literis iudicialib. ſeu morat. queſt.* 4. Idem quoque in beneficio, *Ne quis conueniatur*
102 *vltra quam facere poteſt.*, † dicentibus, vt ad hæredes non tranſeat, ex ſententia *Bruni de ceſſione bonor. queſt. 6. n. 8. 4. q. princ.*

Limita nonò, vt Princeps ſecularis dilationem ad ſoluendum debitum Eccleſiæ
103 † nequeat concedere. Ita Iacob. Menoch. *de arbitr. d. caſu* 203. *numero* 20. ex aliiſque etiam Carol. *de* Craſ. *ſuprà, num.* 35. *&* 36. Nicol. Genu. *d. loco tit. de liter. iudicialib. ſeu morator. in princip. num.* 65. *&* 66. Maurit. Apicell. *in addit. ad patrem, d. tit.* 2. *ad n.* 20. *ex num. ipſius, num.* 545. plures alios referens, vbi *num.* 547. diſtinctionem aſſignat, an habuerit ortu à laico, in Eccleſiamque, vel perſonã Eccleſiaſticam cum ſua tranſierit cauſa, vel non, Ant. Fab. *in ſuo Cod. d. lib. 1. tit. 6. definit.* 20.

Limita decimò principalem concluſionẽ,
104 vt in debito de recenti † contracto locum non habeat, Iacob. Menoch. *vbi ſupr. num.* 24. Alexand. Trentacinq *d. loco, num.* 17. *&* 18. Anton. Faber. *dict. definit.* 20. *num.* 18. Oſuald. Hilleger. *in Donel. enucleat. d. lib.* 22. *cap.* 9. *litera I. pag.* 271. *col.* 1. *verſic. Non enim ſi nuper.* Húcque reſpicit de iure Regio *text. in l.* 7. *tit.* 19. *libro* 5. *nouæ Reg. Collect.* quatenùs dicernit: *Y ainſi miſmos ſean auidos, y jazgados por alçados, è incurran en las dichas penas, ſi ſe les prouare auer tomado alganas mercadurias fiadas, ò preſtadas, ò dineros preſtados, ò a cambio ſeis meſes antes que quebraren, ò faltaren de ſus creditos, ò pidiere, ò quiſiere ſeguir los dichos pleytos, è no los pueda ſeguir en tal caſo, ni aprouechareſe del remedio que el derecho le dà de la mayor parte de acreedores.*

105 Nec ad debita Fiſcalia † extenditur, ex *text. in l.* 3. *C. de precib. Imperator., offeren.* plures referens Carolus *de* Graſſis *dict. except.* 32. *num.* 22. latè etiam Nicol. Genua *dict. lib. 3. titulo de liter. iudicial. vel morator. in princip. num.* 48. *& ſequentib.* Marc. Anton. Peregrin. *de iure Fiſci, lib. 6. tit.* 7. *num.* 22. Maſtrill. Tapia, & alij, quos refert, & ſequitur Maurit. Apicella *vbi ſuprà num.* 537. *& ibidem* Matthæ. Apicella, *d. n.* 20. Anton. Faber. *d. definit.* 20. *verſ. Aut contra principem ipſum.*

Plures aliæ ampliationes, & limitationes præfatæ principali regulæ, concluſionique aſſignari poſſent, quas per ſuprà relatos videre licet, principalioribuſque poſitis acquieſcimus.

106 Inſpiciendum autem reſtat, an moratoria dilatione pendente, currant vſuræ? † Qua in re communis diſtinctio eſt, quòd aut ante dilationem debebantur, currebantque vſuræ, aut non: vt primò caſu (dilatione conceſſa non obſtante) currant, Salycet. *in d. l. Quoties num.* 6. *C. de precib. Imper. offer.* Vtſil. *ad* Afflict. *deciſ.* 5. *num.* 4. Vincent. Carot. *d. except.* 168. *num.* 21. Maſtril. *deciſ.* 16. *num.* 4. 6. *& ſeqq.* Quod vel ex conuentione accidere poteſt: vel quia licèt expreſsè cautum non ſit: per priùs tamen debitor in mora per hominis, vel diei interpellationẽ conſtitutus erat: vel ſi ab annuo cenſu ex Nicolai Pap. *Bulla* debitum deſcendat, quibus caſibus, etiam intra dilationem, non factaquè ſuper vſuris ſoluendis prouiſione, præſtandæ erunt, nè Principis reſcriptum, ita vt diſpendium in iure iam quæſito creditori efferat interpretetur. Sic in iſto vltimo caſu tenet Felician *in tract. de cenſib. 2. p. lib. 3. c. fin. in fin. verſ. Antequam* verò *hinc diſcedam*, quem refert, & ſequitur Petr. Nun. *de* Auendann. *eod. tract. de cenſib. cap.* 110. *n.* 1. *& num.* 5. contra Gaſp. Roderic. *de annuis reddit. lib. 3. queſt. 9. à num.* 16. *cum ſeqq.* oppoſitum tenentem. Idemque in cenſu emphyteutico (vt dilatione pendente, currant vſuræ) obſeruat ipſe *Auendann., ibidem, num.* 3.

Aut priùs non currebant, & nec durante dilatione currere incipient. Ita diſtinguit Salycet. *in d. l. Quoties, numero* 3. *verſic. Item quæro* Vtſil. *ad* Afflict. *d. deciſ.* 5. *in fin.* Luc. Matthæ. Apicell. *d. tractat. de tutam. pauper. tit.* 2. *de moratoria Princip. num.* 36. Maſtrill. *ſuprà.* Et in effectu prædictã ſequitur diſtinctionem Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. dict. lib. 3. tit. de ſolut. reſolut.* 1. *num.* 26. vbi dilatione pendente vſuras caſu, quo licitè peti poſſunt currere (contra Cyn. *in d. l. Quoties, quæſt.* 5. *&* Alexan. *conſil.* 216. *num.* 14. *lib.* 2. ab eo relatos vſuras non currere, tenentes) defendit: eamque approbare videtur Anton. Faber *dict. tit.* 9. *definit.* 8. *&* Oſuald. *in* Donel. *enucl. dict. lib.* 22. *cap. litera N. pag.* 272. *colum.* 2. *circa princip. verſic. Si quidem ſaluum.*

Adhuc tamen in caſibus, in quibus dilatione pendente vſuræ currunt, earum differendam quouſque finiatur dilatio exactionem † nec interim (ſicut nec principale) peti poſſe aſſeuerant *Auend. d. cap.* 110. *num.* 3. pul- 107
chrè Luc. Matthæ. Apicella *d. tract. tit.* 1. *de quinquennali dilatione, numero* 178. & ita in cauſa Syndicorum Camberienſium, & Ioannis de Conſtance 8. l. d. Iunij 1591. per Senatum iudicatum refert Antoni. Faber. *in ſuo Codice d. lib.* 1. *tit.* 9. *de precib. Imperat. offer. definit.* 8. *in fin.*

Ex multorum prętereà ſententia notandum dilatione debitori conceſſa durante, nec debitores licere conuenire ſuos: † æquũ eſt enim, 108
vt quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe vtatur, *text. in l.* 1. *& tot. tit. ff. quod quiſque iuris* Huius fuerunt voti Afflict. *deciſ.* 66. Fuſch. *dict. ſpecul. lit. D. num.* 11. Ioann. Bapt. Marcheſa. *de commiſſion. ſuper dilat. morat. dict. 3. par. cap.* 1. §. 1. *num.* 23. ſequitur Carol. *de Graff. d. except.* 32. *num.* 93.

Contrarii dilationẽ debitori conceſſam nõ efficere, quominus debitores ſuos conuenire debitor poſſit) Petr. Rebuf. *de lit. dilat. art.* 1. *gloſ.* 1. *n.* 9. Ant. Fab. *vbi ſupra, defin.* 19. rationes aſſignãs, obſeruatũq; fuiſſe dicens in perſona Petr. Fauerii. Latin. *menſ. Ian.* 1597. ſequitur Oſuald. Hilliger. *d. lib.* 22. *c.* 9. *lit.* K

Tẽpus autẽ moratorię dilationis à die conceſſi beneficii, † datæq; nõ à die pręsẽtationis, 109
vel notificationis currere obſeruãt Guid. Pap. *q.* 106. Petr. Reb. *vbi ſuprà n.* 4. *ex l.* 2. *C. de diu. reſcr.* Matt. Brun. *de ceſſ. bonor. q.* 29. *n.* 3. Boui. *in tract. de ſtatutar. præſcript. gloſ. num.* 72 Cu-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

mia *super ritib. Regni Sicilia*, *cap.* 80. *n.* 9. Carol. *de* Graſſ. *d. loco, num.* 48. *per text. in cap. Eam te*, 7. *de reſcript. & c. Dilectus, el* 2. 27. *in ordin. de prabend. c.* 2. *decim.* Vincen. Carot. *d. ex cep.* 168. *n.* 4. Anton. Faber. *ſup. definit.* 3. Alexand. Trentacinq. *d. lib.* 3. *variar. reſolut. tit. de ſolut.* 1. *n.* 27. Nicol. Intrigliol. *in ſingular. ad conſtit. Regni Sicilia, ſingul.* 132. *lib.* 1.

Pauca de quinquennali moratoria à maiore creditorum parte conceſſa (quæ de iuſtitia appellatur (diximus, cuius aliud poſſet formari ſpeciale; Quod nempè licèt ſuum cuique factum noceat, neque res inter alios acta aliis præiudicet (vt iuribus vulgatis) paupertatis tamen fauore, noceat. De qua iuſtitiæ moratoria dilatione latiſſimè (præter antiquiores in locis ordinariis) egerunt † Cornel. Beninca. *de paupert. ſpeciali* 8. *in indic. num.* 31. *& ſeqq.* Marc. Anton. Cucch. *d. tract. de morat. præſcript.* Paz *in praxi*, 1. *tom. cap.* 9 *per tot.* omnium pleniſſimè Lucas Matthæ. Apicella *in tutam. pauper. tit.* 1. *de quinquennal. dilat.* per 214. *n.* materiam proſequens, & *ibidem eius* Addit. Maurit. Apicella, *idem* Matthæ. Apicella *titulo* 3. *per totum, de remiſſione debitorum*, Philipp. Paſchal. *de viribus patr. poteſt.* 2. *parte, capit.* 9. *ex n.* 65. *cum ſeqq.* Ioann. Bapt. Marcheſ. *de commiſſ. d.* 3. *parte, cap.* 1. §. 1. *de commiſſione ſuper dilat. morat. n.* 73. *cum ſeqq.* Mari. Anton. Macerat. *variar. reſolut. libro* 2. *reſolut.* 18. *per tot.* Pyrrh. Maur. *de fideiuſſor.* 1. *part. princip. in prælud. ſect.* 3. *cap.* 2. (*aliàs* 11 (*per tot.* ad longum Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 3. *d. tit.* 1. *de ſolut. reſolut.* 1. *n.* 12. *& reſolut.* 2. *per tot. & reſolut.* 3. *per tot.* Antoni. Faber *d. tit.* 19. *definit.* 21. & aliis *ibidem.* Videnduſque integer *titulus* 19. *lib.* 5. *nouæ Reg. Collect.* vbi, quando, & in quibus caſibus ruptis, vel decoctis à creditoribus dilatio conceſſa proſit, pactaque, & conuentiones inter eos celebratæ teneant, & obligent?

Qua in re annotare inter alia libet, maiorem creditorum partem non ſolum ad quinquennium dilationem concedere poſſe; ſed etiam debiti partem remittere, † concurrereque, & conſentire minoris ſummæ creditores in partis remiſſione debere, *text. in l. Suum hæredem*, 8. §. *Hodiè, & l. Sequenti, D. de pact.* vbi per Scribentes, Matthæ. *de* Afflict. *deciſ.* 288. *per tot.* præcipuè *n.* Latiſſimè Luc. Matthæ. Apicell. *vbi ſuprà, d. tit.* 3. *de remiſſione debitor. per* 25. *n.* Debent tamen ad id requiſita concurrere, de quibus per Marium Anton. Macerat. *d. reſolut.* 18. *per. tot. &* Anton. Fab. *dict. definit.* 21. *verſic. In quinquennalibus requiritur*, ab eoquè adductos. Eſtque expreſſa determinatio *in l.* 6. *tit.* 15. *p.* 5. Nec ad huiuſmodi quinquennalem concedendam dilationem maior creditorum pars, maiorumvè ſummarum concurrere neceſſariò debet; ſed æqualium † ſufficiet, ex *text. in l. fin. C. qui bon. ceder. poſſ.* quem ad id expreſſum, tenereque omnes ibi, dicit Nicol. Genua, *de ſcript. priuat. dict. libro* 3. *titul. de Annalib. & quinquennalib. dilat. numero* 41. Franc. Viui. *dec.* 38. *n.* 1. *lib.* 1.

110

111

112

VTRVM ACTIONEM nasci contra pauperem paupertas impediat? Vel obligationis saltem executionem etiam hodiè, donec melior debitori superueniat conditio, soluereque possit, differat?

SVMMARIVM.

1 *Actio contra pauperem naſcitur debitorem, nec exactio differtur, licèt tempore, quo contraxit impotens ad ſoluendum eſſet. Contrà* n. 4. & ſeqq.

2 *Debitor (quantumcumque pauper) arreſtari, & detineri pro debito poterit,, &* n. 27. *Intellige,* vt n. 32.

3 *Qui ab alio redemptus eſt, poteſt pro redemptionis pretio donec illud ſoluat, retineri.*

Mutuum recipiens, ſeruus eſt fœnerantis, ibid.

5 *Rei impoſſibilis promiſſio inutilis eſt, vbi impoſſibilitas à natura prouenit, non ab accidenti,* & num. 28.

6 *Inutilis redditur actio. quam inopia debitoris excludit.*

7 *Conductori non remmittitur merces propter bellum, quod iam conductionis tempore vigebat, nec propter peſtem, vel ſterilitatem imminere ſolitam.*

8 *Propter ſterilitatem, vel peſtem remiſſio mercedis regulariter fit.*

9 *Arcis cuſtodiam belli tempore ſuſcipiens, etſi vi extrahatur, tenetur.*

10 *Conductor domus ruinoſæ ſcienter, non poteſt ob eam cauſam ante finitum locationis tempus (niſi priùs integra penſione ſoluta) ab ea migrare, ſecùs ſi vitium ignorabat.*

Nec ob timorem mali aeris, vel malorum ſpirituum, ſi conductionis tempore conductor ſcinit, recedere licet, niſi integra penſione ſoluta, ibid.

11 *Creditor, qui minus idoneos, paupereſque fideiuſſores accepit, eis contentus eſſe debet, nec de nouo erit ſatisdandum.*

Et etiamſi ignorantiam creditor alleget, quia id ſibi debet imputare.

12 *Creditor ſi à principio ſatisdationem non petiit, eam poſtmodum petere nequit, niſi noua (nec leui) ſuperueniente cauſa.*

13 *Debitor ſuſpectus, etiam die feriato non ſolùm ob hominum neceſſitates; ſed in honorem Dei, capi poteſt.*

14 *Intellige ſi ſuſpitio poſt contractum emerſit, non ſi tempore contractus aderat.*

15 *Contrahens cum aduena, vel forenſi, quem ſtatim receſſurum putaret, non poterit eum ibi conuenire, ſed domicilium eius ſequi, nec cautionem, vel ſecuritatem aliquam ab eo poterit exigere. cum eius fidem ſequutus videatur.*

16 *Pro euictione venditor, niſi noua ſuperueniat cauſa, ſatisdare non tenetur.*

17 *Beneficium* legis 2. C. de reſcind. venit *ſcienti laſionem (ex communi Doctorum traditione) non competit.*

Cautio